



**Exegesis absolutissima iuxta ac breuissima Eua[n]gelicae
veritatis, erroru[m]que & mendacio[rum] quae sunt cum in
Confessione Lutherana Caesa. Maiestati in comitijs
Augusten[is]. exhibita, tum in eiusdem Apologia,**

<https://hdl.handle.net/1874/456723>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


ologia

Octavo n° 439.











Alexand

Comel

Marie In

Sammoch

S. Roman

X

S. Cyren

18

S. moque

S. Roman

Donnan

130

S. Margu

100

101

102

103

104

105


106

107

108


109

110



Theologia

Octavo n^o. 439.



N. 28. C.

EXEGETESIS

ABSOLVTISSIMA IVXTA
ac breuiffima Euāgelicæ veritatis, errorūq;
& mendacioꝝ quæ sunt cum in Confessio-
ne Lutherana Cæsa. Maieftati in comitijs
Auguften. exhibita, tum in eiusdem Apolo-
gia, authore R. P. Iohanne à Dauantria,
fratrum Minorum regul. obseruañ.
Prouinciæ Coloniae
Ministro.

¶ Ad Lectorem.

HIC te primum precor, candide lector, vt qd
dicatur non quis dicat, diligenter & cum sa-
no iudicio intuearis: ne prius reprobēs, quod
Momi solent, quam perlegas. Puto enim antehac
neminem breuius & absolutius tam ingenti nego-
tio cum maiori lectoris fruge respondisse. Bene va-
le, & cura vt anima tua in Ecclesiæ gremio dolci-
ter foueatur.

¶ Sequens pagella indicabit eorum
quæ tractantur ordinem.

¶ Coloniae, Apud Melchiorem Nouesia-
num, Anno M. D. XXXV.



h. a. Buchhell

ORDO DICENDORVM

- ¶ De peccato originis.
- ¶ De iustificatione.
- ¶ De vna bonorum & malorum ecclesia
- ¶ De ritibus Ecclesiæ.
- ¶ An fides sit pœnitentiæ pars.
- ¶ De integra peccatorum confessione.
- ¶ De Satisfactione.
- ¶ De traditionibus
- ¶ De communionem rerum.
- ¶ De inuocatione Sanctorum.
- ¶ De communionem sub vna specie.
- ¶ De cœlibatu Sacerdotum.
- ¶ De discrimine ciborum.
- ¶ De votis Monasticis.
- ¶ De potestate ecclesiastica.

INVICTIS

SIMO CAESARI CARO:
lo eius nominis quinto, frat. Iohannes
Dauantriæ S.



Nuictissime iuxta ac clemen
tissime princeps Carole Im
perator maxime, haud puto
te immemorem quod ante
annos plus minus quinq; in
comitijs Augusteñ. illustrissimi principes
Iohannes dux Saxonie elector, Georgi
us Marchio Brädēburgeñ. Ernestus dux
Lunenburgeñ. Philippus Lantgravius
Hessorum, Iohānes Fridericus dux Saxo
nie, Franciscus dux Lunēburgeñ. Volfgā
gus princeps ab Anholt, Senatus Nurn
burgeñ. & Reutlingeñ. confessionis sue ex
emplar, à Philippo Melanchthōe & alijs
Lutheri pedissequis, partim a Catholica
fide, partim a Iohannis Hussz & Viclefii
hæreticorū doctrina mutuatū T. M. exhibu
erint: qđ potuisset eadem sacratissima M.
T. vt nouum, vt hæreticum & vt Catholi
cæ doctrinæ aduersarium sola authori
tate frangere. Verum hoc magis tuæ cle

EPISTOLA.

mentix qua non est in homine maior, vi-
 sum fuit, vt scripturis, rationibus, & vete-
 rum patrum testimonijs tanquam doctri-
 na perniciosissima confutaretur. Quapro-
 pter de mandato tuo cōposuerunt Catho-
 lici qui vocati aderant, scriptum, quo vti-
 par est, Catholica probarentur, hæretica
 vero & à recepto Ecclesiæ sensu aliena lā-
 cinarentur. Et prudentissimo quidem cō-
 filio decreuit M. T. augustissima ne prin-
 cipibus illis traderetur, sed tantum præles-
 geretur in confessu Confutationis exem-
 plum, ne haberent Confessionis architec-
 tū vnde magis magisque aduersus Catho-
 licam veritatē insanirent (Solent enim ir-
 ritati crabrones acrius pungere) Inter præ-
 legendum vero exceperūt quidam ex ad-
 uersariorum albo quædam locorum & ar-
 gumentorum capita, vnde Philippus & il-
 li alij Lutheri Symij Apologiam adorna-
 rent. Adornarūt & si Philippo vlla est ha-
 benda fides, obtulerunt eam M. T. recu-
 santē ex vixdum absolutis Comicijs tra-
 diderūt typographo excudēdam, quā M.
 T. vt lectu indignissimam oblatam acci-
 pere noluit. Et vt vehementer hæreticam

NVNCVPATORIA

faceret Apologiam idem Philippus post
 communicatum cum alijs consilium, in-
 ter excudendum adiecit quædam de suo,
 quæ alijs fortassis nõ adeo placuissent (vi-
 deo enim post istam Apologiam aduersa-
 rios haud ita parum a priori sententia de-
 cidisse) Et hæc confessio & hæc Apol. mõ
 tanq̃ Catholica passim circũferuntur, oñ
 tãtur, & vt oracula excipiunt in magnã to-
 tius reipub. Chřiane iacturã. Pręterea qđ
 plurimorũ aĩos viroꝝ male habet, gloriã
 tur in sinu, quod nemo hæctenus suæ do-
 ctrinæ scripturis obuiare potuerit, præfer-
 tim vero in quadam epistola, quam nup
 mutuo acceptam ꝑcucurri magis quàm
 legi, huius rei gratia gaudet Lutherus. Ac-
 cedit his etiamnum, quod ista Confessio
 & Apologia adeo plerisq; multis placue-
 runt, vt hoc anno denuo apud Augustam
 excusæ, publicitus in nundinis Francfor-
 diæ venierint citra vllius reclamationem
 Hic cum mecum tacita mẽte reputarem,
 quantum malorum ex hoc tam longo
 omnium nostratium silentio obrepere
 posset, & quod hoc pestilenti morbo infe-
 cti magis ac magis obturari & aduersus

EPISTOLA

sanam Ecclesiæ doctrinam cornua pos-
 sent erigere, quodq; istorum iniqua per-
 suasione simplicioribus quibusq; misere
 imponeretur, primus, nisi fallor, induxi in
 animum vt huic plusquàm presentissimo
 malo nostra qualicuncq; arte mederer. Ag-
 gressus sum prouinciã humeris meis pla-
 ne imparem, & singulis qbusq; vicijs por-
 ro examinatis, omnem omnino cicatricẽ
 prout M. T. videre poterit, pro tenui inge-
 nioli mei venula obduxi. Simplici quidẽ
 vsus sum veritatis oratione, primũ vt hæc
 nostra facilius intelligerent qui multa &
 ingentia verborum non capiunt porten-
 ta, deinde vt obseruarem formam vsitate
 doctrinæ. Tuæ igitur M. quæ admirabili
 quodam componendæ litis desiderio tes-
 netur, hæc nostram qualem qualem opes-
 lam suppliciter dedicamus, qua speramus
 nos vel paululum tuas partes adiuuatu-
 ros. Scio enim quot modis quæsieris vt illos
 bonos præcipes, solo pulchrorum artificio
 verborum circumuentos ad illam multo
 desideratissimam reuocares vniõnẽ, haud
 nescius quod ea in republ. Christiana nis-
 hil vtilius nihilq; sit iucundius. Nusquam

NVNCVPATORIA

enim periculosius erratur, atq; ubi fidei v^{er}itas, quæ debet apud Christianos qui vnum habet Christum, vnum baptisma, esse simplicissima, negligitur. Hinc tot errores, tot hæreses, tot nata sunt schismata. Hinc Arrhiani, Sabelliani, Nouatiani, Pelagiani, & hoc nostro seculo Zuingliani, Oecolampadiani, Anabaptistæ cæteræque hæreticorum pestes mundo malomine nati sunt. Vnde tanta morum lues vnde nostra Germania ante paucos años florentissima, tot opinionibus, tot tumultuatur hæresibus? Plane nulla alia causa est, quam quod singuli aduersus fidei integritatem suam sententiam suam quisque opinionem pertinaciter defensati sunt. Eandem plane ob rem factum esse compertum est, quod tã impie qdam odio tabidi in sacra virorum ac fœminarum cœnobia grassati sunt, quod tot erronei Monachi passim circumcursitant, quod tot deo dicatæ puellæ magno totius religionis nostræ dedecore meretricantur. Et proinde nihil patimur malorum, quod hinc non prodierit. Accipe igitur Clementissime CAROLE Imperator ter ma

EPISTOLA

xime a me paupe multo pauperrimo simp-
 plicis fidei nostræ exemplum, quod si T.
 M. dignum visum fuerit, exhibere pote-
 rit illustrissimis illis præcipibus, vt ad id su-
 am Cōfessionē & fidē exigāt, vt nō sit o-
 pus nouo Concilo super reb. iādudū defi-
 nitis, decretis, dānatis. Cupierūt em̄ scrip-
 turis & rōnib. doceri: & puto in hac nr̄a q̄
 licūq; exegefi nihil scripturis parcitū, sed
 quæ opponunt aduersarij, scripturis solis
 dissimis & veterum patrum autoritate in-
 firmata esse. Non potui omnes simul ca-
 uillationes tractare, esset enim immen-
 sum opus, præcipua tantum rerum capita
 perstrinximus, vt extaret apud omnes na-
 tiones nostri testimonium, quod & recte
 & pie sentitum sit de euāgelio Chri apud
 omnes Catholicos doctores. Si quid for-
 te hic locutus esse cuiquam videbor duris-
 us, is sciat me nullam principibus voluis-
 se prorsus iniuriam irrogare, hos em̄ scio
 a fabrefactione Confessionis & Apologie
 eē vel alienissimos. Male me habet Philip-
 pi Melanchthonis homis plane petulan-
 tissimi & similibus temeritas, quos certo
 certius scio hanc Confessionem & Apol.
 eius commiscuisse. De confessionis archi-

AD LECTORVM

tecto dubitari posset, i Apol. agnoscit no-
men suū Philippus. Qualis sit Philippus
iste, affatim ipsemet in Comitijs illis Au-
gustēsbibus declarauit. Percupio M. T. Au-
gustissimā perpetuo bene valere. Ex Co-
lonia Agrippina pride cal. Iulij. Anno.
M. D. XXXV.

THEODORICVS HA-
CENVS AB HALVE-
ren inter sacræ paginæ profes-
sores minimus, nunc Almæ
Vniuersitatis colonieñ. Rector
licet immeritus, & diui Petri
in Colon. pastor, pio & Catho-
lico lectori S.



Habes hic Catholice lector exēplar
Catholicæ saneq; doctrine, cuius ho-
mini bene Christiano non minus ne-
cessariū, quā vtile: in quo common-
stratur habunde aperteq; tum ex sa-
cris paginis, tū ex sacris doctoribus, pijs-
simis nostræ religionis ducibus, patribus nostris inscri-
pturis interpretandis, quam sint quidam articu-
li in vnū Confessionis libellum Ludderij & suo-
rum congesti, vel insani, vel improbi, vel hære-
tici. Insuper quam vesana, subdola, & incatholi-
ca sit Apologia pro defensione eorum in lucē pro-

EPISTOLA

dita. In qua vel legis vel audis quoniam mō irreligiōse & incatholice contra solidā veritatē scripturæ & in concussam fidem Apostolicæ & œcumenicæ ecclesiæ tractatur non venerabile solū sed & adorabile sacramentum sacrosanctæ Eucharistiæ, item quomō hæreticissime summo sacrificio omnium sacrificiorum & maximo & verissimo sancta mater spoliatur ecclesia, quo fit multo vilior & egērior vetere synagoga, in qua plurimæ fuerunt victimæ & hostiæ, & in hac nra non esset vnica hostia viuens & deo placens quæ iugiter oblata suauitate odoris pacificaret omnia quæ in cælis sunt & in terra. O quam ieiuna esset ecclesia famem patiens panis viui, qui de cælo descendit; & indiga esset adhuc alius expectādi qui panem daret pro mundi vita. Sed venit, semetipsum pro mundi vita obrulit hostiam & nobis commemorabiliter offerendam vsq; ad con summationem seculi commisit. Legis item quomodo pessum eant solēnia religionis vtriusq; sexus vota, publicæ preces, feriæ celebres, & piissima orationum & ieiuniorum opera, quæ tamen in sacris scripturis iuxta orthodoxorum interpretum enucleationem sunt cumulatissime vel expressa vel fundata atq; ab apostolica vniuersaliq; ecclesia vsu longissimo & recepta & obseruata, Neq; cætera sanctæ matris ecclesiæ sacramenta sumuntur absq; iniuria, accedunt cū contumelia ecclesiasticæ potestatis, summi pōtificis, scholasticorum doctorum lædoria non pauca. In certis etiam sententijs quas ipsi ab Augustino famosissimo ecclesiæ doctore vna cū reliquis vetustioribus acceperunt; Licet enim inter scholasti-

AD LECTOREM

eos plerique fuerint imperti sermone, quod & ipsi vel flocci vel nihili fecere, non tamen scientia, quando quidem rerum tum aliarum plurimum tum maxime ecclesiasticarum vndecunq; doctissimi & sunt & habiti fuerunt. O vtinam post eos statim vadat sathanas malus homo seminator zizaniæ & sparsor flagrantium odiorum, vt cæca pectora & mentes cimmerijs vmbrijs attriores, sole iusticiæ (qui Christus est) olim illis sua lumina respargente aliquando ex palpabili obscuritate spirituum erroris eruti ad splendidissimam lucem euangelicæ veritatis euadant, & rursus quæ defuncti sapiant, & non iam consequenter vt hactenus, de anno ad annum de malo in peius, mandrabuli more progrediantur, faxit qui omnia potest. Habes hic probe pellector spongiã de cortice bonæ arboris dominicæ in agro dominico plantatã, non mediocri exantlato labore, desumptã, qua plures Ludderanorum maculosas lituras & lutosas labes fidei corde tenus detergere & deletere tersissime potes. Hæc ergo intento corde perlege, ne persuasibilibus humanæ sapiëntiæ verbis & occidentibus literis in lacum trudaris æternæ mortis. Verum in verbo spiritus qui doctor est veritatis & vitæ, manens, in æternum nobis saluus fias in resurrectione quando dominus ad iudicandum venerit, Vale.

HABES HIC CANDIDE LE

ctor breuē rez magis notabi-
lium syllabum, vbi hoc no-
tabis quod nūerus folia,
a primam b secundam
folij faciem significet.

A

A Braam quam fidem habuerit. 119. b
Abstinere quomodo liceat, & quomodo
non liceat. 165. b

Achab quantum operibus meruerit. 193. b

Aduersarij docent quæ ipsi apud se necdum de-
finierunt. 82. b

Aduersarij docent pugnantia. 137. a

Aduersarij non constant sibi. 175. a

Aduersariorum in docendo multa varietas. 192. a

Aduersarij seipfos accusant transgressæ politicae.
201. b.

Adulterant Paulum aduersarij. 249. a

Agite pœnitentiam, quomodo catholici expo-
nant. 178. a

Apud Hefos coguntur sacerdotes ad coniugia.
223. a

Apologia cur nemo responderit. 105. b

Angeli boni, quomodo spiritus nequam supera-
uerint. 45. a

Arbitramur iustificari hom. & cat. quomodo in
intelligatur. 103. b

Augustinus falso citatus ab aduers. 87. a

Augustinus pugnat cum Luthero. 87. b

Auerti a deo & conuerti a deum opposita. 21. b

Auersio a peccatis ad iustificationem. 29. b

B

SYLLABVS

- B**aptismus quid significet. 162. b
 Baptismus paruulorum. 200. b
 Beneficia cui deus largiatur. 71. b
 Blasphemia est quod dicunt quidam Ecclesiam
 errasse. 146. b
 Bonorum operum prædicatores exulabant. 36. a
 Bona opera quantum proximis conducāt. 38. a.
 Bona opera quæ soli profint auctori. Ibi.
 Bona temporalia omnibus indifferenter dantur.
 111. b

C

- C**anonē missæ abrogatūt Lutherani. 151. b
 Capiuntur suis verbis aduersarij. 59. a. 59.
 98. b. 111. b
 Capiūtur aduersarij. 48. a. b. 78. a. 128. b. 113. a. 114. a
 Caro per externa oblectamenta corripitur. 9. a
 Carnibus vescunt in quadrage. qui post pascha
 edere pisces coguntur. 164. b
 Catholici quātum ab aduersarijs differant. 127. a.
 Ceremoniarum obseruatio aliquando fuit vti-
 lis. 210. a.
 Certitudo datæ gratiæ quando & vnde nasca-
 tur. 84. b.
 Christus poenitentibus tutissimum azilum. 124. b
 Charitas nota est qua discernitur inter bonos &
 malos. 116. a
 Charitas in igne, peccatū in frigore notatur. 117 a
 Coelibatus non est in natura. 235. b
 Coelibatus voto obnoxius totus ex deo depen-
 deat. 256. b
 Coelibatui natura nemo idoneus. 137. a.
 Coelibatum professi coguntur manere. 257. a
 ad Coelibatum hortatur nos apostolus. 248 b

RER. MAG. NOTAB.

- Coelibes fuerūt pleriq; oēs veteres episcopi. 138. a
 Cibus quem abhorret natura. 248. b.
 Circumcisio quid nobis significet. 162. b
 Clementia magistratus ecclesiastici. 163. a.
 Confessio peccatorum. 120. b
 Confessio erit ficta si non fuerit integra. 183. a.
 Confessio peccatorum quomodo possibilis. 183. b
 Communicatio sub vna specie non est abusus,
 228. a.
 Communicatio sub vtraque specie nō habet mā
 datum. Ibi. 230. a
 Communicatio sub vtraque specie quibus præ
 cipiatur Ibi. b.
 Communio sub vna specie tam vetus vt nescia
 tur quando inceperit Ibi. b
 Communicatio sub vna specie non est contra
 scripturam. 231. a
 Concupiscentia in quibus deficiat s. b
 Concupiscentiā nesciebam & cæt. quomodo in
 telligatur. 8. a.
 Concupiscentiæ resistendum quomodo. 9. a.
 Cōcupiscentia aut salutis aut pditiōis causa. 13. a
 Consilium Christi est non habere propriū. 214. a.
 Concilium Constantiē de communione. 227. b.
 Constitutiones effectus sunt spiritus. s. 160. a.
 Consolationes quibus boni erigantur. 75. b
 Conscientia aduersariorum constringitur. 112. b
 Consolatio peccatoris. 29. a
 Consuetudo Ecclesiæ non est contemnēda. 147. a.
 Consuetudo haberi debet pro lege. 227. b
 Contemptus rituum ecclesiæ. 159. b
 Contritio peccatorū peccatori necessaria est. 30. a
 Continentia quibus nutriatur. 238. a

SYLLABVS

- Cōuertimini ad me, &c. quō exponi debeat. 45. b
 Cornelius centurio, quomodo meruit visionem
 angelicam. 96. b
 Correctio delinquentium spectat ad Ep̄os. 271. b.
 Corrīgunt aduersarij sententiam suam. 174. b.
 Culpa donata manet adhuc p̄cna. 191. b
 Cultus quomodo sit vtilis ad iustificatiōē. 205. b
 Cultus ceremoniarum quatenus Catholicis pro
 bentur. 250. a
- D
- D** Auid quomodo m̄iam sit consecutus. 21. b
 Decreta ecclesie variantur pro ratione tē
 Dedit eis potestatem filios (porum. 166. a
 & c̄t. quomodo intelligatur. 98. a
 Decretū Calixti de coelibatu sacerdotum. 240. b.
 Decreta quæ obseruatu sunt impossibilia. 247. a.
 Desertio facultatum habet consilium. 268. a Ibi. b
 Desertio facultatum a spiritu sancto est. Ibi.
 Desertio facultatum pp̄ Chr̄m voluntaria. 266. b
 Delectus ciborum vnde constitutus. 162. b.
 Deus per media deducit infima ad summa. 73. b
 Deo citra vllū negotiū potuisset nos saluare. 74. a
 Deus quibus medijs nos iustificet. 89. a
 Deus quos audiat, quos reprobet. 91. b.
 Deus operatur in hominibus sicut in cæteris cre-
 aturis. 94. b
 Deus libenter audit eos qui continere cupiunt.
 836. a.
 Decipiendi multos modos inuenit diabolus. 77. b
 Dilectio opus legis maximum. 43. a
 Dilectionis dei causæ & origines. 50. a
 Dilectio ad iustificatiōem necessaria. 93. a
 Dilectio dei & proximi cohærent. 116. b.
 Dilectionis operatio meretur vitam æternā. 31. a

DER. MAG. NOTAB.

- Dies dominicus & ferix diuorum parum religio
se apud Lutheranos peraguntur. 161. b
Doctrina Christi quantum distet a philosophia.
47. b.
Doctrina Catholica certissima. 49. a
Doctrina Lutheri quãrum paruerit malorũ. 77. a
Doctrina Lutheranorum parum solida. 83. a
Doctrina Ecclesiæ verissima. 84. b.
Doctrina poenitentix quã tradunt aduersarij, nõ
cohæret, contra catholicorũ integra est. 170. b
Doctrina verissima de fide & operibus. 207. b.
Dona dei etiam manent in peccatoribus. 63. a
Donum & merces quomodo differãt. 138. b.
Dubium apud aduersa. qñ hõ iustificetur. 84. a
Duplex causa cur poenitere debeant lapsi. 194. b.

E

- Ecclesia interna ignota. 144. a
Ecclesiæ multa encomia. 248. b
Ecclesia malorum & bonorum. 149. a.
Ecclesiæ est componere lites quæ forte oriuntur.
149. b.
Ecclesiæ irrefragabilis authoritas. 150. a
Ecclesia columna veritatis. 151. a.
Ecclesia sponsa Christi vnica est. 159. a.
Ecclesia domus dei est. 151. a.
Ecclesiæ Catholicæ origo. 254. b.
Ecclesiæ variare potest consuetudinem commu-
nionis. 229. b.
Ecclesia vititur sacramento corporis & sangui-
nis, sed aliter sacerdotes, aliter laici. 232. a
Eleemosynis peccata purgantur. 96. a
Eleemosynarum magna virtus. 100. a
Eleemosynæ ante reconciliationem placeant deo
118. b.

SYLLABVS

- Episcopi habent auctoritatem vt moderentur canones pro qualitate personarum. 248. b
- Episcopi & potestatis ciuile & clerice regunt. 271. b
- Episcopi non superbiant. Ibi.
- Episcopis quatenus obediendum sit. 203. a
- Episcopus vnde dicatur. 211. a
- Euangelium quis audiat. 34. a
- Euangelium multa complectitur. 57. b
- Euangelium plura docet quam fidem. 178. b
- Euangelium lex amoris, lex Mosi lex timoris. 180. a.
- Excommunicatio Ecclesie quae sit. 145. b.
- Excommunicat Paulus fornicarium. 26. a
- Exegesis catholica verborum Pauli: Ei qui operatur, merces. 91. a
- Exegesis verborum Christi: Qui amat patrem & c. 266. a
- Exegesis verborum Christi: Qui potest capere capiat. 255. a
- Exemplum adoptionis filiorum dei. 112. b
- Excludunt Lutherani charitatem a iustificatione. 179. b.
- Ezechias gloriatur de bene obseruata lege. 197. a.

F

- F**oelicitatis duo gradus. 17. a
- Fides non est pars poenitentiae. 141. b.
- Fides sola non iustificat. 16. a
- Fides cum poenitentia iustificat. 19. b.
- Fides fundamentum Christianae vitae. 27. a.
- Fides alia Lutheranorum, alia Catholicorum. 32. a
- Fides quam docuerunt Catholici. 46. b
- Fides specialis Lutheranorum. 47. b. 58. a.
- Fidei lumine agnoscitur deus offensus & placatus.

- catus. 49. b.
 Fidei informis imperfectio. 50. a
 Fide informi quantum mereamur, docet exemplo. Ibid. b
 Fide informi saltem nobis opus est vt consequamur remissionem peccatorum. 57. a
 Fides quæ sequitur legis impletionem. 59. b
 Fide intellectus illustratur. 61. b
 Fides informis quam sit efficax. Ibi.
 Fides quid sit apud Lutherum. 62. a.
 Fides salutis nostræ basis. Ibi. b
 Fides vt sit absoluta, duo requirit. 66. b;
 Fides informis quæ virtus sit. 67. a
 Fidei actus tres describuntur. Ibi. b;
 Fides hæretica non est virtus. 68. b
 Fides iustificans quæ sit. 81. a
 Fides formata ad iustificationē necessaria. Ib. b
 Fide formata sit peccatorum remissio. 94. b
 Fides sola iustificat secundum Lutheranos. 88. b
 Fides sine operibus inanis est ad iustificationem
 102. b
 Fides in omni opere bono necessaria. 109. b. 200. b
 Fides informis quid faciat. 111. a
 Fides sine charitate non iustificat. 117. a.
 Fidem quomodo opera sequantur. 118. b
 Fidei multa insignia. 122. a
 Fides est causa omnium bonorum, nō autem altera pars poenitentiae. 169. b
 Fides non est pars poenitentiae. 179. a
 Fidei quando sola ponitur in textu, adde opera; contra quando opera, adde fidem. 124. b
 Fiducia in deum ponenda est. 29. a
 Fiducia Lutheranorum inanis. 65. a;

SYLLABVS

G

- G**Elasij papæ decretū adulterāt Luthe. 230. b
 Gratiam dei qui accipiant. 32. b
 Gratiam adeptus mox iustificatur. 41. a
 Gratia cui magis conferatur. 51. a.
 Gratiam iustificantem cur deus det homini. 112. b
 Gratiam dupliciter impetrare oportet. 175. a

H

- H**enic⁹ rex Anglorū citatus de sacra. 199. b
 Hæreticorum malæ artes. 148. b
 Homo non peccat, nisi carni pareat. 8. b
 Homo quando Catholicis iustificetur. 84. a
 Homo decipi & decipere potest. 146. a
 Homo quomodo legem dei possit facere. 146. a
 Honor additur deo cum bene operamur ad salu-
 tem nostram. 72. b

I

- I**mpudentia aduersariorum. 172. b
 Impossibile accipitur pro difficili. 25. b
 Indulgentia aduersariorū ad peccatores. 47. b
 Indulgentia aduersariorum stulta. 69. b
 In contritione modica est punitio. 199. a
 In obseruatione traditionum meritum, in trans-
 gressionem peccatum est. 165. a
 Infideli non porriguntur sacramenta. 31. b
 Iniqui nisi pœniteant non saluantur. 23. a
 Isaïæ verba nequiter citata. 98. b
 Instituta monachorum etiā alijs cōmunia. 264. a
 Intercessio Sanctōrum apud deum efficax. 219. a
 Inuidia Luther. fert Anabaptistas mōachos mi-
 Inuocamus sc̄tōs hac vita defun- (nime. 263. b
 ctos vt viuentes. 220. a
 Inuocatiōe Sc̄tōrū qdā a dæmōio liberant. 221. a

RER. MAG. NOTAB.

Inuocationis Sanctorum doctrinam habemus
 Augustini & Bernardi. 222. a
 Iohannes baptista Monachus. 252. a
 Iustificatio quid sit. 119. a
 Iustificari quid sit. 121. a
 Iustificatum parum peccatorem plurimum iu-
 uat prædicatio promissionū vt hñ opereſ. 128. a.
 Iouinianus ieiuniorum hostis. 242. b

L

Legem dei qui impleant. 107. a
 Legem aliter Christus aliter homines im-
 plent. Ibi.
 Leuitæ necessario habebant vxores. 240. a
 Lex vtraque promissionem habet, habet & vtra-
 que poenam. 42. a
 Lex operatur iram in transgressoribus. 51. b.
 Lex iuuat trepidantes. 52. a
 Lex euangelica quid doceat. 54. b.
 Lex docet iustitiam fidei in Christum. 57. b.
 Lex requirit opera nostra & perfectionem. 58. a.
 Lex duplex 47. b
 Lex cur iniustis & trāsgressoribus posita sit. 92. a
 Libero arbitrio multum tribuunt. 216. b.
 Lutherus docet fomitem non esse peccatum. 9. b
 Lutherus accusat inter se pugnātis doctrinæ. 110. a.
 Lutherani & Nouatiani vna sententia compræ-
 henduntur. 26. a
 Lutherani deficiunt a Luthero. 32. b
 Lutheri & suorum discordia. Ibi.
 Lutherus causa diffidorum. 34. a
 Lutherani parum sibi constant. 58. b
 Lutherani euangelij vis & firmitas. 141. b.
 Lutherani virginitatem cum Iouiniano damnāt
 256. b.

SYLLABVS

- Lutherus omnium hæresum causa. 172. b
 Lutherus aliter docet atque sui. 174. b
 Lutherus bis apostata. 202. b
 Lutherus quantum ab Apostolis discrepet. Ibid.
 Lutherus & Melanchthon causam erroris anabaptistis dederunt. 214. a
 Lucis ac tenebrarum, dei & peccatorum nulla societas. 123. b

M

- M** Agdalena quomodo misericordiam consecuta sit. 21. b
 Magis peccat qui deo quam qui hominibus non seruat fidem. 235. b
 Mala est causa ob quam anabaptistas damnant. 34. b
 Mali fidem habent sed informem. 64. a
 Mali sunt de ecclesia. 143. a.
 Mali cuius ecclesiæ viua membra non sint. 149. a
 Mandata dei cur obseruari debeant. 38. b.
 Mandata dei factu possibilis. 196. b
 Mandata obseruanti vita promittitur. 207. b
 Manicheus cur aliquos cibos damnauerit. 165. b.
 Mariam æquarunt Lutherani cæteris mulieribus. 224. b.
 Mendacium est quod Scholast. tribuerint naturæ integras vires ad diligendum deum. 20. a b
 Mendacia quæ Catholicis falso imponunt. 43. b
 Mendacij arguuntur Lutherani. Ibi. a. 61. a. 72. a. 92. b. 106. b. 108. b. 109. a. 117. b
 Minæ in scripturis cur obijciantur. 28. b
 Meritum duplex congrui & condigni. 40. a 45. a.
 Meritum quibus detur. 96. b
 Merita quomodo euehant Catholici. 108. a.
 Merita vnde habeant quod bona sunt. Ibi. b

RER. MAG. NOTAB.

Merita praelatorum non addunt pondus decretis. 149. b.

Misericordia domini magna. 29. a.

Misericordia domini egent omnes homines. 136. a

Monastica meretur remissionem peccatorum. 258. a

Monachus & monasterium a monade. 262. a

Monachorum instituta in scripturis sunt expressa. 264. a

Monachi quibus se obligent. 254.

Monachi alibi pereunt alibi reuiuiscunt. 264. a

Monachi quatenus communem fidelium vitam superent. 262. a

in Mōachatu perfectius mādara dei seruari possunt. 261. a

Monachorum professionis ordo & ritus vetustissimi. 252. b

Monachi tenentur ad obseruantiam eorum quæ profitentur. 253. a

Morigero nulla grauis est traditio. 164. b

N

Nauiculam ecclesiæ qui regunt. 145. b.

Necessitas qua deus homi subuenit. 43. b.

Negligētes iustificationē qd mereant. 90. b.

Nemo debet suis plus aut cuiusuis priuati hominis iudicio stare. 146. a

Nemo scit vtrum in charitate sit. 52. a

Non concupisces cui dictum sit. 9. a

Non sola fides iustificat. 16. b

Non satis est si deo credas nisi eidem obedias. 22. a

Notæ Lutheranorum vēdicant sibi omnes hæreses. 151. a

Notarum certarum, vnde ecclesiam veram co-

SYLLABVS

noscant. 152. b

Nouati hæretici error. 25. b.

O

Obedientia deus placatur, inobedientia of-
fenditur. 203. b (miss. pec. 246. a

Obediētia erga patrē traditiōes mereī re-

Obest aduersarijs quod profuturē credebāt. 163. b

Obseruantia legis meretur remiss. p̄ctōrum. 53. a

Oīa p̄ctā in confessione enumerare oportet. 182. a

Omnia peccata annuatim confitenda sunt. 182. b

Omnia creatura bona est, & car. quomodo intel-
ligatur. 249. b

Opera bona merētur iustificationē corā deo. 37. b

Opera bona quibus profunt. Ibi. b

Opera quæ coeleste præmium merentur. 41. a

Opera quomodo saluent hominem. 72. b

Opera legalia excluduntur a iustificatione. 85. b

Opera quæ sunt ad iustificationē necessaria. 88. b

Opera q̄ ad iustificationem nō pertinent. Ibi. b

Opera quanti faciant. 101. a

Op̄a eē meritoria ipsi cōfitentur aduersarij. 111. a

Opera fidem viuificant. 119. a

Opera ordie naturę aīcedūt recōciliationē. 128. a

Opera bona q̄ facit peccator cōpensantur. 193. a

Opera supererogationis. 197. b

Orant singuli pro singulis. 220. a

Orationibus præparatur sedes spiritui sc̄tō. 35. a

Orantes non continuo exaudiuntur. 128. a

Oratio beati Augustini ad beatā virginem. 224. b

Oratio alia eiusdem ad B. virginem. Ibi.

Orationes, ieiunia &c. de cōgruo merentur grati

Oportet episcopum esse irreprehensi (am. 256. a

bilē quomō intelligatur. 241. b

P

Bb 4

RER. MAG. NOTAB.

- Parabola trium mancipiorum. 46. a
 Parabola eiusdem enucleatio ibi. b.
 Passionis Christi meritum omnibus necessarium. 44. b
 Passionis Christi merito saluamur. 53. b.
 Paulo aperte reluctantur aduersarij. 115. b.
 Paulus confidit in operibus suis. 38. b
 Paulum adulterant aduersarij. 206. a & 209. a.
 Peccatum trifariam accipitur. 12. a.
 Peccatum secundo & tertio modis quomodo accipitur. 12. 13. b.
 Peccata puniuntur. 21. a.
 Peccato seruire miserrima seruitus. 24. a
 Peccatorum grauitas cur homini proponat̃. 28. a
 Peccata cur verbo dei arguantur. 174. a
 Peccator quando deo reconcilietur. 176. a.
 Peccator ex fide informi de congruo meretur remiss. peccatorum. 123. a.
 Peccatum caelatum animæ nociuum vt cibus indigestus stomacho. 184. a
 Peccati reatu remissio manet homo tēporali poenæ obnoxius. 186. a.
 Poena porrigentium sacramentum sub vtraque specie. 228. a
 Poenam originalis peccati nos ipsi tollere nō possumus. 378. a
 Poena & culpa quomodo relaxentur. 195. b.
 Poenitentia requirebatur in baptizandis. 24. b.
 Poenitentia ad iustificationem necessaria. 126. b.
 Poenitentia fides est annexa. 181. a
 Perfectio in quibus rebus ponatur. 213. a.
 Pelagianorum hæreticorum error. 100. b.
 Philosophi multa a nob̃ mutuati sunt. 140 a 262 b

SYLLABVS

- Philippus Melanchthon seditiosus. 226. b.
 Philippi Melanch. in exponendo varietas. 239. a.
 Potestas data in ædificationem spiritualium rerum. 204. a.
 Præs ecclesiastica quatenus malos coerceat. 269. b.
 Potestas ciuilis quatenus potestati ecclesiasticæ sublit. 270. a.
 Potestatē ecclesiasticam nimis constringunt Lutherani. 269. a.
 Preparationes & opera esse necessaria. 35. a.
 Probant Lutherani qđ ante condemnabant. 3. a.
 Proposito bono opus est ad remissionem peccatorum. 30. b.
 Prodigiōsa verborum Pauli expositio. 54. b.
 Promissio propitiationis necessaria valde. 57. a.
 Promissionem docent catholici cum opib. 106. a.
 Prodigiōsa argumentatio aduersariorum. 176. b.
 Pugnant secum aduersarij. 78. b.

Q

- Q** Vē q̄s odit de eo magna nō credit. 116. a.
 Qui deū p̄ctō offendit, p̄nā placet. 22. b.
 Qui ecclesiæ decreta contemnit spiritū sanctum dehonestat. 146. b.
 Qui ritus ecclesiæ seruandi & qui non. 160. a.
 Qui fuerunt apostoli nunc sunt episcopi. 211. b.
 Quibus traditionibus placetur deus. 203. b.
 Quid intersit inter vtrancq; communionem. 229. a.
 Quō pio m̄tes apud catholicos consolent̄. 141. a.
 Quomodo accessum habeamus ad deum. 177. a.

R

- R** Ationis iustitiæ laudes. 50. b.
 Remedia ad coercendū pruritū carnis. 233. b.
 Religio Ch̄riana porclitareē, si sola fides

RER. MAG. NOTAB.

Iustificaret. 23. a

Remissio peccatorum vnde pendeat. 96. a

Remissio peccatorum quādo fiat catholicis 171. a

Remiss. p̄ctōrū q̄n fiat secundū Lutheranos. 17. a

Ritus ecclesiæ qui ad nos deriuarunt. 159. a

Rhomanipontifices non facile dispensent. 259. b

S

Abbatum quid significet. 162.

Sacerdos deligēdus cui p̄ctā cōfitearis. 184. a

Sacerdos vt semp oret, semp cōtineat. 239. a

Sacerdotum incontinentia. 232. b

Sacrificium iuge quid significet. 162. b

Sacramenta quomodo & quibus profunt. 200. a

Samaritanus Ch̄m, faucius significat p̄ctōrem

Sancti sunt inuocandi. 220. b

(144. a

Sanctos quomodo inuocemus. 226. a

Sancti non indigent doctore homine. 145. a

Satisfactiōes canonicæ nō sunt nuper natæ. 192. a

Scripturæ vñ iterptationē accipere debeāt 144. b

Scripturæ totius dissectio improba. 42. a

Sex remedia contra prurium carnis. 234. a, b

Spes eruit peccatorem. 28. b

Spiritus sanctus datur sine externo verbo. 34. b

Stare & nolite iugo seruitutis cōt. expōitur. 212. a

Stultis stulte respondetur. 163. a

Suppliciorum multa genera. 39. a

T

Tentari nō est malū, sed tētatiōi asētire. 8. b

Theodosius imperator inuocat sc̄tōs. 221. b

Tertullianus citatur. 154. b & 185. a

Timor domini p̄nitentiæ inītiū. 28. a

Traditiōes ecclesiæ doctriæ dāmōioꝝ vocari nō

Traditiōes cui institutæ sunt. 207. a (p̄nt. 204. b

SYLLABVS

Traditiões multæ nō ligāt. 208. a (et iustitia. 246. a
Traditiões de ieiunijs nō obscurāt doctrinā de grā
Traditiões q̄ adæquāt præceptis dei peccāt. 246. b
Traditiones nihil onerant cōscientias. 247. a
ad Traditionū obseruantia q̄ nō teneātur. 247. b
in Traditionū præceptis tenent subditi ep̄is obe
 dire. 249. a

V

Vbi sit sola iustificans fides. 177. a (gaf. 178. a
Venite ad me oēs, quō a catholicis intelli
 Veniæ spes sine p̄nā præsumptio est. 102. b
Verba Pauli apostoli adulterant. 235. a
Verba Pij papæ extenuantur. 235. a
Vermis conscientiaë quis sit. 42. b.
Verbi auditu nemo iustificatur. 92. b.
Vera contritio quæ sit. 199. a
Veritas ubi periclitetur. 125. b
Video aliā legē in mēbris meis quō intelligat. 10. a
Virtus apprehensu difficilis. 350. a
Virtus sine vitio non perit. 62. b
Virtus bifariam accipitur. 66. a. b
Virtutum duplex forma. 68. a
Vita æterna merces est bonorum operum. 138. a
Vita æterna donū ē & merces p̄ q̄litate p̄sonæ
Vita Ch̄o digna q̄lis esse debeat. 155. a (136. a
Volūtas accipiēdi remiss. p̄ctōrū nō sufficit. 70. a
Vota esse licita. 253. a
Vota non debent frangi. Ibidem b
Vota sunt vere vincula. 154. a
Votis obnoxij non debent solum suas vires me
 tiri, sed & ex deo pendere. Ibidem b
Vtraq̄ species consecratiōis pro tota ecclesia in
Vxor dupliciter relinquitur. 267. (stituta. 231. b
Vigilantius damnauit ieiunium. 242. b

AD LECTOREM



Vm viderem tantum superesse folio
 rū Christiane lector, ne locus omni-
 no esset sterilis, & infœcūdus, indig-
 nū esse rebar, si omnino vacaret. Co-
 gitanti itaq; mihi quidnam huic loco
 opplendo magis conueniret, statim venit in men-
 tem, vt tibi oculos aperirē ostenderemq; tibi ali-
 quor notulas, vnde perspiceres in tam numerosa
 Lutheranorum turba neminem prorsus esse, qui
 suæ professioni, id est euangelio, quod libenter ha-
 bent in ore, per oīa respondeat. Sunt em̄ inuidi, su-
 perbi, pertinaces, iniuri, immorigeri & omnino
 tales, qui Christiano noīe indigni habeant. Aper-
 tam agnoscas inuidiam, si animo tecum pensi-
 tes quanto studio, quanta sollicitudine laborent,
 vt homines a veritate alienent, exemplo eius qui
 in scripturis vocatur inimicus homo, qui semen-
 ti dominico zizania superseminat, qui qđ Cy-
 prianus ait, ministros subornat suos velut iusti-
 ciæ ministros, asserētes noctem pro die, interitum
 pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidi-
 ā sub prætextu fidei, antichristū sub vocabulo
 Christi, vt dum verissimilia loquūtur, veritatem
 subtilitate fraudentur. Quæ autem maior potest
 esse inuidia, quam alienæ felicitati, qua non po-
 test esse maior, inuidere? Hic videas plerosque
 omnes Lutheranos circūcursitare domesticatim
 tabernatim, vt vel alicui incauto tenebrosas pal-
 pabilitū errorū tūbras infundāt. Hoc ausim dicere
 qđ si nostrates tantū insumerēt laboris in ecclesiæ
 gremio seruandis hoibus, q̄tū illi impēderunt eri-
 piēdis, nō tot pissent ab hinc annis plus minus vi

ginti hominum chiliades. Superbia imo vt ve-
rius dicam, φιλαυτία adeo apprehendit eos vt
nolint vel pusillum a suo hæretico sensu, a sua cor-
rupta opinione, a sua peruersa libidine decedere.
Si quando arguuntur insanæ doctrinæ conuincū-
turq; hæreseos, magis indurantur, & ineffabili
modo de ipsa victoria, quam putarūt mēdacijs
parari posse, tripudiant. Quis hic non videat Lu-
theri, Philippi, Pomerani, hominum plane hæ-
reticissimorum ingentem animi tumorem, cum
sine ecclesiæ consilio et sensu impudenter scriptu-
ras adulterandas non interpretandas arripiunt?
Et quod magis mireris in se solos superbiunt spi-
ritum sanctum esse poenitus effusum. Qui legit
Lutheri Babyloniam captiuitatem, in psalterii
um operationes, & alia aliorum commenta ma-
gis quam probitatis monimenta, multo clarissi-
me audiet, quod dico. Adde quod pro fasto suo
nemini vel iudicio vel sanctimonia vel eruditio-
ne præstantiori volunt cedere: & non solum non
cedunt verum etiam eos qui ipsos multis præce-
dunt parasangis, conuitijs, maledictis, contume-
lia, & irrisione onerant. Haud ita facile numera-
ueris quæties asini, papistæ, rasi, atichri milites, pup-
pæ, laruæ, et areopagitæ audierint Scholastr. Sane
tales talia dicere, Catholicos vt a pessimis exer-
ceantur, talia decet audire, vt Chro militia vere
Christianæ antesignano vitæ respondeant æqua-
litate. Vt non conuenit caligini cum luce, pluuia
cū serenitate, tempestatī cum tranquillitate, ama-
ritudini cum dulcedine, & luci cum tenebris: ita
multam operæ precium est imparilitatem esse in-
ter hæreticos & eos qui ecclesiæ sensum retinent
Iam si ad iniurias quibus passim innocentes op-
primunt, venias, iustum facile codicem repleue-

ais. Nunc nō licet Monachis præ acerbitate ani-
mi istorum vllam aliquo versum carpere viā si-
ne iniuria. Alius a longe cantilenam occidit foedi-
tate verborum plenissimam, idque præsertim
vt pauperis Monachi mentem exasperet. Alius
vt vehementer ei infestus sit, vt irritatus crabro
innocentem, aut vellicat, aut pungit Monachū.
Quid dico te cantilenis, de alijs irritatiōibus, cum
haud infrequenter ad verbera, ad vulnera, ad ho-
micidia ventum sit. Exēplo sint illi duo infontes
Franciscani, q̄ ante biennium vel circiter gladio
Lutheranorū apud hæreticos Saxones (sunt enī
& Catholici) iterierūt. Exemplo sint & alijs mul-
ti boni Monachi, qui maluerunt ceruicē persequē-
ti se Lutherano exhibere, quam recalcitrare. Eru-
beant omnes quotquot Luthero manum dedere,
quotquot fanatico huic euāgelio subscripsere, q̄
vident suos complices tam præclara scilicet per-
petrare facinora, tam aperte sub clarū diem ope-
ra facere, quæ debebant vel ipsis tenebris esse con-
tecta. Erubeant inquam, nam tales fructus ha-
ctenus proferunt tam fecundæ arbores. Et si
qui forte sunt qui manibus imperant, tam odio
turgent vt velint nullum Monachatus poenitus
esse vestigium. Hi etsi Monachos non lancinent
manu, corde tamen cupiunt eos extinctissimos.
Hinc bñ dicit Cyprianus, q̄ zeli vulnera obstru-
ta sunt & occulta, nec remedium cura medentis
admittunt, qui se intra conscientiae latebras cæco
dolore clauserunt. Vulgo iactitant inter se bene
Christiani, q̄ illi qui Lutheranismū profitentur,
facies habeant cū liuore subalbidas, vñ multo fa-
cilime agnosci possit. Vt vt vero sint facies paræ
refert, perfectius multo agnosces eos ex moribus

peſſimis. Nam ſi quando ſacræ interſunt contio-
ni, aut muſſitant, aut conſpecto ore contionalē irri-
dēt, aut veritate verborū dei laceſſiti, terga ver-
tunt, abeuntq; quæſitū ſuos contubernales, qbus
cū de verbo dei vt adulterauit illud Lutherus re-
liquiq; eius conuenæ, conferant. Vadunt ad ſua
conciliabula diſſertum, excuſſum, diſputatum,
definitum, qui poſſint Contionali Lutheri inimi-
co oſ obſtruere. Sub ſacro quod die dñico celebrē
us agi, iter aleas, iter chartas luſorias, inter ſcor-
ta edunt, bibunt, vomunt, & hoc ordine vitā ſuā
perdiſſime tranſigunt. Et tam in ſententia ſua
pertinaces ſunt tamq; indurati, vt prius cū Ana-
baptiſtis ſeu cum Eleuterobaptiſtis quam cū Ca-
tholicis ſentiant. Hunc enim ordinem hæcenus
obſeruatū conſpicimus, vt prius eſſent Luthe-
rani, ex Lutheranis fierent Oecolampadiani, ex
quibus continuo naſcerentur Zuingliani, & ſub
inde Anabaptiſtæ, qui adultos tingunt, & po-
ſtremo Eleuterobaptiſtæ, qui liberum nobis fa-
ciunt ſiue velimus ſiue nolimus baptizari: Pu-
tant enim ad ſpiritum non pertinere externam
illam corporis in aqua ablutionem. An non vi-
des nunc quam belle de huiusmodi dixerit APO-
STOLVS: Sermo eorum vt cancer ſerpit.
Et longiori quidem filo deducit eorum vitam
& conuerſationem Iudas apoſtolus frater IA-
COBI, quod ſint conuiuantes ſine timore ſemet
ipſos paſcentes, nubes ſine aqua quæ a ventis
circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ,
bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris deſpu-
mantes ſuas confuſiones, ſidera errantia, quibus
procella tenebrarum conſeruata eſt in æternum.
Tantum de notis ynde hoc hominū genus mul-

to clarissime agnoscas. Non potui omnes ostendere, non enim id patitur charta papyracea, neque decet nos ut nimium aduersus eos calamum exacuemus: speramus enim inimicos olim nobis quos odio persequuntur, amicos fore, & hanc asperiorum correptionem multum in eis fructus paritiram. Ad ea venio quæ ante initium exegeseos istius maxime dicere oportuit. Cum itaque videris alicubi aduersariorum nomenclaturam apicibus grandiusculis esse prænotatam, quod mox sequitur ex Apologia quam cum suis adornauit Philippus, huc translatum est. Alia oia quæ huc sine vlllo aduersariorum nomine sunt adnotata, ex Confessione sunt, nam hic aliquid videbatur principibus quæ subscripserunt, deferendum esse. Vale.



EXACTIS

SIMA EVANGELICAE VE-

ritatis, errorumq; & mendaciorum quæ
cum in Confessione Lutherana tum in es-
iusdem Apologia sunt, declaratio, autho-
re R. P. Iohanne à Dauantria, fratrum

Minorę regularis obseruañ. prouin-
cię Coloniae Ministro in-
cipit bonis auibus.



PRIMUM articulū aduersarij ab
orthodoxa Ecclesia mutuati sunt
prudenter, ne omnino exorbitare ab
Ecclesia viderentur. Sed ne putent
nos mutilatim ea quæ improbanda
sunt, excipere, ponemus confessionis eorum om-
nes articulos bona fide. Apologię verba plura
sunt, quam quæ per ordinem recitentur.

¶ Primus Confessiõis Articulus.

¶ Ecclesię magno consensu apud nos
docent, decretum Nicenę Synodi, de vni-
tate essentię diuinę, & de tribus personis,
verum & sine vlla dubitatione credendū
esse: videlicet, quod sit vna essentia diuinā
na, quæ appellatur & est deus, æternus, in-
corporeus, impartibilis, immensa potens-
tia, sapientia, bonitate, creator & cõserua-
tor oim rerum, visibilium & inuisibiliū

DE PECCATO

& tñ tres sint personæ, eiusdem essentię & potentię, & coæternę, pater, filius, & spūs sanctus. Et nomine personæ vtūtur ea significatiōe, q̄ vsi sunt in hac causa scriptores ecclesiastici, vt significet non partē aut qualitatem in alio, sed qđ pprie subsistit.

¶ Damnant oēs hæreses contra hunc articulum exortas, vt Manichæos, q̄ duo principia ponebant, bonū & malū, item Valentinianos, Arrianos, Eunomianos, Mahometistas, & oīes horū similes. Damnāt & oēs Samosatēnos, veteres & neo-tericos, qui cum tantū vnā personā esse cōtendant, de verbo & de spū sancto astute & impie rhetoricantur, q̄ non sint personæ distinctæ: sed q̄ verbū significet verbum vocale, et spūs mortū ī rebus creatū.

¶ Secundus articulus.

¶ Item docent, quod post lapsum Adæ omnes homines secundū naturā propagati, nascantur cum peccato, hoc est sine metu, sine fiducia erga deum, et cum concupiscentia: quodq; hic morbus seu vitiū originis vere sit peccatū, damnans et afferens nunc quoq; æternam mortem his, q̄ nō renascūtur per baptismū et spūsctm.



Hinc articulum, vt ipsi in Apologia
restantur aduersarij, probant catho-
lici, ita tamen vt reprehendant pec-
cati originalis definitionem, quã illi
se obiter recitasse causantur. Neque
ab re eam carpūt, nam actuali culpæ magis quã
originali conuenit. Et maxime culpam actua-
lem habet, qui sine metu Dei & sine fide uiuit.

Verum quã se excusant & genuinæ vsitatae ac-
cedunt definitioni, quã peccatum originis dicit esse
carentiã originalis iusticię, cū debito habendi eã,
non est quod diu tergiersemur: sed tñ in re tanta
debebāt nasutiores eē. Percupimus em̄, vt tandē
ceu postliminio inter utrosq; pacis federa coale-

¶ Sed quō id fiet cum ipsi mendacijs (scāt.
non desinant Catholicos laceſſere? Nam in ipso
statim Apologiæ suæ vestibulo, hæreseos nota m-
eis falso inurere conantur, quū tamen ipsi nolint
audire hæretici, qui ab ecclesia catholica ad vni-
us monachi exiticij somnia descuerunt.. Sic autē
habet Apologia.

¶ Aduersarij.

¶ Hos morbos, qui maxime aduersarij
tur legi, non animaduertunt scholastici, Mendaci-
um.
imo tribuunt humanæ naturæ integras
vires ad diligendum deum super omnia,
ad facienda præcepta dei quo ad substan-
tiam actuum. Nec vident se pugnantiã di-
cere. Nam proprijs viribus posse diligere

DE PECCATO

deum super omnia, facere præcepta dei, quid aliud est quàm habere iustitiam originis? Quod si has vires habet hūana natura, vt per se possit diligere deum super omnia, vt confidenter adfirmant scholastici, quod erit peccatum originis?

¶ Responſio Catholica.

Arguuntur mendacij.

¶ Si hoc docerent aduerſarij vlllo testimonio cuiuscunq; scholastici, iure arguerentur, imo damnarentur, catholici. Si enim natura humana ab originali iustitia destituta integras vires haberet ad diligendum Deum super omnia, & ad eius implenda præcepta, quo fructu mortuus esset nobis Christus? ad quid opus esset spiritu sancto? Nunc autem cum scholastici doceant contrarij, & dicant hoc Pelagianum esse, & dogma pessimum, impudenter sese notant mendacio, quo etiam toti mundo sese traducunt. Quis iam credet istis mēdacibus? quis ab eis salubria petet documenta, qui tam confidenter aduersus veritatem moliantur? Sed forte putauerunt, dum hæc commentaretur, neminem fore, qui hoc loco mendacij eos argueret, aut tenebricosum eorum animum propalaret. Quod vero mentiti sint, ipsi aduersum sese paulopost testantur, quo clarescit magis, quam sit elumbis, quamq; impotens falsitas aduersus veritatem, nullis hætenus hæreticorum arietibus subuersam. Sic enim habet Apologia eorum,

¶ Aduerſarij:

¶ Itaq; vetus definitio, cū inquit, peccatum esse carentiam iustitiæ, detrahit nō solum obedientiam inferiorū virium hominis, sed etiam detrahit noritiam dei, fiduciam erga deum, timorem & amorem dei, aut certe vim ista efficiendi detrahit. Nam & ipsi Theologi in scholis tradunt ista non effici sine certis donis & auxilio dei.

Probant quod ante eōdem nabant.

¶ Catholica responsio.

¶ Hæc sunt aduersarioꝝ verba, quibus idem recte docere tradunt Theologos, quod paulo ante negabant. Illic nugantur, scholasticos tribuere humanæ naturæ integras vires ad diligendum Deum super omnia & facienda præcepta Dei. Hic contra sui obliti, dicunt quod Theologi tradāt in scholis, ista neminem posse facere sine certis donis & auxilio dei. Quæ autē potest esse maior diuersitas, quam efficere sine Deo & efficere cum Deo? Vbi est iam euangelicus ille animi in aduersarijs candor, quem Catholicis defuisse falso dicunt, quum definitionem eorum peccati originalis carperent? Vbi spectat maior animi candor, in his qui male definitum norāt, an in his qui falso & impudenter innocentes mendacij & hæreseos insimulant? Vtinam essent ista aduersarium mendacia rudi nota vulgo, quem facile pulchro verborū lenocinio fallere potuerunt: sperarem breui fore, vt ad ecclesiam catholicā reuerterentur. Si autem tales sunt in ipsis statim foribus, quantum erit nugarum & mendaciorum in

DE PECCATO

ipsis penetralibus

¶ Aduersarij.

¶ Hic flagellant aduersarij etiam Lutherum, quod scripserit peccatū originis manere post baptismū. Addunt hunc articulum iure dammatū esse à Leone decimo. Sed Cæsarea Ma. in hoc loco manifestā calumniam deprehēdet. Sciunt enim aduersarij in quā sententiam Lutherus hoc dictum velit, quod peccatū originis reliquū sit post baptismum. Semper ita scripsit quod baptismus tollat reatū peccati originalis, etiā si materiale, ut ipsi vocāt, peccati maneat, videlicet cōcupiscentia. Addidit etiam de materiali, quod spiritus sanctus datus per baptismū, incipit mortificare concupiscentiam, & novos motus creat in homine.

¶ Responso Catholica.

¶ Flagellant quidem & non abre Lutherum Catholici, iure damnauit eum tunc Pont. Max. quod docuerit post baptismū remanere peccatū. quod baptizati recens habere non possunt aliud quam originis. Sic eū habet ille in assertionibus.

Luthe. in
assertio.

In puero post baptismum negare rema

nens esse peccatum, est Paulum & Christum simul conculcare.

¶ Si hoc voluit intelligi quod cōtendunt aduersarij de cōcupiscentia post baptismum remanente, quorsum opus erat tā graui verborū tonitruo, quum hactenus nemo negauerit concupiscentiā in baptizatis reliquam esse? Non est hic operæ precium hanc Lutheri sententiam scripturis enervare, cum a summo Pon. condemnatus sit autor. Porro vt magis agnoscant aduersarij, qui putāt Lutherum iniuste a Catholicis flagellatū, quod culpam originis dixerit in baptizatis remanere, non graua bor etiam alia adnectere, quæ ibidem dixit in assertionibus.

¶ Scio (inquit) quid hic multi opposituri sint, scilicet: omnia quæ dicta sunt, probare, non peccatū sed defectū seu infirmitatem relinqui post baptismū (sic enim fomitem & passiones carnis vocāt) Respondeo, si sola nos verbi controuersia haberet, facile admitterem vt defectum vocarent, quicquid illud est mali, quod in prædictis scripturæ verbis relinqui in nobis probatum est. Frustra enim certatur de nomine cum de re constiterit. Verū quod defectum sic appellant vt peccatū esse negent, & non culpam sed pœnam tantum

DE PECCATO

peccati esse velint, admittere nō possum. Neq; enim satis est, quod sine scripturę testimonijs, autoritate ppria dicunt omnia ista defectus dici, quia deficiant à perfecta legis plenitudine. Nam & ipsi met cogentur hoc peccatum dicere quod contra legem fit quocunq; modo: & defectus ille, quē extenuando peccatū sic vocant, certe cōtra legem est. Non enim p̄cena est sed culpa, quando dicit: Concupiscentiā nesciebam esse peccatū, nisi lex diceret: Non concupisces. Ergo qui concupiscit (sicut omnis facit baptisatus) scit se lege magis tra, cōtra quam facit, vere peccare.

¶ Ex his tam multis intelligit candidus lector Lutherum putauisse in baptizatis remanere peccatum, & nō esse quod eum aduersarij excusent erroris. Quare vt sacrę scripturę & orthodoxis obstrepens, iure condemnatur. Nunc vero videamus, quibus rationibus hunc defendant.

¶ Aduersarij.

Menda-
cium.

¶ Ad eundem modum loquitur & Augustinus, qui ait: Peccatū in baptismo remittitur non vt non insit, sed vt nō imputetur. Hic palam fatetur eē, hoc est manere, peccatū, tametsi non imputetur. Et hęc

snia adeo placuit posterioribus, ut recitata sit & in Decretis. Et cōtra Iulianū inq̄ August. Lex ista quæ est in mēbris, remissa est regeneratiōe spūali & manet in carne mortali, q̄a reatus solutus est sacramēto, q̄ renascuntur fideles. Manet aut̄, quia operatur desideria, cōtra quæ dimicāt fideles. Sic sentire ac docere Lutherum sciūt aduersarij. Et cū rem improbare non possunt, verba tamen calumniantur, ut hoc artificio innocentem opprimant.

¶ Responso catholica.

¶ Longe aliter Lutherus atq̄ Augustinus sentit, tamen si aduersarij Lutherū percipiant ut innocentē protegere, Lutherus defectū in baptizato manentē seu fomitem culpam esse dicit. Contra Augustinus & omnes Catholici negant hoc confidenter. Sic enim ait Augustinus cōtra Iulianum: Tu aut̄ qui putas, quod si malum esset concupiscentia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret baptizatus, non omni malo. Quod planius ita dicitur: Omnis reatu omnium malorū caret baptizatus, non omnibus malis. Nunquid enim caret corruptiōe corporis? An non est malum quod aggrauat animā? Nunquid caret ignorantia malo, per quod a nescientibus innumera perpetrantur mala? Audiunt hic aduersarij Augustino baptizatū omni reatu omnibꝫ peccato vacare, quæ Lutherus di-

Detegit
aliud mē
dadium

Aug. con
tra Iulia,
libro sex.

DE PECCATO

est manere. Si non pugnant inter se ista, nulla inter se sunt pugnantia. Et perperam Augustinum vocant in testem, attribuuntque ei, quod ipse nunquam scripsit aut docuit. Et quemadmodum olim Pelagiani multa mendacia, quae catholicis imponerent, falso excogitarunt: ita & aduersarios non pudet mendaciorum quibus Catholicos nituntur contaminare, ut suam opinionem aduersus eos stabiliant. Obijcit Augustino Pelagianus quispianus: Christiani dicunt, baptismum non dare omnium indulgentiam peccatorum, nec auferre crimina, sed radere, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quibus, quod respondit Augustinus, Catholicorum sententiam approbat aduersus Lutherum. ¶ Quis hoc, inquit aduersus Pelagianos, nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptismum dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferre crimina non radere. Nec ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum unde crescant iterum reseranda peccata. Hic Augustinus tam clare testatur in baptizato peccatum non remanere, ut nullus ambiguitatis reliquus sit locus, & praclusa est aduersariis excusationis via.

¶ Paulopost vero haud sui immemor, ait sic de concupiscentia: Haec si vocatur peccatum, non uti quod quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sic vocatur. Sicut scriptura manus cuiusque dicit, quod manus eam fecerit. Peccata autem sunt quae secundum carnis concupiscentiam vel ignorantiam illicitae fiunt, dicuntur, cogitantur. Vident etiam hic aduersarii, quod Augustinus concupiscentiam peccatum non dixerit, sed peccati effectricem. Audiatur

Augusti.
adBonif.

nunc eundem iterum. Nam eius autoritate frangunt aduersarios catholici, quem illi putabant pro se facere. Sic habet ad Valerium.

¶ Sicut eorum peccatorum, quae manere non possunt, quoniam cum fiunt praetercunt, reatus tamen manet, & nisi remittatur in aeternum manebit: Sic illius, quando remittitur, reatus aufertur: hoc est autem non habere peccatum, reum non esse peccati, Haec tenus Augustinus, At iam dicunt.

Augu. de
nup. &
con. ad
Vale.

¶ Aduersarij.

¶ Augustinus ait peccatum in baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur. Ideo palam fatetur esse, hoc est, manere, peccatum, tamen si non imputetur.

¶ Responsio. Eodem modo isti tribuunt Augustino quod doceat post baptismum remanere peccatum, quo Theologis nostris asseribunt quod confidenter dicant, hominem proprijs viribus sine gratia Dei diligere deum posse: hoc est utrisque utrumque mendaciter, ut simplicibus verba det, imponunt. Nusquam enim scribit ille in his, qui legitime baptizati sunt, peccatum, sed concupiscentiam manere, quam tamen ut peccatum, imputari negat. Nunc audi iterum Augustinum ad Valerium, unde etiam sua verba aduersarij captiose suffurati sunt.

Mendacij
arguuntur

¶ Si quaeratur, inquit Augustinus, quomodo ista concupiscentia carnis maneat in regenerato, in quo vniuersorum facta est remissio peccatorum, quandoquidem per ipsam seminatur,

Augu. ad
Valer. de
nup. &
concupis.

DE PECCATO

& cum ipsa gignitur proles parētis etiā bapti-
 zati: aut certe si in parente baptizato potest esse
 & peccatū nō esse, cur eadem ipsa in prole pecca-
 tū sit? Ad hæc respondetur, dimitti concupiscen-
 tiā carnis in baptismo, non ut nō sit, sed ut in pec-
 catū non imputetur. Quamuis autē reatu suo iā
 soluto, manet tamen donec sanetur omnis infir-
 mitas nostra, proficiente renouatione interioris
 hominis de die in diem, cum exterior induerit in-
 corruptionem. Non enim substantialiter manet,
 sicut aliquod corpus aut spūs, sed affectio est q̄-
 dam malæ qualitatis, sicut languor sequitur. Cu-
 ius vitiosis desiderijs ad illicita perpetranda non
 obedire præcipimur, ne regnet peccatū in nostro
 mortali corpore. Quæ tamen cōcupiscentia quo-
 tidie minuitur in proficientibus & cōtinentibus,
 accedente autē senectute multo maxime. ¶ Ha-
 ctenus verba Augustini pro Catholicis non me-
 piget recitasse, vt legant q̄ non sunt pertinaci ani-
 mo, sed veritati accommodo, intelligantq̄ quā-
 turpiter illi sanctorū virorum dicta pro suo capi-
 te torqueant. Non enim dicit Augustinus: Pecca-
 tum in baptismo remittitur, non vt nō sit, sed vt
 non imputetur. Sed sic dicit: Concupiscentia ear-
 nis dimittitur in baptismo, non vt non sit, sed vt
 non imputetur. Quod Augustinus de cōcupiscen-
 tia dixit, isti, vt Lutherum ab erroris suspitione
 liberent, trahunt ad peccatum.

¶ Iam quādo Augustinus vbiq̄ & cæteri, rea-
 rum siue culpam proprie dicunt esse peccatum,
 concupiscentiam vero negent peccatum esse, cū
 Catholicis conueniunt, qui constanter omnes as-
 serunt in baptizato concupiscentiam, non pecca-

Concupi-
 scentia in
 quibus de-
 ficiat.

tum remanere. Lutherus ergo qui cōtendit in ba-
 prizatis simul remanere peccatum aut culpam,
 & concupiscētiā carnis, qua resistitur legi dei,
 Augustino imo omni sacrae scripturae, omniū Ca-
 tholicorum, & totius orthodoxae ecclesiae senten-
 tiae, quae omnium vna est, aduersatur. Videāt au-
 tem aduersarij quam insynceriter eum defendāt.
 Sed nunc pergunt protegere.

¶ Aduersarij

¶ At disputant, concupiscentiam peccatum esse non peccatum. Lutherus defendit peccatum esse. Supra dictum est Augustinum definire peccatum originis, quod sit concupiscentia. Expostulent cum Augustino, si quid incommodi habet haec sententia. Praeterea Paulus ait: Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces. Item: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuantem me legi peccati, quae est in membris meis. Haec testimonia nulla cauillatione euertere possunt. Clare enim appellant concupiscentiam peccatum, quod tamen his qui sunt in Christo non imputatur, & si res sit natura digna morte, ubi non condonatur. Sic patres

DE PECCATO

citra controuersiam sentiūt. Nam Augustinus longa disputatiōe refellit opinionē istorū, qui sentiebāt concupiscentiā in homine non esse vitium, sed ἀδιάφορον, vt corporis color aut aduersa valetudo ἀδιάφορον dicitur.

¶ Responso Catholica

¶ Sæpenumero contendunt aduersarij Augustino originale peccatum esse concupiscentiam, nec tamen dicūt, vbi ille hoc dicat. Catholici vero exploratum habent eum; aliter dicere, hoc est, cōcupiscentiam non esse peccatum, quemadmodū loci iam nunc citati eos, quibus non est lectus Augustinus, docere affatim possunt. Neq; verisimile est tantum virum a deo sibi non constituisse, vt nunc istud, nunc illud doceret. Quamobrem non credent Catholici eis aduersus Augustinum, quos iam bis terque mendacij arguerunt. Si vero vir scētus originis pctm nihil aliud esse quā cōcupiscentiam assereret, plane originis peccatum, peccatum nō esse affirmaret, & rursus vt sui imemor secum ipse digladiaretur. Sed absit.

Paulo addunt.

¶ Quod ex Paulo citant: Cōcupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces, falso citant, & addūt aliquid ex Lutheri somnijs, quod neq; in Grecis, neq; in latinis exemplaribus visitur, & tamen isti constantet dicunt. Non enim legitur apud Paulum: Cōcupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret, sed simpliciter: Cōcupiscentiam nesciebam.

nisi lex diceret. Non additur ibi illa oratiōis particula esse peccatum, quo errorem suum, ne videatur obregunt. Vide autem prudens lector hunc nos nodum nulla cauillatōe, sed fraudis detectiōe soluisse. Sic nō est occultum quod non sciatur. Corruit ergo istud totum, quod pro illa definitiōe Lutheri construere moliti sunt, nam omnes catholici scriptores concupiscentiam hic accipiunt vt concupiscentiam, non vt peccatum. Videat igitur Cæsarea Maiestas in aduersarijs non candorem, sed animi duplicitatem.

¶ Nam si dixisset apostolus, quod non dixit: Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, non debebant tamē isti hoc ad carnalem illam affectionem, quę post baptismum in homine reliqua est, referre, quasi ea peccatū sit: sed pro candore animi sui, quem saepe ostentant, debebant referre ad eam concupiscentiam quę in mente dominatur, quę hominem ad peccandum cogit, imo quę ipsa peccatum est. Concupiscentia enim siue illa carnalis affectio in baptizatis relicta, non peccatum, sed si recte ei homo moderetur, meriti causa est, sin autem in peccatum profluit. Id quod bene etiam docuit Lutherus, cuius verba suo loco adnotabimus.

¶ Quod vero hic, cum dicit Apostolus: Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces, concupiscentia pro peccato mortali accipi debeat, liquet vel ex eo quod mandatum addit, dicēs: Nō concupisces, q̄si dicat: Concupiscentiā animo consentientē nesciebā peccatū eē mortale, nisi lex prohiberet hmōi concupiscentiā, dicens: Non concupisces. Cū em̄ fomes in baptizatis remanēs

DE PECCATO

Tentari non esse malum, sed tentatiōi assentiri peccatum est

ad libidinem, auaritiā, iram, inuidiā, aut ad alia vitiorum monstra hominem prouocans & instigans, animum ad se rapuerit, abalienat eum & contra diuinā voluntatem nititur, mortaliterq; peccat: quandoquidem pecudum instar, nō quod licet, sed quod liber, quod delectat, facit.

Roma. 8

Luc. 11.

Cum vero homo, carni resistens, spiritui se subiungat, spiritusq; sequitur habenas, non tantum nō peccat, sed & meretur: tamen si mala & perniosa caro seu sensualitas, suis malis viuere legibus.

Quia vt autor est Paulus: Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundū carnem ambulant, sed secundū spiritū. Et apud Lucā angeli denūtiānt pacē hominibus bonæ voluntatis. Cur autē denuntiatur hominibus bonæ voluntatis pax, nisi quod nunquam, vt vt afficiat caro, diuinum præceptum transilitur quam cum assensioe. Sic quod caro concupiscit, anima reprobat refugitq;. Quo fit vt illa concupiscentia maleuada carnis non hominis dicatur, ob diuersa studia vtriusq;. Illa enim voluptatem, iste sequitur spiritus voluntatem. Hinc dicebat Paulus:

Rom. 7

Si quod nolo malum hoc facio, iam non ego oportet illud, sed quod habitat in me peccatum.

Hō non peccat, nisi si carni pareat

¶ Cum contra voluntatem spiritus caro homini bellum intentat, iam iamq; se ad illicita animat, si concupiscat caro, id quidem homini eo ad scribitur, quod humana caro vi sua genuina hominem ad consentiendum illeceat. Proprie autē coram Deo homo malum non facit, quia nō consentit, sed quoad potest recalcitrat. Peccatum ergo, quod est in homine seu fomes ille, peccati radix, malum operatur, Carni igitur, hoc est sensua

litati inhibita concupiscenti, aut ex oblectatione suggerenti, cū nō cōsentimus, sed reluctamur: nō cōcupiscimus cōtra legem, sed ut mandatū est, concupiscentiæ resistimus, imo vellemus si Deo placeret, oēm eius ardorē omnino extinctū esse.

¶ Nec præceptū est carni, nec animę sensitivæ sed intellectivæ: Non concupisces, quod illa non potest non concupiscere carnalia. Si carni præciperetur: Non concupisces, perinde esset ac si Deus præcepisset Soli & Lunæ ne lucerēt, igni ne arderet, aquæ ne difflueret, lapidi funda emisso ne desideret. Hæc enim omnia agūt naturæ vi impellente: Sic caro seu anima sensitiva hac corruptela quā a protoparente contraxit, carere non potest. Cur autē ea homini a Deo sapienter attributa sit, qui scire velit, legat C. Lactantij Firmiani Epitomes sectionē tertiā. Sed homini, id est animæ intellectivæ, dictū est, ne carni cōsentiens per varias voluptatū diffluat illecebras, sed meminerit vt insanientē corrupti anhelitus bestiam canis ferreis in vltimis animæ recessib⁹ alliget, quo se ipsam fractis dentibus cōcupiscentia corrodat & mastiget. Hinc dicit dominus: Subter te erit appetitus tuus, & tu dñaberis illius. Non, inquit nō concupisces, sed tu dñaberis appetitui, vt rediuiuā sp̄ tentiginē orationū ieiuniorūq; frequēti cauterio eradices, abstineasq; summopere ab his, quæ huic flammæ ministrare possunt fomēnū. Eidem conuenit sensui quod alibi dicit dominus: Non concupisces domū proximi tui, nec desiderabis vxorē eius, nō seruū, nō ancillam. &c. Hoc est, si te hæc habendi titillauerit cupiditas, adnitere vt eam protinus intra te elidas: dictum

Non concupisces
cui dictū
sit.

Caro per
externa
oblecta-
mēta cor-
ripitur.

Concupi-
scentiæ re-
sistendū.
Gen. 4.

Exod. 10.

DE PECCATO

esse rememorans sapienter, vt post concupiscen-
tias tuas non abeas, neq; a voluntate tua abdu-
caris. Paulus quoq; haudquaquam ab hoc sensu de-
uiuit, quando dicebat: Non regnet peccatum in ve-
stro mortali corpore, vt obediatis concupiscen-
tijs eius, fomitem peccatum nominans: non quod sua
natura peccatum sit, sed quod in tenebrosis animarum
recessibus latitans castitatem inopinatis persequatur
assultibus.

¶ Ab re forte tot congestimus scripturas, quibus
docuimus fomitem, peccati causam, non
peccatum esse, cum ipse idem docuerit Lutherus:

¶ Tanto, inquit, quis castior est, non quo
quietior, sed quo dolentior se castum esse non
posse vt vult. Ideo qui sentiunt se vexari ta-
libus stimulis, non stulta opinione statim
datis manibus sese tradant desperationi,
quasi non sit castus qui aestuat medullis &
cogitationibus. Non est perdita castitas co-
gitationibus talibus: imo nunquam castior fu-
isti, si tamen sentis te inuitum illas habere. Spiritus
ille homo, id est, affectus castitatis, manet &
seruat castitatem: licet exterior in membris
& in corde miras excitet percellas. Et infra
Interna concupiscentia nemo caret, & tamen
hoc ipso saluamur, quod ei non consentimus.

Hactenus Lutherus bene docet, quod ex eccle-
siasticis cellarijs mutuatus est.

¶ Vide autem tu, vel qui ecclesiae libenter manum

Hic docet
ipse Lu-
therus fo-
mitem non
esse peccatum

das, vel qui a Luthero aut eius pedissequis seductus es, quam diuersa ipse doceat Lutherus. Paulo ante dicebat: Quicquid illud est mali, quod in nobis post baptismum relinquitur, non potest defectus esse aut dici, quoniam contra legem facit. Si autem contra legem facit, peccatum est, culpa est non pena. Hic docet tanto queque castior esse, quanto huic vitio magis reluctatur, imo hoc ipso saluatur, quod concupiscentiae non consentit. Quae duo possunt magis esse diuersae. Quocirca nos docuimus hominem, si concupiscentiae obediatur, non carnem male affectam, peccare: tamen si hanc affectionem omnino peccatum esse non negemus. Quo autem peccatum sit & dicatur, paulo infra docebitur. Hoc igitur apostoli paradoxo pariter etiam feliciter excusant aduersarij Lutherum.

¶ Porro quod addit ex Paulo: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis & captiuantem me legi peccati, non videntur satis bene perspexisse, aut certe obiter sine iudicio adnotasse. Primum enim cum dicit: Video aliam legem in membris meis, voluntatem seu propensionem ad peccatum procliuem intelligit: Deinde quod sequitur, repugnantem legi mentis meae, legem naturalem aut mentis quam per Moysen reformatam, per Christum absoluta est, putat: quae suadet quod potissimum homo ut saluetur, facere debeat. Quam tertio loco ponit legem peccati lex est quam indesinenter diaboli opera suggerit. Hoc pacto exposuerunt omnes catholici scripturae interpretes, neque aliter isti interpretari poterunt, nisi vellent manifeste in scripturas offendere. Vnde immediate dicebat: Condelector legi dei secundum interiorem hominem: & immediate subdit: Igitur ego ipse meum seruum legi dei, carne autem legi peccati, Peride ac si diceret:

Luth. ac
cusat in-
ter se pug-
nantis de-
ctrix.

Roma. 7
Exegesis
verborum
Pauli: Vnde
deo aliam
legem

Roma. 7

DE PECCATO

Molestat me imo vrget me fomes aut lex peccati aut cōcupiscentia, vt peccato, vt malitiæ consentiam per carnem, vt voluptatibus me oblectem: sed ipse mente tenus per legem dei melius instructus, legem peccati fomitem & concupiscentiam supero, tametsi caro deuicta ei pareat. Non est autē ob hoc caro culpanda quæ talem in se sustinet habitatorē, q̄ vbi cæperit oblectari, ei quæ debilis est & infirma, vim facit, sed mentis arcē haud quaquā superare potest. Est autē non parua infelicitatis, huiusmodi intra se quotidie palēstrā sentire. Hinc exclamabat vir Dei Paulus: Infelix ego homo, quis &c.

Aug. 11.
Retract.
cap. 15:

Rom. 7

¶ Augustinus hunc locū tractās, refellit obiectiōnē quæ sibi forte obrudi poterat, quod dixisset peccatū non nisi in voluntate esse, dicens: Potest etiā putari falsa esse ista sententia, quia diximus nusquā nisi in voluntate esse peccatū, quia dixit Apostolus: Si autē quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me p̄ctm̄. Hoc enim peccatū vsque adeo non est in voluntate, vt dicat quod nolo hoc facio. Quo modo ergo nusquā est nisi in voluntate peccatū? Sed hoc peccatū, de quo sic est locutus Apostolus, peccatū vocatur, quia peccato factū est, & pena peccati est, quandoquidem hoc de concupiscentia carnis dicitur. Quod aperit in consequētibus, dicens: Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonū: velle em̄ adiacet mihi, perficere autē bonū non inuenio. Perfectio quippe boni est, vt nec ipsa concupiscentia peccati sit in homīe, cui quidem, quando bene viuitur, non consentit volun-

tas: verum tamen non perficit bonū, quia inest ad huc concupiscentia, cui repugnat voluntas, cuius concupiscentiæ reatus in baptisate soluitur: sed infirmitas manet, cui, donec sanetur omnis fidelis, qui bene proficit, studiosissime reluctatur. Peccatū autē, quod nusquā est nisi in voluntate, illud præcipue intelligendū est, quod iust ad am natio cōsecuta est. Hoc em̄ per vnū hominē introiuit ī mundū: quanquā & hoc peccatū quo consentitur peccati cōcupiscentiæ nō nisi voluntate committatur. Propter quod & alio loco dixi: Nō igitur nisi volūtate peccatur. Hactenus Augustinū.

¶ Cum audis neminem nisi ex voluntate peccare, cogita tecum peccatū, quod citra volūtate fit peccatū nō esse, nisi sola denoiatione, q̄d vt nungatur Lutherus, & isti defendūt, haud quā contra legē dei facit, vt pote cui nulla lex posita est. Nā huic pctō, q̄d fomitē dicunt, legē ponere, per inde est, ac si vt diximus, soli præcipias, ne luceat. Deinde animaduerte concupiscentiæ reatum in baptisate solutū, quem Lutherus cum istis post baptisatū manere contendit. Tertio nota peccatū illud, quale quale tandem fuerit, post baptisatū remanēs, proprie non peccatū, sed peccati penam Augustino dici. Vnde ergo statuent isti errorē suū, cū ille, quē putabant pro se pugnare, aduersum eos dimicet?

¶ Audi amplius concupiscentiā carnis, si recte reguletur, pctm̄ nō esse: Bonitatē, inquit defendimus nuptiarū, ne putaretur earū esse vitium, concupiscentia carnis, & lex in mēbris repugnans, (Ausculta quid dicat) legi mentis, quo malo libidinis bene vtitur ad filios procreandos pudici-

Augusti-
ni verbo-
rum ephie-
gis

Aug. lib.
2. Retra-
ctā. ca. 13

DE PECCATO

ria coniugalis. Sic August. Si hmoi concupiscen-
tia pruritus non nocet coniugatis, cum tamen eā
intra matrimonij limites expleant, quanto mi-
nus oberunt cælibibus, qui eam, vbi primum na-
ta fuerit, lege mentis coercent.

Aug. li. 1.
Retract.
cap. 30.

¶ Iterum dicit idem Augustinus, quem isti for-
te nobis lectum non esse, aut non inuestigatu-
ros sperabant: lubes certe vt contineam a concupis-
centia carnis & concupiscentia oculorū & ambi-
tione seculi. Iussisti a concubitu & de ipso coniu-
gio melius aliquid quam concessisti, monuisti. Et
qm̄ dedisti factum est, & antequam dispensator
sacramenti tui fierem. Sed adhuc viuunt in me-
moria mea talium rerum imagines, quas ibi cō-
suetudo mea fixit, & occurrant mihi, vigilanti q̄
dem carentes viribus, in somnis aut̄ non solum
vsq; ad delectationem, sed etiam vsq; ad consen-
sum factūq; simillimū. Et tm̄ facit imaginis illu-
sio in aīa mea, & in carne mea, vt dormiēti falsa
visa persuadeant, qđ vigilanti vera nō possunt.
Nunquid tunc ego non sum dñi Deus meus? Et
tantum tamē interest inter meipm̄ & meipsum,
vt intra momentū quo hinc ad soporem trāseo,
vel huc inde retrāseo. (Nunc sequitur, quod ad
rem nostram pertinet) Vbi est illa ratio, quæ ta-
libus suggestionibus resistit vigilās? Et si res ipse
ingerantur, inconcussus maneo. Nunquid claudi-
tur cum oculis? Nunquid sopitur cū sensibus cor-
poris? Et vnde sæpe etiam in somnis resistimus,
nostrisq; propositi memores, atq; in eo castissime
permanentes, nullum talibus illecebris adhibe-
mus assensum. Et tamen tātum interest, vt cum
aliter accidit, euigilantes ad cōscientiæ requiem

redeamus, ipsaq; distantia reperiamus nos nō fecisse, quod tamen in nobis quoquo modo factū doleamus. Hæc Augustinus, quæ longiori oportuit filo deduci, vt lectori melius pateret intelligendi ostium. Summa vero eorū est, ratiōem esse quæ vigilantis procliues ad peccandum motus coerces, ne in peccatum defluant. Si accidant dormienti neq; volenti, peccant & nō peccant. Peccant eo modo, quo fomitem dicemus esse peccatum, non peccant aut coram Deo, qui eos iustā ob causam humanis membris prudenter inseruit, nisi forte vigilans vlla imagine sese oblectasset, quæ dormiēti occursans, corruptelæ causa foret.

¶ Clare em̄ appellant concupiam pct̄m̄.

¶ Quam clare duo isti loci concupiscentiā peccatum appellauerint, iam eluxit. Reliquū est, vt doceamus prout etiamnum polliciti sumus, peccatum quot modis in scripturis inueniatur, & q̄ modo concupiscentia peccatum dicatur.

¶ Paulus itaq; cui libenter subscribunt aduersarij, trifariam accipit peccatum.

Primū pro solo fomite peccati, aut pro defectu naturæ. Et sic accipitur ibi: Non iam ego operator illud, sed quod habitat in me peccatum. Item ibi: Non igitur regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis cōcupiscētijs eius. Neq; possunt aduersarij istos locos, nisi prorsus eos distorqueant, aliter accipere. Non reclamamus fomitem vitium esse naturæ originali iustitia destitutæ, sed negamus culpabile esse pecca-

Trifariā
accipitur
peccatū.
Roma. 7
Roma. 6
Peccatū
primo ac
cipitur p̄
fomite
pct̄i pro.
&c.

DE PECCATO

August.

Cypr. fer
mo. de ra
ti. circū.

Secundo,
peccatū ē
cū mētis
assensu.
Rom. 6
Roma. 7

1. Cor. 16.
1. Timo. 5

Hebr. 10.

tum. Nam quomodo culpabile erit, cum præter voluntatem fiat? Sic tradit Augustinus: Peccatū adeo est voluntariū, vt si non esset voluntarium, nō esset. Quod defectus naturæ sit, affatim in superioribus docuit Augustinus. Quod vero pena peccati sit, docet præter alios Cyprianus, dicēs: Secutum est transgressorem supplicium, & adhæ sit indiuidua pena peccato: de quo erubescunt, q̄ cunq; mundo corde regem in decore suo videre desiderant. Et paulopost hoc peccatū vocat fornicatē: Fomes quippe huius malī, inquit, intus in tenebrosīs recessibus latitat. Non putēt ergo aduersarij hoc peccatum, primum a neophytis nomenclaturam accepisse, vt fomes, vt defectus carnis vt pena peccati nunc vt plurimum appelletur.

¶ Deinde dicitur peccatum, cui accedit mētis assensio, cum permouent concupiscentiæ: & hoc frequentioris est vsus. Sic illud accepit apostolus: Quid ergo peccabimus: quoniā non sumus sub lege sed sub gratia? Absit. Hic præcipit vt illi peccato, id est, malis motibus & concupiscentijs dominemur, sicut præmonuerat. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Sic accipitur & ibi: Euigilate iusti & nolite peccare. Et ibi: Peccantem corā omnibus argue. Et ibi: Voluntarie peccantibus nobis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Et in innumeris alijs locis accipitur pro culpa, quæ fit de consensu libero ad illud domesticum fomitis malum.

¶ Tertio, haud ita infrequenter Paulus Christum appellat peccatum, vt pote pro peccatis hominum a deo patre oblatum, vt ibi: Deus filium

suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatū in carne. Qñ dicit peccato, Christum intellige, pro te omnibusque adeo in cruce hostiam redolentissimam oblatū, cuius sacro & adhuc calenti cruore abluimur & viuificamur. Et ibi: Qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Hic cum audis, pro nobis peccatum fecit, accipe Christum sese pro nobis obtulisse. Et in Osea dicitur sacerdotes peccata populi comedere, vbi nimirum peccata pro hostijs, quæ pro peccatis immolabantur, accipi debent. Priore modo & posteriore improprie peccatum accipitur pro eo, quod aut est pena peccati, aut pro peccatis oblatio.

¶ Nam neminem non videre arbitror ex omnibus, quæ tum ex scripturis tum ex autoritatibus patrum collegimus, quam inepte, q̄ stulte Lutherus dicat fomitē peccatum esse suapte natura, siue consentiat, siue non consentiat homo: & tam graue peccatū, vt diuinū præceptū transgrediatur. Quod præter id, quod supra adnotauimus, docet, sed indocte, præcepto sexto operis, cui præceptorij nomen est.

Præceptum non impletur spiritualiter, dum adhuc concupiscentia in nobis est, qua fit vt de castitate nemo præsumere ac præcepti impletione nullus omnino possit, sed tantum accusare sese, & cōfiteri peccatum suum.

Roma. 8.
Peccatū
tertio acci-
piť pro
pcti obla-
tione.

2. Cor. 5
Osee. 4

Lutherus

DE PECCATO

¶ Et nono præcepto nugatur fomitem prohiberi, & inuincibilem concupiscentiam & ipsos primos motus vna cum fomite. Quare illa duo præcepta a nullo sanctorum putat posse impleri, Sed iam satis ista enervauimus.

¶ Patet nihilominus, quam sinistre, quã infelicitèr hæctenus aduersarij Lutheri causam tutati sint: nempe hæc, quod post baptismum remaneat peccatum suapte malitia mandatum dei prætergrediens. Id quod docuimus ex Augustino, quem ipsi suæ sententiæ delegerant patronum. Ante Augustinum Origenes quoque docuit in baptismo peccata omnia dimitti. Christus dedit nobis, inquit, secundam circumcisionem per baptismum regenerationis & purgauit animas nostras, abiicimus omnia opprobria Aegypti, & pro ipsis assumpsimus conscientiam bonæ astipulationem in deum. Tunc per secundam circumcisionem ablata sunt nobis opprobria Aegypti & purgata sunt vitia peccatorum.

Origenes
super Iosa . homi
lia. s

Cyp. ser.
de ablu.
ped.

¶ Idem ante Augustinum docuit & reliquit Cyprianus, dicens: Huius gratiæ liquor de abdito & secretissimo spiritus sancti munere emanans, sic lauat quæ parentalibus labes infecerat, ut nec actualis nec originalis macula aliqua sui post ablutio nem illam vestigia derelinquat.

Hiero. ad
Oceanum.

1. Corin. 6

¶ Hieronymus Augustino synchtonus adiicit etiam istis suum calculum: Omnia nobis in baptismo condonata sunt peccata, nec post indulgentiam, iudicis metuenda est seueritas, dicente Apostolo: Et hæc quidem fuistis, sed sanctificati estis, sed abluti estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, Et multo plura idem,

¶ Possẽ innumeras hic sanctos patrum testi-
monia congerere, sed ne probo lectori oneri sim,
abstineo; cui etiam nullum erat ad faciendam si-
dem necessarium: sed propter contentiosos ex o-
mnibus pauca adnũeraui ne aduersarij arbitra-
rentur nullam huius rei quam tractamus añ nos
fuisse mentionem. Et vt discas istos fallaciter si-
mul ac mendaciter dicere, quod patres sic sense-
rint, sicut ipsi sentiunt, citra controuersiam.

¶ Iam dicant hic aduersarij, si Lutherus, vt ip-
si de eo testantur, semper scripsit reatum pecca-
ti originalis per baptismum tolli, quo modo au-
det dicere fomitem fomitisq; motũ aduersus ho-
minis voluntatem recrudescẽ ebullientemq;
ram graue peccatum esse, vt etiam lege dei pro-
hibeatur? præsertim cum reatus proprie peccatũ
sit, nomieturq; peccatum. Si per baptismum ab-
latus est reatus, quod isti eum semper scripsisse di-
cunt, quo modo manet? Lutherus enim omnino
remanere dicit reatum. Quis hæc non videat ex
diametro secum pugnare.

Aduersa-
rij hic ca-
piuntur.

¶ At hic dicent: Licet fomes & concupiscẽtia
peccatum sit, tamen his qui in Christo sunt non
imputatur, & si sit res digna morte vbi non con-
donatur. Puto istos monophthalmis esse cæcio-
res, qui cum vnum ea parte qua videt perriman-
tur, alia parte prorsus non vident. Non vident e-
nim quæ dicant. Huiusmodi autem est, quod hic
dicunt: Peccatum non est peccatum, aut dimis-
sum est peccatum & non est dimissum. Quid
enim aliud sonat & quid est aliud non imputa-
ri peccata, quam remissa eẽ peccata? Qui enim

Aduersa-
rios sua
verba il-
laqueant

DE PECCATO

peccat, peccato obligatur, nisi peccatum ei cōdo-
netur. Quid est manere peccatum, nisi peccatum
non esse remissum, ideoq; obnoxio grauiter im-
putatur. Remissa ergo semel peccata neq; ma-
nent neq; imputantur, iuxta illud prophetæ: De-
ponet iniquitates nostras & proijciet in profun-
dū maris omnia peccata nostra. Deus haudqua-
quam ita remittit homini peccata, vt maneant,
sed omnino tollit, iuxta illud: Ecce agnus dei qui
tollit peccata mundi,

Mich. 7

Iohan. 1.

¶ Quod Augustinum dicunt disputare aduer-
sus eos qui sentiebant concupiscentiā in homine
non esse vitium sed ἀδυσίαφορον, vt sunt in corpore
color, aut valetudo aduersa ἀδυσίαφορα, accipi-
mus: interim tamen sciant isti, qui hæc nobis ob-
ijciunt, aliud esse vitium carnis, aliud animæ. Car-
nis quidem vitia ἀδυσίαφορα sunt, quibus certe aut
bene aut male vtimur: sed hoc animæ sensitivæ
vitium aliter ἀδυσίαφορον est, quā illa. Nā istud,
vt dicit Augustinus, est voluntas ea faciendi quæ
verat summa & intima veritas, illa vero agunt
aut patiuntur pro carnali affectione vt quisq; af-
fectus est. Istud vitium animæ sensitivæ nō est ta-
le, quod possit per se, tametsi velit, mandatū Dei
transgredi, nisi animæ rationali. i. liberæ volun-
tati quoq; psuadeat, vt sese in carnalem secum
oblectationem dedat. Igitur cum Augustino cō-
cludimus, hoc vitium non animæ rationalis na-
turam, sed contra naturam eius esse, & peccatū
& penam peccati. Peccatum quidē dicitur, quia
de peccati merito venit.

Augu. de
vera reli.
cap. 20

¶ Est tamen vnde ἀδυσίαφορον dicatur hoc vi-

tium concupiscentia, Quia vt disputat Augustinus, hoc vitium causa est aut salutis aut perditionis. Salutis quidem, quando ex oblectamento aliquo externo vel carnali cogitatu irritatur, incipit se aduersus mentem aduersus hominem interorem erigere cum carnis illecebra, quæ non potest non sequi. At ille interior homo cum senserit hanc aduersum se aciem instructam in seipsum conuersus, si permouetur, si sequitur, peccat, & rem facit morte dignam: si vero reluctatur, si allidit paruulos suos ad petram, coronam meretur & *ἔσται ἡ ζωὴ αὐτοῦ*. Et hac longa vincendi consuetudine, senescit indies concupiscentia.

Concupiscentia aut salutis aut perditionis causa.

¶ Tertius Confessionis articulus.

¶ Item docent quod verbum, hoc est filius dei, assumpserit humanam naturam in utero beatæ Mariæ virginis, vt sint duæ naturæ, diuina & humana in vnitatem personarum inseparabiliter coniunctarum, vnus Christus, vere deus & verus homo, natus ex virgine Maria, vere passus, crucifixus, mortuus & sepultus, vt reconciliaret nobis patrem & hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis. Idem descendit ad inferos, & vere resurrexit tertia die: deinde ascendit ad caelos, vt sedeat ad dexteram patris & perpetuo regnet, & dominetur.

DE IUSTIFICATIONE
omnibus creaturis, sanctificet credentes in
ipsum, misso in corde eorum spiritu sancto,
qui regat, consoletur ac viuificet eos, ac de-
fendat eos aduersus diabolū, & vim pec-
cati. Idem Christus palā est rediturus, vt
iudicet viuos & mortuos, & c. iuxta sym-
bolum apostolorum.

¶ Hunc similiter articulum a Catholica eccle-
sia mutuati sunt, qui & impollutus est.

¶ Quartus Confessionis articulus.

¶ Item docent, quod homines non pos-
sint iustificari corā Deo proprijs viribus
meritis & operibus: sed gratis iustificen-
tur propter Christum per fidem, quā cre-
dunt se in gratiam recipi, & peccata remitti
propter Christum, qui sua morte pro no-
stris peccatis satisfecit. Hanc fidem impu-
tat deus pro iusticia corā ipso. Rom. 3. 4.



¶ Hunc articulum qui dissentionū, schis-
matum errorumque mūdo ansam de-
dit, haudquaquam censura præterire de-
bebat, vtpote erroneum & catholi-
cæ doctrinæ aduersantem: quod si
quo mō tandem inter vtrosque concordia coales-
cat, fiat vt exulent hæreses, & ad vnitatem fidei
redeant plus dis dia pason dissidentes. Duo autē
hoc articulo potissimum elicio. Alter, quod nemo
suis viribus, suis meritis, suisque iustificetur operi-

bus: alterꝫ, qꝫ gratis peccatores per fidem iustificentur, quom̄ credunt se in gratiam recipi, & propter Christum peccata remitti, qꝫ sua morte peccata nostra expiauerit. Primum, quod nemo ex suo pte conatu iustificetur, si diuinam gratiã excludant, facile concessero: & hac ratione, vt verẽ dicam, sunt vniuersæ hominũ iustitiæ quasi panus menstruata. Et hoc nemo vnquã orthodoxorum ausus est negare. Præsertim quũ didicissent Paulum Corinthiis dixisse, insufficientes esse homines, vt cogitẽt aliquid ex se quasi ex sese, quũ omnis eorũ sufficientia ex deo sit. Deus enim (vt idem alibi autor est) operatur in nobis velle & p̄ficere pro bona volũtate. Neqꝫ ipse mentitus est Christus, qui vt p̄sumptoribus tolleret, de sua ipsorũ iactantia superbientibus, supercilium, dicebat apostolis: Sine me nihil potestis facere. Hoc igit sic acceptũ, vtriusqꝫ cõuenit, & hac rõne haud minus quã Lutherani, Pelagianos proscribũt orthodoxi. Si vero istud problema intelligũt Lutherani, vt ad peccatorũ remissionẽ nostriqꝫ iustificationem nihil faciãt orthodoxorũ bona opera, neqꝫ necessaria sint, errãt (quod dici solent) toto cælo struũtqꝫ rudi plebeculæ laqueũ, quo in suũ ipsorũ pertrahantur interitũ, adeo occultũ, vt haud facile vitari possit. Nã quantũ ex bonis operibus ad iustificationẽ hois, qui rõne pollet & ingenio accedat, mox suo loco commodũ dixero. Alterũ vicz qd̄ gratis iustificẽtur propter Chr̄m p̄ fidẽ, .i. quũ credunt se in gratiam recipi & tam leuiter peccata dimitti, erroneũ dogma est, perniciosum est, damnabile est. Quod vt neminem lateat, aperiam vt poterò breuiter. Si id sufficit vt credat quis p̄ctũ suũ remissum, & se mox in grãm rece

Esaia. 64.

2. Cori. 3.

Philipp. 3

Iohan. 15.

Fides sola non iustificat;

DE IVSTIFICATIONE

Lucæ. 17.

Marc. 1.

Non sola
fides iusti
ficat.

Ezech. 33.

ptum adeoq; iustificatū, vt nihil amplius factū opus sit, cur comminatur Christus quibusdam apud Lucam, quod nisi penitentiam haberēt, exemplo Galilæorum, quorū Pilatus sanguinem cū sacrificijs miscuerat, omnes similiter perirent. Audiūt hic Lutherani istis, aut pereundum, aut penitendum fuisse, & nullam fieri fidei mentionem. Orthodoxi, vt cui peccata condonentur, penitentiam adnectunt, authore Christo, cuius huiusmodi apud Marcum sententia est: Penitemini & credite euāgelio, nimirum a qua plus quam cælum & terra dissident Lutherani. Quare cum Christo in omnibus verbis suis fidei, tuto manum dederint bene Christiani, tum orthodoxis, qui Christi dictis inhaerent quam arctissime: contra qui Lutero nituntur, errant misere. ¶ Quod vt magis manifeste rudi elucescat popello, aduertabo aliquot scripturæ locos, ex quibus ceu ad speculum videat, quam raro fidei sed semper fere penitentia tribuatur peccatorū remissio. Si impius (inquit per prophetam dominus) egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea & fecerit iudicium & iusticiam, vita viuet & non morietur, omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua quam operatus est, viuet. Audis hic penitentiam, audis præceptorum obseruantiam, audis & iusticiam, fidei mirum est hic silentium. Quomodo ergo stabit cum his Lutheranorū sententiā, qui non penitentiam sed fidei solum remissionem peccatorum tribuunt. Si impius, inquit, egerit penitentiam, non, si solum credat se per fidem in Christum a graui peccatorū sarcina exonerari. Agit autem

pniam, qui a peccato resipiscit, qui malum magis detestatur, quam prius amplexus est, q̄ offensum Deum toto studet pectore pacare, cui summa cura est, ne deū, cui iā recōciliatus est, quo mō denuo offendant. Sed neq̄ sufficit peccata a se longe ablegare, nisi aliter vitam instituat, vt qui prius aliena rapiebat, nunc sua egenis tribuat: qui prius voluptati vacabat, nunc abstinentia se maceret: qui prius prostibula frequentabat, nūc sese contineat: & in summa, quantum quis peccato adhæsit, tantum nunc bonis operibus det operā. Pulchre hæc docet alius propheta & breuiter: Declina a malo, & fac bonum: vt discas primū felicitatis gradum esse non delinquere, secundum peccatum cognoscere, & ad meliorem vitæ frugem studium conuertere. Illud innocentem, hoc facit suis vulnere chirurgum. Breuiter, vt ab hac Ezechielis me autoritate absoluam, in iustitia sua (inquit) quam operatus est, viuet: perinde atq̄ diceret: Non in fide tātum, qua credit sua solum obliterata esse peccata, sed qua per dilectionem iustitiæ opera exequitur. Hic videant Lutherani, ne dum dicta Pauli a propheta Abacuc mutuata pro sua libidine statuūt, Ezechielis fidem exinaniāt. Neesse ergo fuerit, vt duobus prima facie parū quadrātibus locis catholicam aliquā amussim, qua corriganur, adhibeant. Nō video autem, neq̄ ante me viderunt orthodoxi sacrarū scripturarū tractatores, applicabiliore, quā est illud paradoxū Pauli, q̄ neq̄ circumcisio aliquid valet neq̄ præputiū, sed fides quæ per charitatem operatur. Hic enim fidem audiunt, audiunt & operationem, nimirū fidei, quæ per charitatem

Psal. 119
Felicitatis
duo
gradus.

Gala. 5

DE IUSTIFIC.

- bene operans iustificat; vt discant non simulatq;
 quis diuinam beneficentiam tenuiter in animo
 versat, condonata esse culpam. Huc spectat
 quod alibi Christus aduersus istos pronuntiauit:
- Iohan. 14** Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et
Iacob. 1. beatus Iacobus non auditorem obliuiosum sed
 operis factorem in suo facto beatum vocat: nō
 ob aliud arbitror, quam ne quis insolentior auda-
 culus, de sola sibi fidei nomenclatura blandiatur.
- Ezech. 18** Rursum audi, quam sit sibi semper vbiq; con-
 sentiens propheta, imo is, qui in eo se prodit, spiri-
 tussanctus: Conuertimini, inquit, & agite peni-
 tentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & nō
 erit vobis in ruīnam iniquitas. Proiicite a vobis
 omnes iniquitates vestras, in quibus prauarica-
 ti estis, & facite vobis cor nouum & spiritū no-
 uum. Et quare moriemini dom^o Israel? Quia no-
 lo mortē moriētis, dicit dñs. Nihil sane profuerit
 post perpetratum malum ore solum tenuiter &
 corde peccatum domino cōfiteri, nisi cor tibi no-
 uum feceris, nisi malum tibi animo prorsus exci-
 dat, nisi peccato radicitus euulso, iustitiam & esu-
 rias & sitias: & in summa, nisi mandata dei ma-
 nibus pedibusq; deinceps prosequaris. Suffragat^r
 quoq; istis Moses: Anima, inquit, quæ delictum
 suum intellexerit, agat penitentiam de peccato.
Leuit. 5. Hic mihi videor subodorare, hoc breui sermone
 Mosē voluisse inter nos litem componere, sed
 aduersariorum malo, nostro vero tripudio. Sed
 quo nam modo? Anima, inquit, quæ delictum
 suum intellexerit. Hoc solum volunt aduersarij,
 mutatis tamen aliquatenus verbis. Nam qui in-
 telligit delictum suum, nimirum cum penitudine
 intelligit & dolet, & ineffabili quadam anī ve-

locitate veniam precatur: sed nō protinus absoluitur, nisi penitendi studium ei medullitus inhæreat. Nec enim statim vbi dixisset: Anima quę delictum suum intellexerit, tacuit: nam sic mancā nobis reliquisset sententiam, militassetq; fortiter pro aduersarijs, q̄ satis eē arbitrātur, vt p̄c̄tōr delictū suū agnoscēs, saltē credat per fidem in Christum illud abstergi: sed addidit, agat p̄niam pro peccato, quo vel animi sui dolorē declarat. Hęc forte exegesis non ab re addidimus. ¶ Nam & ecclesiasticus ille Iesus verebatur, ne si penitentiam non agerent, fiat, vt in manus domini vltimes inciderent Iudæi. ¶ Ex Ieremia vero discis, quam ipse dominus nostrę penitentię sit cupidus & consequenter, quam ipse nostram salutem sitiāt: Attendi, inquit, & auscultauī, num qui ante offenderant me, veniam precaturi per melioris vitę studium reuerterentur: & ecce (q̄d dolens dico) nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat penitentiam super peccato suo: sed vnusq; q̄ quasi nihil habeat inquinamenti, obtegit peccatum suū, perinde ac id me lateat, dicens: Quid feci vt ad cor redeam? Et apud eundē notat pseu-
doprophetas, quorum falsa persuasione populus dementabatur, ne post erratum suum oculos ad deum sustolleret: sed ipse se mūdum arbitraretur. Prophetę tui, inquit, viderunt tibi falsa & stulta quorum auditu gloriābaris, nec aperiebant iniquitatem tuam, quam maxime tibi cognitā esse oportuit, vt ex eius cognitione ad penitentiā pro uocareris: & si quando aperuerunt, vt tibi aiū demulcerent & ori tuo mel oblinerent, contendebant iniquę, fatis te fecisse, si saltē crederes p̄ Christi

Eccle. 1. ?

Ieremi. 8.

Thren. 1.

DE IUSTIFICATIONE

Hierc. 7

1. Cor. 10.

Heb. 13

Apoc. 13

Matth. 21

flum omnium te peccatorum remissionem indepti hoc nequiores q̄ pro pharmaco, aconythum dedere pestilentissimum. Probe essent suo munere defuncti, si sedulo inclamitassent: Bonas facite vias vestras & studia vestra, & habitabo vobis cū in loco isto, & nolite confidere in verbis mendacij, quandoquidem error est solum credere tenuiter remissionem peccatorum, & interim manū sub pallio otiosā portare. At qui hic fortassis quis tacitus apud se dicat, istas esse minas eorū, quib̄ tum fidei in Christū necdū propalata erat energia, quū Christus neque natus neq̄ passus esset: nūc autē morte eius interueniente, amplius nihil damnatiōis sed salutis plurimū eos, qui credunt tantū, remanere. Qui hoc dicit, plane monoculus est, & perfidiā eos accusat, quod in Christum nō crediderint, neq̄ per eū salutē sperauerint. Quomodo ergo stabit, quod Corinthijs dicebat apostolus, q̄ omnes patres nostri eandem escam spiritalē manducauerūt & omnes eundem potū spiritalē biberūt, de spiritali cōsequēte eos petra: petra autē erat Chrs. Sed non necesse est in scirponodum quærere, cū aduersarijs nobiscū cōueniat Christum omnium esse saluatorē & redemptorē quodq̄ non sit in aliquo alio salus. Christus em̄ Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Et in Apocalypsi, agnū ab origine mūdi Iohannes diuinitatis intimus & sine pari cōtemplator, occisum dicit. Et ante mortē Christo a sellō subuecto turba Hosiana acclamabat, præter Phariseorū & eorum qui ei male volebant, opinionem. Quēadmodū autē ante & post passum Chrm vna fuit de eo fides, ita & in penitendi sententiā non debent va-

riare. Quod autem non varient, docēt multa no-
 ui testamenti exempla. Principio Christus nostrę
 salutis autor a penitētia sacrum euangelium au-
 spicatus est, non a fide, nimirum vt qui suo nomi-
 ni in autorari vellent, prioris vitę maculas salu-
 tari pnię spongia delerent. Hinc fidelis Christi
 pedisequus Marcus apostolos ad munus euāge-
 licū selectos, exiisse memorat & denuntiāsse po-
 pulo, vt deserta male viuendi consuetudine pe-
 nitentiā agerent peccatorū. Et Petrus apostolicę
 cohortis princeps, ne imperatoris sui doctrinam
 inuerteret, suadebat populo quē iam admissi in
 Christum flagitiū penitebat, vt peniterent magis
 & conuerterentur a via, qua ad mortem nō esset
 rector, ad saniolem euāgelio dignā mentem, vt
 digni essent, quibus remitterentur peccata. Iuxta
 aduersariorū sententiam, satis erat per fidem in
 Christum omne flagitiū expunctū credere. Verū
 Petrus & qui bene credūt euangelio, fidei copu-
 lant penitentiā, qua ceu scopis vniuersam im-
 munditię colluionem diuinitus adiuti, euerrāt
 Et apud Lucam, vt ipse Christus copiosus testis
 est, plus gaudij est super vno peccatore penitenti-
 am agente, quam super nonaginta nouem iustis
 qui non indigent penitentiā. Penitentiā agēte
 inquit, non aūt remissiōem peccatorū tantū cre-
 dente. Siquidem venit Christus, vt ipsemet libe-
 re confitetur, vt ad penitentiā peccatores vo-
 caret, non ob aliud, quam vt doceret soli fidei ce-
 lestem aditum occludi: sed si comitem habeat pe-
 nitentiā, patere. Sic alicubi Paulus sese iactitat
 quod quibusdam nihil vtiliū subtra xerit, quin de-
 nūtiarit eis & docuerit publice & domesticatim

Lucā. 19.

Matth. 9.

Actu. 30.

DE IVSTIFIC.

Actu. 10

Fides cū
penitētia
iustificat

tam Iudæis quam gentibus penitentiã in Deum & fidem in dñm nostrū Iesum Christum. Vidēt hic aduersarij fidem penitentiæ adnexam & ad copulatã. Quod si sola fide post peccatū Deo conimur, quorsum spectabat penitentiam denuntiare? Si vero sola sufficiebat penitentiã, quid necesse erat toties fidem prædicare? Quamobrem qui catholice munere funguntur apostolico, penitentiæ fidem & ediuerso fidei penitentiã ad sociant. Poteram hic eos, quibus tam exosa est, tam fetet penitentiæ nomenclatura, grauitet vrgere & ceu inter malleum & incudem constituere, si penitentiã fidei præpositam ad salutē magis fore necessariam contenderem. Sed nolo crabrones suapte sponte maligniores temere irritare: tamet si sciã eos vel ex tenuissima occasione solitos plenas paginas conuicijs, maledictis, scommatis occupare, quæ si ex eorū scriptis tollas, quantū erit reliqui? Nec illud nostro dissidet iustituto qđ alibi Corinthijs idem scribit apostolus: **Tam& si** inquit contristauit vos in epistola, non me penitet & si peniteret vidēs qđ epistola illa (& si ad horã) vos cōtristauit, nūc gaudeo, nō qđ cōtristati estis sed qđ cōtristati estis ad pñiam. Cōtristati em̄ estis scđm deū, vt in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Quæ em̄ secundū Deum tristitia est penitentiã in salutem stabilē operatur, vt qđ vestra voluntate fecistis, mutato nūc in melius consilio posthac fide firmiter radicati, nunquã sitis commissuri. Rursus inter apostolos primus, quū ab ijs, quos Christo lucrifecerat, seiscitaretur, quid facto esset opus, vt ad illam, quam ipse pollicebatur, beatitudinē pertingerēt, respondit, Penitē

1. Cor. 7.

Actu. 1.

tiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi, & accipietis donum spiritus sancti. Vident hic nisi sint Leberide caeciores aduersarij, q; & credentibus admotum sit pnia pharmacum (nisi em credidissent vtiq; apostolum non consulissent) quo medicati integrioris venirent sacrum baptismum susceptum. Idem alibi consuluit quibusdam, vt si aeternae felicitatis abirent gloriam peniterent a perpetrato homicidio, conuerterent q; se ab inueterata peccandi consuetudine ad euangelicam absolutioris vitae normam, modo vellent a peccatis, quibus commaculati erant, expurgari. Et vt ad caput Christum, quem primum ex noua lege ad roborandum nostrum institutum acersui testem, redeam, qui tam post exantlatum acerbissimae mortis agonem, quam ante, quum praedicatione auspicaretur, sibi consonus, sic fere apud Lucam perorauit; Oportuit Christum pati, & a mortuis resurgere, & praedicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes. Vel ex his verbis luce clarius est, non sufficere peccatori ad veritatis agnitionem ceu postliminio accito, vt credat saltem Christum pro sua iniquitate in crucem exactum, peccatorum meruisse remissionem, imo necesse esse, vt fidei pnia adnectat, qua simul comonstret animum suum promptum ad quibus iniurias pro nois eius gloria preferendas, vtpote q; tam acerba pro se sua sponte obierit. Si sola fides (iterum dico) remissionem mereat peccatorum, superuacaneum fuerit pnam praedicare, ceu rem inutilem & sola denotatione celebrare. Sed absit, vt tautologiae Christum condonem, eorum verba, si euangelio fide habemus, diuturnitate caelum et terram auer-

Apoenitentia
 Chrī
 sermonē
 auspica-
 rus est, a
 pnia fini-
 uit.

Matth: 3,

DE IVSTIFICATIONE

Apo. 2.

rent. Idem Christus in Apocalypsi (si tamen per eū qui septem stellas tenens in dextera, ambulat in medio septem candelabrorū aureorū Christū intelligi patiantur aduersarij) præcipit Iohāni vt scribat āgelo Ephesinæ ecclesiæ: Memor esto vn de excideris, & age penitentiā & prima opera fac. Item quibusdam post acceptatam fidē, velut ad vomitū reuersis comminabatur, q̄ nisi penitentiā agerent superioris vitæ, nisi vigilarent fore vt a dño tāq̄ a fure dormitantes, obruerētur nullā corrigendæ vitæ sp̄e relicturo. Quid necesse est pluribus, quæ passim tam in vetere quā noua supersunt apothecis, grauare lectorē testimonijs, quū vnum aliquod affarim Christiano sufficeret lectori, contētioso ne plaustro quidem satifeceris? Hanc igitur catholicæ ecclesiæ sententiā quā ego pro ingenioli mei capacitate tuendam accepi, refero ad omnes bonos viros, qui veritati libenter subscribent, vt iudicēt inter se ipsi, cui potissimū debeat palma, ecclesiæ defensoribus, an contra aduersarijs. Ecclesiæ tuto manum dederint cuius omnia columnina in vnam coeunt sententiā aduersarij polypo sunt magis diuersicolores, nūquam vna sit n: sententiā.

Apo. 16

E Numerauimus nunc multos scripturarū locos, quibus docuimus aduersus pseudoprophetas, non a nudam fidē homibus peccata dimitti per Christum, sed & penitentiam in primis esse necessariam: superest, vt idem etiam rationibus doceamus. Rationibus (inquam) expisist, scripturarum fonte explicitis, ne vt assolēt ctiminentur se humanis rationibus, sophismati-

bus, adactos, inuitos herbam nobis dedisse. Erūt
aut rationes numero octo. Prima ratio

Deus vt est pius, ita est & iustus, & vt canit
in psalmis Dauid, iustitias dilexit, aequitatem vi
dit vultus eius. Tā iustus est tantāq; ægratis ha-
buit rationem, vt quantumuis sine vnigeniti sui
filij incarnatione, passione, morte humano gene-
ri mille modis perditō succurrere misericorditer
pro sua inexhausta bonitate potuisset, noluerit eā
vel pusillum offendi: sed vt res ipsa declarat, do-
cent, profitenturq; omnes qui Christo manū de-
dere, nihil eidem filio suo parcens, post extremā
egestatē, famē, sitim, algores, frigora, post multa
cōiicia, opprobria, maledicta, post restes, flagel-
la, coronas, spinas, tradidit eū turpissimo mortis
genere afficiendum, idq; vel pro inimicis demeri-
tissimis. Qui autē in filio suo tam atrociter homi-
nū peccata vltus est, nō animaduertet in seruum
dominū suū iterū suis criminibus crucifigentem
sanguinē eius & mortē contemnentē, profundē-
tē, cōculcantē? Sic absoluet ad solam credulitatē
impiū, vt sine vlla penitentia impunitum dimit-
tat? Non arbitror. Siquidem de eo in Deuterono-
mio cecinit Moses, q; omnia eius opera sint per-
fecta & omnes viæ eius iudicia. Et in apocaly-
psi audit Iohānes turbas multas cōcinentes lau-
dem & gloriam & virtutem Deo suo, quod ve-
ra & iusta essent iudicia eius. Quod si vera sunt
eius iudicia, si iusta, si recta, quo modo non vlcif-
cetur peccata in seruo, domini sui voluntatē sciē-
te, & non tantū non faciente sed & contemnente
respiciente & abhominante? Profecto si euange-
lio credimus, contumax iste seruus plagis vapu-

Psal. 10:

Peccata.
puniūtur

Deu. 32.

Apoc. 19

Luca 13.

DE IUSTIFIC.

labris multis: tamen si pretiosi sanguinis Christi cōmertio misericorditer sit redēptus. Oportet em̄ vt et iustitiæ suus seruet̄ locus. Hinc igit̄ primū ellicimus nudā fidem in Christū ad oīmodā peccatorū remissionē nō sufficere. ¶ Secunda ratio.

**Auersum
a deo cō-
uerſi o po.**

¶ **I**am quia peccatum suapte natura est ab inestimabili bono quædam digressio, & ad bonū variabile adeoq; caducum accessio, non potest q̄ peccato obnoxius est, nisi vere eum peniteat peccati, remissionem sperare, nam hac ratione ad illud bonum, quod reliquerat, regreditur. Credat qui velit, per Christum remissionem, credat natum, crucifixum, mortuum, credat om̄ia: nisi ab iniquitate sese ad iustitiam renūtiato diabolo cōuerterit, non est quod remissionem speret. Qui in peccato manet, & ne cogitat q̄dem illud a se ablegare, & credit nihilominus se per Christum a peccato absolui, temerator est diuinæ bonitatis, manentq; super eum ira & indignatio. Nisi conuersi fueritis, inquit myſtagogus ille, gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit, & in eo parauit vasa mortis. Vide hic etiam exempla, quæ passim scriptura suppeditat. Dauidi, vbi adultério homicidium copulasset, facinus condonatum est, sed penitenti, sed gementi, sed flenti, sed oranti. Magdalena insignis illa peccatrix, vbi veterem reliſſet male merendi cōsuetudinem, vbi lachrymis pedes Christi abluisset, coma que extersisset, post multum gemitum, post simul ac cubantium secretum conuicium, audiit: Remittuntur tibi peccata tua. Sic & Petro, quod humano timore correptus, Christum negasset, delictū ignoscitur: sed non tam facile, vt aduersarij con-

Pſalm. 7

**Dauid q̄
modomi
sericordi
am sit cō
secutus
Magda.**

**Lucæ. 7
Petrus.**

tendunt. Conuersus enim ad cor penituit, & vt euangelista ait, egressus foras, fleuit amare. Iam si ocium tibi est & si uis, uolue, reuolue totum bibliorum codicem: dispeream, si vnum aliquod offendes exemplum, quo aduersarij suam iniquam persuasionem roborare possint, vt pote quod ad nudam in Christum fidem peccata condonentur. Caue igitur ne pulchro verborum lenocinio illectus, eis manum porrigas, sed fidem te orthodoxæ ecclesiæ alumnum exhibe,

¶ Tertia ratio

¶ Rursus, illa fides nimirum impiū iustificat, qua non tantum credit, (quod vrgēt aduersarij) peccatorum remissionem, verum qua toto conatur pectore, qua manibus pedibusq; ninitur, vt laborem absoluat, quē deus peccatorē voluit subire. Si credas saltem vera esse, quæ Christus dixit & eadem pro virili tua non facias, nihil magni feceris. Si credas autem, & factis ipsis tuam fidē declares, vt fidei facta respondeant, non ociosus eris operarius, neque nomine tenus fidelis. Non enim autore Paulo, auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores iustificabuntur. Alibi idem docet sacram scripturam ad salutem intruere per fidem, non autem saluare: hoc est, inculcat, quid nobis, vt saluemur vt iustificemur, potissimum per fidem factū opus sit: Si vero Christum audias, Paulum audias, audias denique omnia quæ per spiritum sanctum scripta sunt, credas item & ore tenus profitearis: nihil facis, nisi ea in intimos animæ recessus complectens, quotidiano exercitio per bona opera eructes. Nam felix illa beatitudo, beataque felicitas voluntatem dei

Nō satis est si deo credas nisi eidem obedias.

Roma. 2

DE IUSTIFICATIONE

patris facienti, non credenti tantum, aut tenuiter confitenti, promittitur. Voluntas autem patris est, vt tu peccato valedicens, penitentiae te exercitatione per fidem ralem exhibeas, qui peccatorum a deo merearis remissionem accipere. Caue ergo ne aduersariorum subscribas sententiae.

Quarta ratio,

Qui deū
pctō offē
dit penitē
tia placet

Iob. 15.

Deut. 32:

Eccle. 8

¶ Compertum est quoq; peccatorem, quantū est in se, malitia sua deum dehonestare, floccipendere, contemnere, quū sua praua libidine diuinam voluntatem antevertens, facit, quod in factum, contemnit quod factum esse oportuit, quod de impio Iob pronunciabat: Tetendit, inquit, aduersus deum manum suam & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersum eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Et Moses: Incrassat⁹ est dilectus et recalcitrauit impinguatus, incrassatus, dilatatus. Dereliquit deum factorem suū, & recessit a deo salutari suo. Id male habuit Mosen de carnali adhuc Israele, carnalibus tātum vmbri & inuolucris initiato: & iuxta aduersariorum sententiam Deus, q̄ nullam patitur iniquitatem, qui tot modis a Christi a no precioso filij sui sanguine inautorato ceu il luditur, ad tenuem in filiū suū fidē, nullam hominum vindicabit iniquitatem. Si tā facilis de peccato ad gratiam aditus est, si ad tam exiguam fidei in Christum cogitationem, inueterata ablin gitur peccatorum rubigo, ampliata est nimirum peccandi liberius via, & absq; vllō timore, quod dicit Salomon, filij hominum perpetrabunt mala. Si tam facilis est, inquam, de peccato ad gratiam introitus, vt sola modicāq; fidei in Christū

cogitatione contingat, quorsum putas deuoluetur religio Christiana? Raptu, furto, fornicatu, adulteratu, mechatu, viuent homies, homicidio auaritia, superbia, inuidia, & id generis mōstris sese cantaminabunt, pollutaque erunt omnia. Et tādē fiet, vt magis humana iudicia, quam diuina metuant: Sed absit hoc. Quapropter, ne malo deus videretur occasionem dedisse, noluit imo dedecuit suam iustitiam, tam facilem iustificandi hominis suapte malitia recidiuantis, constituere modum. Et ne lapsis spēs recuperandæ salutis putaretur prorsus adempta, pro sua inestimabili bonitate iustitiam temperauit misericordia, reuertentem per penitentiam humaniter excipiente.

Quinta ratio.

¶ Paulus proinde enumerat in priore ad Corinthios epistola aliquot p ordinem facinorosos quibus regnum dei non continget, nempe fornicarijs, idololatrijs, adulteris, mollibus, masculorum cōcubitoribus, furibus, auaris, ebriosis, maledicis, rapacibus: & in epistola ad Ephesios adnectit his etiam immundos. Dicant hic mihi aduersarij, de fidelib⁹, an de infidelibus, an certe de vtrisque hæc scripserit apostolus? De infidelibus? Sed hi vel ob solam infidelitatis notam a cælesti regno arcentur, & superuacaneum fuerit admonere vel terrere eos, quos scias admonitionem tuam & verborum fulmina floccifacturos, & te dicent aerem verberasse. Si de fidelibus hoc est Christo semel per fidem & baptismum initiatis hæc scribit, compertum est, per huiusmodi viciorum portenta, quæ admisissent, salutem & gloriã impediri, iam vt vt credant si agitiosi isti,

Religio
Christiana periclitaretur si iustificaret sola fides.

i. Cor. 6.
Iniqui nisi penitent non saluatur.

DE IVSTIFIC.

fornicatores, inquam, adulteri, ebrioli, & cæt. nisi fidei pœnitentiã adcopulent, inaniter per Christum remissionem credunt peccatorum. Qui odium, inuidiam, simultatem, rancorem in corde gestant, qui rapto furtoque domos suas & arcas locupletant, dicto citius, nulla prius restituendæ prædæ habita mentione, per fidem in Christum aduersariorum opinione, remissionem consequuntur peccatorum. At nostra sententia, sic credidisse, præsumpsisse est, peccasse est diuinæq; iustitiæ insultrasse est: tantum abest, vt iustificentur. His ergo qui peccato renuntiant, qui peccandi voluntatem mutant, qui oëm persequendæ iustitiæ ansam captant, haud difficilis erit ad remissionem peccatorum aditus: qui credunt tantum & interim vacant ocio, excludentur

¶ Sexta ratio.

¶ Denique Iohannes diuinæ maiestati, vt ita dicam, a secretis deũ dicit esse lucem inaccessibilem, & Ephesios aliquando Paulus dum essent peccatores, tenebras appellauit. Et ita omnes, qui in cœno volunt peccatorum, quosq; sua ipsorum exoculat malicia, quique tenebrarum principi ancillatur, optimo iure tenebras dixeris. Et nemo nescit, nullam esse luci cum tenebris societatem, quod inter se ipsa ex diametro pugnant. Iam vt nouo prodigio tenebræ fiant lux, hoc est, vt rursus homo peccator cum luce participet, vt rursus deo conueniatur, necesse fuerit vt ceu serpens, relictis prioribus peccatorum exuvijs, nouum induat hominem qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis, Id autem ad solam fidei in Christum cogitationem fieri nequit, optet enim & iustitiam addere & sanctitatem,

1. Ioha. 1.
Ephes. 5

2. Cori. 6

Lucis ac
tenebr. i.
dei & pec-
catorum
nulla so-
cietas.
Eph. 4

quæ simul & corpus & animam & totum deni-
 què hominè exigunt, vt noua sis in Christo crea-
 tura. Istam vero hominis metamorphosim, vt cun-
 quocitent aduersarij, siue resipiscentiam, siue pe-
 nitentiam, siue dolentiam, siue alio quouis nomi-
 ne, parum mea retulerit, modo dent sola fide in
 Christum non dimitti peccata. Neesse est autem
 vt hoc dent, nam Iohannes discriminauit inter
 bene & male fideles: Si dixerimus, inquit, quoni-
 am societatem habemus cum deo & in tenebris
 ambulamus, mētimur, & veritatē nō facim⁹. Si
 autē in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, soci-
 etatē habemus adinuicē, & sanguis Iesu Chrī fi-
 lij eius, emundat nos ab oī pctō. Audiunt hic ad-
 uersarij & fideles in tenebris versari posse, q̄ cū
 sanguine Christi nullam habeant cōmunionē: q̄
 tamen haud dubium, si sola fidei in Christū me-
 moria peccata relaxantur, iam essent Christo re-
 uniti, vt non in tenebris clara die palpitarēt. Sed
 non est tam planus de peccato ad iustificatiōem
 transitus. Omnia simul peccata relinquere oportet,
 & vt Paulus docet, expurgandum est ve-
 tus fermentū, vt simus noua conspersio. Tūc tā-
 dē fiet, vt societate habeāt inter se, q̄ prius erant
 abinuicem vel remotiss.

1. Iohan. 1

. Corin. 5

¶ Præterea qui per baptismum ex spiritu
 sancto sunt renati, vtique filij Dei sunt, qui tan-
 to eos beneficio dignatus est. Quod si tantæ
 dignationis munus obliuiscunt, ingrati sint benefi-
 centissimo domino, seseque peccatis iterum in-
 uoluant, sathanicæ se totos mancipant seruituti,
 qua non est alia infelicio. Quid enim potest ho-
 mini contingere in vita infelicio, quid miserius

Peccato
seruitemi
seruicia ser-
uitus,

DE IUSTIFICATIONE

1. Ioh. 3
Iohan. 8.

quam subijci illi qui æternæ mortis eius semp est
fitientissimus? Et non tantū seruus, sed & filius
est. Qui enim facit peccatū, inqt Iohānes, ex dia
bolo est, quoniā ab initio diabolus peccat. Christo
quoq; perfidi & cōtumaces ex patre sunt diabo
lo, malitia, non natura. Istiusmodi autē sua ip
sius malicia perditū, vt priori lauacro per innocē
tiā respondeat, iustitiā operari oportet, qua crea
tori suo, quantū humana per gratiā Dei patitur
infirmitas, coæquet. Neesse ergo fuerit, vt iusti
tiā faciat, vt iustus sit, qui prius dum peccatū fa
ceret, ex diabolo erat. Aliud est autē iustitiā face
re, aliud simpliciter in Christū credere. Illud si so
tiam habeat fidem, te vere facit fidelem, istud
plane præsumptorē, fide vacuū, spe vacuū, cha
ritate vacuū, & prorsus omni virtute indigum.

Octaua ratio

Peniten
tia requi
rebatur in
baptizan
dis.

1. Petr. 2.

Actu. 2

¶ Postremo velim scire ab aduersarijs, cur tā
facile ab omnibus peccatis absoluant homines
qui in baptismo semel eliminato vetere homine
rursus se peccatis inuoluunt, & (qd dicit Petrus)
cōrigit eis illud veri prouerbiij: Canis reuersus ad
suū vomitum, & sus lota in volutabro luti. Cur
(inquā) istos tam facile absoluūt, quū ne gētiles
quidem, nisi peniterent, ad lauacrū regeneratio
nis sint recepti? Putabant enim necessariū esse
& vere fuit, vt prius peniterēt, quam ad baptis
mum venirent. Et hinc dixisse Petrū Iudæis, vt
primū agerent penitentiā, deinde baptizarentur
in nomie domi nri Iesu Christi in remissionē pec
catorū. Nulla enim iustitiæ cū iniquitate partici
patio est, & nefas, sanctū canibus dare. Hoc b.
pater August, in libro de fide bis terq; inculcat &

apud patres nusquam non visitur. Quare nō est mihi in hoc desudandum, sed vt doceam iam renatis Christo per baptismum, non tam facilem esse post enormem lapsum, vt rursus illi inferantur, accessum. Dicant itaq; mihi, vtrius grauior sit casus, gentilis, an Christiani? non baptizati, an baptizati? infidelis, an fidelis? Nimirū dicent grauius esse Christiani baptizati & fidelis delictum, quam sit gentilis non baptizati & infidelis. Quod si grauius est, cur non item acriore indigeret spongia? cur non magis penitentia ablueretur? Tolerabilius est quod aqua salutaris gentile & quidem credentem a peccatis suis emaculet, quam quod Christianus remissionem peccatorū per solam fidem in Christum accipiat. Grauitatem vero peccati eorum, qui post baptismum deliquerunt, in epistola ad Hebræos Paulus ponderat dicens: Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, virtutes seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad penitentiam, rursus crucifigentes filium dei & ostentui habentes. Et: Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis faciēs legem Mosi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur. Quanto putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam

Hebræ. e

Hebr. 10.

DE IVSTIFIC.

fecerit? Audiunt hic quā longe aliter atq; ipsi do-
 cuerit Paul⁹. Rapiat aliqs aliena, fure ē, mœche ē
 fornicet, adulteret, sit auarus, sit superbus sit inui-
 dus, sit voluptarius, sit proinde foetēs oīm immū-
 diciarū cloaca, ap^d aduersarios prius dicto veniā
 meretur, hoc est vt credat tātū in Christo peccata
 condonari nihilq; pœnitentię meminerit. Paulus
 vero lapsum putat ram grauem ram atrox vul-
 nus, vt vix medicamentum suscipiat, vt vix pro
 peccato vlla supersit hostia, sed terribile iudiciū
 sed ignis perpetuus, sed mors. Quo fit palam
 alio spiritu Paulū, alio aduersarios agitari. Tam
 graue plerisq; nonnullis post baptismū iterū re-
 labi visum est vt pœnitentiā penitus abstulerint.
 Sed nos neq; istis neq; aduersarijs subscribētes, me-
 dia via ambulam⁹: & quod illi negat, concedi-
 mus: quod isti putāt superflū eē, nos dicim⁹ om-
 nino necessariū. Hoc autē sunt isti illis deteriores,
 quod omnē timorē eximentes, peccandi homini-
 bus frenū relaxant, quod illi volebant vel maxi-
 me constrictum. Porro vt cōsolemur eos quibus
 Lutherus legēdi vulgari idiomate libros potesta-
 tem fecit, quiq; nūc ei vel ab hoc renūciāt, maxie
 quod hunc locū videant ex diametro cū doctrina
 ei⁹ pugnare, institutum est eū sic explicare, ne vel
 Luthero vel Nouatiano posthac credant. Quū er-
 go impossibile audis, & quod nulla pro peccatis
 reliqua sit hostia, difficultatē intellige redeundi in
 gratiā, & ne veniā post perpetratum malum
 despera: sed pro tua virili decerta, vt offensum
 Deum per pœnitentiā, quam Hierony. secun-
 dam vocat post naufragium tabulam, reconcil-
 lies, Alioquin nisi sic intelligas, quomodo non se-

De No-
 uatianis
 loquitur

Impossi-
 bile pro
 difficili.

cum ipse dissidebit Paulus, qui alibi inquietos de-
 eet corrigēdos esse fratres. Quid ita, nisi vt a sua
 mala consuetudine conuersi, pœniteant, fiantq̃
 tales quibus deus misericorditer pro sua inastima-
 bili bonitate peccata condonare possit. Rursus
 Paulus fornicarium illum insignem Corinthi-
 um excommunicat, & in interitum carnis tradit
 satanæ, vt tandem spiritus saluus sit. Vides hic
 tam Nouatiani, cui nullus erat pœnitēdi locus, quā
 aduersariorū, qui solum ex fide in Christū iustifi-
 cant impiū, prorsus documenta labascere. Viget
 enim eū ad pœnitētiā, quod illis aduersatur: &
 quod istis refragatur, quem epistola ad fidem in
 Christum pro peccatorum remissione adhortari
 potuerat, cōtrudit ceu in carnificinā, qua non po-
 test in ecclesia esse seuerior. Quantum vero in
 hac profecerit pœnitentiæ carnificina, docet in se-
 quenti epistola idem apostolus, vbi vult, vt in il-
 lum iam olim a se ad interitionem carnis pro-
 scriptum, confirmet charitatem, vpote iam a
 suo scelere vacuum. Poterant hæc ad roboran-
 dam ecclesiæ catholicæ fidem sufficere, sed nec-
 dum forte obstreperum eructantemque aduer-
 sariorum expleuerim stomachum. Proponam er-
 go plura, vt quo modo tandem saturi, desinant
 submissitare. Paulus igitur eodem quem citau-
 mus, loco: Quæ secundum deum tristitia est, in-
 quit, pœnitentiā in salutem stabilem operatur
 Audis hic tristitiā, audis pœnitentiā, audis et
 salutem. Tristitiā aut dolor nascitur de peccato,
 quæ subinde meditataur pœnitentiā, imo tristi-
 tia ipsa siue dolor pœnitentiæ pars est, & aliquid

1. Thes. 5
 Paulus se
 se expōit

1. Corin. 5

Luthera;
 & Noua
 tianivna
 sententia
 cōprehē-
 duntur.

Excōmu-
nicatio

2. Cori. 7

Ibidem

DE IVSTIFIC.

a. Pet. 2.

nimirum extra fidem in Christum: & hanc tristitia dicit stabilem salutem operari, quã aduersarij solũ contendũt homini cõtingere fide in Christũ cuius hic ne meminit quidem apostolus ¶ Et b. Petrus dicit dominũ patienter agere propter eos quibus iam fidẽ in Christũ prædicauerat, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam conuertri. Habebãt certe isti fidẽ in Christũ, tam & si eã iustis operibus, vt debebant, non ex colerẽt, tam & si vita vocationi non responderẽt. Propterea tam diu eos expectat misericorditer, nihil eis interim mali machinãs, donec tãdẽ excitati, iustis laboribus penitentiaẽ aduigilent ¶ Et in actis a-

Act. 14.

postolicis congratulãtur apostoli gẽtibus & magnificãt Deum, quod penitentiaẽ eis dedisset ad vitam. Rursus nõ meminit hic Lucas illius libri cõgestor, fidei, quã nimirum radix est totius euangelicæ perfectæq; vitæ: sed solum innuit quod penitentia necessario comitem habeat fidẽ. Nemo est enim qui se ieiunijs maceret, carnẽ domitet, sibi ipse renũciat & vt semel dicam, qui se propter Christũ prorsus excarnificet, nisi idẽ in Christũ credat. Si dixisset: dedit Deus gentibus fidẽ in vitã, haberẽt aduersarij, vñ aduersum nos gloria-rentur, extollerentq; suam in Christum sine penitentia fidem: nos, qui vtraq; ad vitam predicamus eẽ necessaria, humi repimus, & simplici vtmur veritatis oratione, affatim contenti, quod apud nos sese ipsa defẽdit veritas. ¶ Huc quoq; spectat, quod ibidem dixit Petrus principis sacerdotum & magistratui, verbo Dei obstreperis: Hũc (inquit inter alia) principem & saluatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandam peniten-

Act. 13.

tia Israel & remissionē peccatorum. Vides quod neq; hic fidei vllam faciat mentionē, sed penitentie fidei necessario ad sociatę, q̄ cū i vno simul cōeūt homine, remissionē ei nimirū peccatorū operantur. Hactenus aduersariorū sententiā extenuātes, eos, qui sese ob superius allegatū Pauli dictū misere in animo afflictabant, cōsolati sumus: nisi quod eis posteriora duo parerga videri possunt. Hęc igitur ego pro virili omnibus bene consultū cupiens, quę mihi scriptura suggessit, adnotauit. Expēdat cādīdus lectoran exceptu digna sint: si quo minus, referat se ad epistolam Cypriani quę est ad Nouatianū, munitissimum nostrę sententię propugnaculum. Ego interim pergo.

¶ Nunc audiant aduersarij quis sit nostrę iustificationis ordo, quę consummatio, quę non tam eis quam nostris, quoad possumus, elaboramus: præsertim ne isti vacillent animo, illi aduersum nos cornua erigant, quasi id nesciamus, quod ne pueri fere nostrates alphabetarij ignorant.

Fidem igitur qua deum agnoscat, veneretur, suspiciat, in primis necessariam esse homini, qui regno dei dignus sit, asserimus. Fidem, inquam, quę spiritualis vitę, iustificationis & salutis basis est & fundamentum. Quemadmodum enim qui domum ædificat in arena, operā perdit: ita sine fide nihil stabile, nihil firmum, nihil perpetuum, imo ruit, languet, & perit quicquid putabatur ad rem facere. Nam autore Paulo, sine fide impossibile est placere deo. Et: Credere oportet accedentem ad deum quia est, & inquit

Fides fundamentū
Christiane vitę.

Hebr. 11.

DE IUSTIFIC.

entibus se remunerator sit. Obserua ex hoc Pauli posteriori dicto, duo potissimum recte credenti esse necessaria. Alterum vt deum agnoscat omnium quæ sunt creatorem, factorem, moderatore, inspectorem, sine cuius adnutu in tanta rerum machina nihil fit prorsus. Alterum vt credat eum beneficentissimum largissimumque remuneratorem fore ihs, qui fideliter ex animi simplicitate & innocentia cum requirunt. Istud in nobis spei, illud timoris seminarium est. Vacate, inquit mytagogus ille, & videte quoniã ego sum deus, ac si diceret: Intendite in me animos procul ablegatis huius mundi curis, & agnoscitote omnipotentem, cunctiscentem, vbique præsentem, facile miserantem, vindicare potentem, & alia quæ passim scripturæ indicant. De timore quem de diuina maiestate concipit homo, hoc loco maxime dicendum est, quandoquidem Lutherus & qui eum sequuntur, eum a cordibus humanis longe vult exulare, quum tamen sapienter quispiam dixerit, quod qui sine timore est, non possit iustificari. Sic enim habet tractatu de modo confitendi & sermone de pœnitentia.

Psal. 41.

Ecci. 1.

Luthers.

¶ Contritio quæ paratur discussione, collectione, detestatiõe peccatorum, qua quis ponderat grauitatem, damnum, foeditatem, multitudinem peccatorum, deinde amissionem æternæ beatitudinis, facit hypocritam, imo magis peccatorem, quia solum timore præcepti & dolore damni

id facit, & tales omnes indigne absoluuntur & communicantur.

¶ Si hoc verum est, quomodo non corruet, quod alibi in Psalmis & in Prouerbijs dixit spiritus sanctus, nempe quod initium sapientiæ sit timor domini? Sed vera est scriptura, fallunt autem omnes diuersum statuere conantes. Ista autem aduersariae partis coryphei assertio, non tantum vera non est sed habet in deum blasphemiam plurimum, quod vtriusque instrumenti scripturae manifeste docent. Ieremias enim dicit animae peccatrici: Scito & vide quia malum & amarum est dereliquisse te dominum deum tuum nec esse timorem eius apud te. Vide vias tuas in conualle & scito quid feceris. Rursus: Leua oculos tuos in directum, & vide nunc vbi prostrata sis. Item: Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. Quare tot locos congeessimus, vt videat Lutherus cum suis, spiritum sanctum, qui plurimum nostrae salutis est sitiens, peccatoribus suorum peccatorum gravitatem, damnum, feditatem, multitudinem, ab oculis exposuisse. Quorsum? Num vt delectent maligni? num vt placeant? Sed hac ratione deus nostrae maliciae esset autor, & non tam quaereret, quam perderet: non tam sanaret, quam sauciret, non tam viuificaret, quam occideret. Sed id absit. Quid ergo? Num vt poeniteant errati? Ita prorsus. Sed id non vult Lutherus, impium iudicans, vt contritio, discussio, detestatio, & cetera, peccatori nascatur. Vt vt velit

Prouc. i.
timor domini poenitentiae initium.

Ierem. 2.

Ierem. 3.

Ierem. 2.

Peccatorum gravitas cur homini proponatur.

DE IUSTIFIC.

Lutherus, flocci facias, quādo ita spiritui sancto visum est, quod vel monoculus videat: nullatenus enim dolor q̄ de grauitate aut magnitudine peccati aut prementis ingruentisq; mali timore, nascitur, peccatis pluribus inuoluit, aut hypocritam facit, quod nugatur Lutherus, sed ad salubrē penitentiam prouehit, vrget, extimulat. Alioq; ipsissima bonitas deus, qui mali culpæ autor esse non potest, hac ratione ad peccandum nos commoneret. ¶ Adhæc si timore præcepti nemo debet se e peccatorum ægno, quo ad potest, erigere: cur toties nobis iudicij æquitas, suppliciorum grauitas, tribunal iudicis, ignis, stridor dentium, fletus, tenebræ, secures, gladij, fames & id genus calamitates, quorū in scripturis tam frequens mentio est, obijciuntur? Non ob aliud, quam vt timore præcepti absterreatur malefacere, & si quā habet peccati maculam, efficace penitentia nitro emaculet. Quid necesse est huc scripturarum adportare testimonia, cum ipsa id clamet scriptura & aduersarij id non possint inficari? Sed hæc misa faciamus, reuertamur ad ea quæ proposuim⁹. Hunc itaq; timorem quem Lutherus in hominibus vult extinctum iri, videtur angelus humanis mentibus voluisse inferere, quum in Apocalypsi resonans diceret: Timete dominū & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adore eum qui fecit cælum & terram, & c. Hic tamen videat sibi quisq; , ne dum diuinæ iustitiæ rigore ac suorum multitudinem peccatorum secū mente præctat sine vlla misericordiæ spe, in infelicitissimum tandem desperationis barathrū prolatur: hoc est, ita iustitiam metuat, vt tamē interim

**Ming scri
pturis cur
obijcian
tur.**

Apoc. 14.

**Spes eri
git pecca
torem.**

miseri-
cordiam non desperet. Hi vero qui animū
desponderunt, dicunt in Ieremia: Desperauimus, Ierem. 18.
post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisq;
prauitatem cordis sui faciemus. Vt autem deū
timere sanctum, ita hoc desperationis malo nihil
deterius est. Quapropter non tantum timere deū
sed & in eū sperare debet peccator, vt pote i exu-
berantissimā totius miserationis & beneficen-
tiæ scaturiginem, apud quem quod dicit David Psal. 33
est fons vitæ, de quo paratissimus est reuertētem
refocillare. Ipse est cui bñplacitū est sup̄ timentibus
eum, & in eis qui sperant super misericordia
eius. Ipse est, qui non vult mortem peccatoris, sed
magis vt conuertatur & viuat. Rursus ne te pec-
cata faciant pusillanimen vt desperes, audi orā-
tem Moſen: Dominator domie deus misericors
& clemens, patiens & multæ miserationis, ac ve-
rax, qui custodis misericordiam in milia, qui au-
fers iniquitatem & scelera atq; peccata, nullus-
que apud te per se innoceus est. Et: Dominus pa-
tiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatē
& scelera. Et Ioel: Conuertimini ad dominū de-
um vestrum, quia benignus & misericors est, pa-
tiens & multæ misericordiæ & præstabilis super
malitia. Profecto ita est, & miserationis eius mo-
di humana voce satis formari non possunt. Tan-
ta est eius erga nos miā, tanta mansuetudo, vt
vel grauissime in se delinquentes donec reuer-
tantur, expectet: tanta dulcedo, vt longe per de-
uia quæq; errantes, reuocet: tanta humanitas, vt
vel inimicos, modo desinant esse inimici, suscipi-
at. Quid dicam? tam est nostræ salutis appetens,
vt vel inuitos cogat, nunc fame, nunc bello, nūc

Psal. 33

Psal. 33

Ezech. 18

Fiducia i
deum

Exod. 34.

Num. 14

Ioel. 2.

Misericor-
dia domi-
ni magn.Consola-
tio pecca-
toris.

Psalm. 15
Psalm. 96

pestilentia, & alijs alijsque modis, vt recte dixisse videatur David: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Et: Clamauerunt ad dominum cum tribularentur. Quos autem sic expectauit, quos reuocauit, quos suscepit quosque sic coegit, misericorditer tandem coronat, non tã ob ea quae fecerunt bona, sed quae ipse cum eis & in eis facere dignatus est. His addimus scripturas, quando pauidas hominum consciẽtias delinire volumus, satagimusq; pro virili vt cõsolatae & bñ instructae, fide fortes, spe fortes priora malae vitae studia postposituri, abeant. Et sic demulcere, non est illaqueare: Sic absoluerẽ, nõ est irretire, quod vbiq; fere nobis obijciunt aduersarij. Et raro aut nunquã ecclesiastica vtimur censura, nisi quando in maxime insignes & facinorosos grauius animaduertimus, vt & caeteri timorem habeant. Timor ergo & spes, de quibus hactenus diximus, verae poenitentiae initia sunt. Vt enim, sicut dicit quidam, qui timet deum nihil negligit, sed a malo declinat, ita omnis qui spem habet in deo, ad deum se conuertit, facitq; quod iustum quod sanctum est. Id quod Iohannes ait: Omnis qui habet hanc spem sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Tantum de fide quam diximus ad veram poenitentiam adeoq; ad nostri iustificationem in primis esse necessariam, tantumque de timore & spe.

Eccl. 7:

1. Iohan. 2

Auerfio a peccatis ad iustificationem per-

Secundo loco vt ad veram pertingamus poenitentiam, vtq; iustificemur, a peccatis auerfio- ne opus est. Neq; enim deo credere deum timere, & in deum sperare sufficit, sed vt peccata relinquamus & detestemur necesse est. Hinc ait per

Isaiam dominus: Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. Et per Ezechielē: Si annunciante te ad impium, vt a vijs suis conuertatur, non fuerit conuersus a via sua mala, ipse in iniquitate sua morietur: tu autem animam tuā liberaisti. Ex his liquet, si tamen domino credimus non sufficere solam fidem in Christum ad remissionem peccatorum, nisi conuersi vitam quoque melioribus actis corrigamus, hoc est qui fuit haereticus ad libidinem salax, fiat cōtinens: qui avarus, sua largiatur: qui gulosus, frugalitate edacitatem vincat: qui adulter, intra suos sese coniugij limites cohibeat: qui superbus, lubens se tam minoribus quā maioribus submitrat: qui alienae doctrinae & falsitatis fuit sectator, ecclesiasticā amplectetur veritatem, inauspicataeque vitae tandem modum statuatur, nitaturque quantum potest, vt iustitiae culmen apprehendat. Haec autem, renuntiationem scilicet inauspicatae vitae, & ad melioris vitae adnsum ideo copulauimus, quod ea propheta Dauid simplici tantum copula coniunxit. Declina a malo & fac bonum. Et Paulus: Odientes malum, adhærentes bono. Non enim satis est malum non facere, sed iustitiae operibus oportet quae arctissime coniungi, & quantum licet suae imbecillitati in terris caeleste vitam viuere. Quo fiet plane, vt plene de bonae conscientiae diuino lumine desuper influente, quae de vlla re quantumcumque honesta, gaudeat. Secura enim mens quod Salomō ait, quae si iuge conuiuio. Conscientia vero mali sibi conscientia, nihil potest esse miserius. Scite enim dixit Christus, quod vermis eorum non morietur.

¶ Ad haec quoque ad remissionem peccatorum siue ad sui ipsius iustificationem necessario requiritur, vt peccata

Isaiæ. 38
 Ezech. 3.

Psalm. 33
 Roma. 12

Proue. 15.
 Marc. 9.
 Cōtritiō
 adrem. p.
 necessar.

tibi nunc conuerso tantum displiceant, quantum primum cum peccares cordi erant. Ista vero displicentia veræ penitentia nihil potest esse proximi. Qui enim veræ penitet, quicq; studet vitam corrigere, peccato, quod prius commisit, nihil odit magis. Neq; enim potest quis nouam vitam inchoare, autore h. patre Augustino, nisi prioris male actæ vitæ eū peniteat. Hanc q̄q; displicentia siue cōtritionē, siue attritionē, vel quocunq; id vocites noie, Deus a te exigit, vtpote ad remissionem peccatorum necessarium. Isaias enim propheticus ductor agminis: Ad quem inquit respiciā nisi ad pauperculū & contritū spū? Et David: Sacrificiū deo spūs cōtribulatus, cor cōtritū etc. Et: Ip̄e sanat cōtritos corde, & vt rursus dicit Isa. habitat cum contrito spū. Quare? vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. Et ex persona Christi: Spiritus domini super me, eo quod vn̄xerit me dominus. Ad annunciandum mansuetis misit me vt mederer contritos corde. Vides vel ex tam multis fide nimirum dignissimis testibus, non sola fide in Christum peccatoribus remissionem contingere, sed præter eam & contritionem aut alia quæ idem nobis significāt esse necessaria. Sic Niniuitæ dum peccata detestarentur a subuersione affecurantur. Sic David, sic Ezechias, sic omnes qui a peccatis volunt absolui, necessario peccata abominantur.

¶ Postremo vt peccata tibi remittantur, opus est bono voluntatis proposito, vt deinceps statuas sic vitam instituere vt neque pecces vnquam, neque vllam peccato des occasionem. Hoc etiā subindicāt verba Ch̄i adulteræ apud

Isaia. vi.

Psal. 50

Psal. 140

Isaia. 57.

Isaia. 61.

Ionæ. 3.

Proposito bono opus est ad remissionem peccatorum.

Iohannem dicentis: Vade, & noli amplius peccare. Non dixit ne pecces amplius, sed voluntatem habere posthac peccandi. Huc spectat illud quod per Ezechielem dicit dominus: Facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et illud paralytico interminatum: Iam sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Et illud Pauli: Renouamini spiritu mentis vestrae. Porro vt hoc in te propositum maneat integrum, necesse est sicut diximus, vt peccandi caueas omnes occasiones. Qui amat periculum inquit Sirach, in illo peribit. Et alius: Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Et: Qui tangit picem inquinabitur ab ea. Haec de iustificationis modo et ordine. Nam de Confessione suo loco commodius dicitur.

Iohann. 8

Ezech. 18

Iohan. 3

Eph. 4

Ecc. 3

Prouer. 9

Ecc. 13

Ex his, quae haecenus pro catholica ecclesia dicta sunt nobis, arbitror neminem esse, qui tamen sincero & candido est animo, qui non videat quartum aduersariorum articulum non tantum sobrium non esse, sed orthodoxae doctrinae multis numeris aduersari. Nunc dispiciamus etiam quintum.

¶ Quintus Confessionis articulus

¶ Vt hanc fidem consequamur, institutum est ministerium docendi euangelij, & porrigendi sacramenta. Nam per verbum & sacramenta tanquam per instrumenta donatur spiritus sanctus, qui fidem

DE IUSTIFIC.

efficit ubi & quando visum est deo in ijs
qui audiunt euangelium, scilicet quod nō
propter nostra merita sed propter Chris-
tum iustificet, hos q̄ credunt se propter
Christum in gratiam recipi.

¶ Damnant Anabaptistas & alios qui
sentiunt spiritum sanctum contingere si-
ne verbo externo hominibus, per ipsorū
præparaciones & opera.

Ministerium docēdi euangelij vt fidem cō-
sequimur, institutū esse, nō negat catholi-
corum. Nam vt euangelium toti mundo euulga-
retur, missi sunt apost. Euulgabatur, at vt audire
audientes, multis sermo apostolorum fulciebat
prodigijs. Quare id nemo inficiatur. At ministe-
riū porrigendi sacramenta, eandem ob rem, vi-
delicet, vt fidem consequamur, institutū esse, pla-
ne negamus. Non enim recte & salubriter sacra-
menta porrexeris, nisi prius credenti. Stat enim
firma domini sententia: Qui nō crediderit condē-
nabitur. Et cum apostolos mitteret Christus ad
prædicandum euangelium, præcepit, vt qui cre-
derent baptizarentur, increduli minime. Hinc di-
xit: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus
erit: vt discas fidem debere baptismum præcede-
re, præsertim in eis, qui rationis essent compotes
qui etiam pp hoc Christi dictum quod anaba-
ptiste nugantur, a baptismone non excepiantur, Sed

Infideliū
porrigun-
tur sacra-
menta.
Mar. vl.
Ibi.

id nuper plerisque multis argumentis in Cata-
 pulta, quam superiori anno aduersus BER-
 NARDVM Rothmannum anabaptista-
 rum apud Monasterium antesignanum edidi-
 mus, docuimus. Quemadmodum autem sacri
 baptismatis salubre sacramentum non nisi cre-
 denti in salutem ministratur, ita & alia ecclesie
 sacramenta, nullam suscipienti gratiam confe-
 runt, nisi idem etiam credat, neque recte ei ad mi-
 nistrari possunt. Quia ergo in eo, qui sacramen-
 ta suscipiet, requirimus fidem (quæ prius imper-
 fecta erat & informis, cum poenitudine prioris
 vitæ male exactæ, sacramentum baptismi vel
 poenitentiae recipienti perficitur & desuper gra-
 tia affluente formatur) saltem informem, nescio
 cur affirmant aduersarij, ministerium porrigen-
 di sacramenta vt fidem consequantur, institu-
 tum esse. Sed attentum me facit pronominis illa **fides alia**
 positio, cum quasi cum demonstratiõe quadam **Catholi-**
 dicunt: hanc fidem: arbitror quod suam indicant **corũ alia**
 quam vt nouam, neque nos, neque qui ante nos **Luthera.**
 fuerunt, patres, professi sumus, neque profitebi-
 mur vnquam. Nobis enim persuasum est quod
 sicut vnus est deus & vnum baptisma, sic sit &
 vna fides, quam vt a Petro accepimus, ita & in-
 uiolatam, incorruptam, sanctamque seruamus,
 & præter hanc nullam acceptamus. Si hac de-
 monstratione aliam nobis fidem, vt videtur, vo-
 lunt ingerere aduersarij, dolemus, non tam nostri
 quam aduersariorum causa. Stetit enim fides no-
 stra inuitis tot aduersariorum dentibus sesqmil-
 le annos, stabitque perpetuo, tam & si aliquan-
 tis per apud nonnullos vacillet,

DE IVSTIFIC.

Hic deficiunt a luthero,

¶ **¶** Nam quod dicunt & affirmant, per verbum & sacramenta tanquã per instrumẽta donari spiritũ sc̃m, vt catholicũ læti suscipimus et amplectimur. Lætitix vero causa est, quod eos tandem ceu postliminio, vbi eorum misertus est deus, a precipis sui priã sentẽtia videamus deficere, q̃ ne gat p̃ sacramẽtorũ susceptionẽ gratiã dari, & hẽreticũ putat hoc sentire. Sic aut̃ sonãt eius verba.

¶ **¶** Hæretica est sed vsitata sentẽtia, sacramenta nouæ legis dare gratiã illis, qui nõ ponũt obicem.

Lutheri & suorũ discordia

¶ **¶** Vide an possit maior inter Lutherũ & inter suos esse discordia? Ille negat per sacramenta dari gratiã, isti dicunt & confitentur per sacramenta donari sp̃m sc̃m. Qui vero sp̃m sanctũ accipit, accipit nimirũ & grã. Nam sine gratia nõ datur spiritus sanctus. Qui vbi in hominem illapsus est, charitatẽ, quæ sine gratia gratifacientẽ esse nequit, i corde eius diffudit. Porro q̃bus datur per verba & sacramenta spiritus sc̃tus? Nũ ijs, q̃ obicẽ græ posuerint, an q̃ nõ posuerint? Profecto illis, vt pote credere nolẽtibus, sp̃i q̃ q̃sc̃to obstreperis, dari non põt, q̃bus illud s̃. Stephani dictũ recte applicueris: Dura ceruice & incircũcisis cordibus, semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, ita & vos. His autẽ, hoc est, q̃ non ponũt obicem, qui non recalcitrãt, recte datur. Quid est autẽ obicem nõ ponere, nisi diuinis verbis credere, a peccatis sese alienare, ea detestari, gratiam querere, & hac fide sacramenta suscipere? Quod si his nõ datur sp̃s sanctus, nõ video quibus recte detur, præsertim inter eos, qui cõpo

Act. 7

Gratiam dei qui accipiant.

tes sunt rationis; Quamobrē qui obsecem ponūt, credere nolunt, qui gratiam respuunt, huius doni non sunt capaces. ¶ Cum igitur nihil æque desiderem, nihil magis efflagitem quam schismatū atq; errorum, quæ hac mala tēpestate apud nos Incruduerunt, exinanitionem, catholicæ ecclesiæ pacem, & aduersariorū salutem, pro qua & hoc corpusculū libenter exposuero (dispeream, si aliam ob causam hunc laborē sumpserim) nō mediocriter sum exhilaratus, quū istū articulū Confessione viderem insertū. Quid nī gauderē? haud enim despero fore, vt eadem facilitate renūcient etiam alijs, qua hūc reliquerūt. Quo fiet tandem vt inter nos concordia coalescat. Nunc vero sequitur in Confessione.

¶ Qui fidem efficit vbi & quādo visum est Deo in ijs qui audiunt euangelium.

¶ Hæc me exactius perlectitante ingens animus meus incessit admiratio, cur isti, qui omnium se sapientissimos arbitrātur, a deo delirent, vt nec seipsos intelligant. Sed age id ostendamus. Illis qui euangelium audiunt, dicunt per verbum & sacramenta dari spiritum sanctum, qui fidem in eis operetur, non semper nec mox, sed vbi & quādo visum est deo. Ergo ne spiritus sanctus datur infidelibus, impijs, & scelestis? Esto, detur spiritus sanctus istis, nōdē ne mox accepto tanto dono, mox fide illustrātur? Certe oriente sole, dies est & euauerūt omnes tenebræ, imo impossibile est vt vbi lumen est, ibidē sit & nox. Et vbi spiritus sanctus, id est, vbi deus est, ibi nimirum

Non Intel
ligūt ipsi
sele aduer
sa.

DE IUSTIFIC.

Psalm. 21

Sap. 1.

Matth. 7.

omnis infidelitatis & peccati dispulsa est caligo,
 & non sunt iidem malitia saltem qui prius, quos
 inhabitat. Iam quia infideles sunt, impij & scelesti,
 neque spm̄ sanctum, neq; fidem possunt habere.
 Ut autem & spiritum sanctum & fidem simul
 habeant, obicem quoad possunt tollant, spiritus
 gratiæ locum parēt. Non enim nisi in sancto ha-
 bitat. Et: In maleuolam animam non intrat sa-
 pientia, nec habitat in corpore peccatis subdito.
 Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum
 & aufert se a cogitationibus quæ sunt sine intel-
 lectu. Quid ergo dicunt aduersarij spiritum sc̄m̄
 per verbum & sacramenta dari, quum tamen in
 instanti in eos, qui euangelium audiunt, sed vbi
 & quando deo visum fuerit, vim suam explicet?
 Ergo ne spiritus sanctus ingressus in hominē qui
 audiuit euāgelium & credit, operietur alium deū
 qui vbi & qñ sibi visum fuerit, suo homini, quē
 possidet, fidem infundat? Num duos nobis faci-
 ent deos? aut aduersus se diuisus est deus? vt quod
 velit spiritus sanctus, idem nolit pater. Sed heus
 non debebam in re tam seria ineptire. Porro deus
 vt personarum acceptor nō est, vt semper salutē
 nostram quærit, ita nūquam nō paratus est dare
 fidem his, qui fidem optant, & cum fide etiam
 remissionē peccatorū, modo quærant vt oportet
 Ipse est enim qui dixit: Petite & accipietis, quæ-
 rite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.
 Nam vt etiā alia expendamus, nō audit euan-
 gelij qui credit deū neminē iustificare ob sua me-
 rita sed propter Chr̄m tm̄, absq; vllis operib. q; hoc
 solū credit, q; propter Chr̄m ī gratiā recipiat.
 Audit autem euangelium, qui audit Christum sa-
 lutis nr̄æ causa icarnatū, passū, mortuū: q; audit

regnum caelorum illis contingere tantū, qui mā-
data obseruant: qui audit non credentibus tantū
sed & pœnitentibus remissionem peccatorū, iusti-
tiā, salutē, esse promissā. Qui hæc audit, audit si-
mul euangeliū & Christū, qui hæc vt euangeli-
zatū missus est, fideliter euangelizauit. Qui ve-
ro audit deum ita nos iustificare gratis per solam
fidem absq; vllis nostris operibus, perniciosum
audit hominū commentū: & vt vere dicam, di-
abolicū audit figmentum. Tam facilis absolu-
tionis nusquā neq; prophetæ, neq; Christus, neq;
apostoli meminerunt, sed quod res est, Christus
dixit: Pœnitentiam agite & apropinquabit reg-
num caeloz. Sed iterū in eadē hæsitamus alebra
vnde iam diu fuimus explicati, & sæpe in eadem
nisi præcauerimus, incidemus. Sequitur:

Matth. 23.

¶ Damnant Anabaptistas & alios, qui
sentiūt spiritū sanctū contingere sine ver-
bo externo hominibus per ipsorum præ-
parationes & opera

¶ Cur non detestarentur eos, quorū tam crassæ
sunt hæreses vt vix ipsi eas sermone vel literis pa-
lam audeant profiteri. Tam aperte cum scriptu-
ris pugnant, vt nemo eas acceptet præter puer-
sos & serarū literarum profus ignaros. At vti-
nā huic vesano tumultui ac alijs hæresibus cau-
sam nō dedisset Lutherus, qui cuilibet liberū fe-
cit, aliter atq; vniuersalis ecclesia sentit, sentiēdi
determinādi, cōstituēdi, hūanas cōstitutiones, de-
creta cōtēnēdi, pro suo arbitratu viuēdi, p̄serti, q̄
q̄ sūt per Chr̄m emācipati, nullis deinceps hūanis
subijciā decretis, imo q̄ maius est sentit, iustum

Lutherus
causa dis-
fidiorum

DE IUSTIFIC.

nō tm̄ hūanis sed & diuinis legibus nō subiectū.
 Adde qđ oīa fecit oībus coīa: quod tametsi cer-
 tus sim, nolo asseuerare. Recenti tm̄ tenco memo-
 ria, mulserculam qđā, q̄tum ad corpus ptinet, il-
 lustrem, aduersariorum partem non segniter pro-
 regentē, recitasse mihi (vt procax est ille sexus)
 ex symbolo Lutheri (talis enī erat libro titulus)
 qđ in Christiana fide omnia omnibus deberent
 esse communia. Non defuit quod respondissem,
 nisi me innata cohibuisset verecūdia. Sed hæc ex-
 tra metā. Damnāt Anabaptistæ hæreses, quas
 nemo non damnat. Sed rationem ob quam eos
 damnant, non probamus. Damnant eos vel ob
 hoc solum, qđ sentiūt sine verbo externo spiritū
 sanctū contingere hominibus per ipsoru mpræ-
 parationes & opera. Hoc est totū, quod in Ana-
 baptistis ijs displicet. Alios tacent errores, &
 quod suæ repugnat sententiæ, damnant. An hoc
 quod isti eis impingūt vt erroneum, sentiāt Ana-
 baptistæ, nescio, sed quod multi sine externo ver-
 bo spiritum sanctū accipiant, non item. Cur ita?
 Sit ex Christianis quispiam peccator, multis pec-
 catorum sordibus implicatus, qui vbi miserante
 deo cœpit vel modicum extra lutum pedem alte-
 rum subleuare, gemit, plorat, lamentatur, si non
 ore, corde tamen precatur deum vt sit tādē mi-
 sertus gratiam, qua iustificetur, qua sanctificetur
 elargiatur. Interim ieiunat, sese deijcit, miseretur
 pauperum, & nihil nō facit, vt misericordem de-
 aium ad cōmiserationē flectat. Huiuscemodi ne-
 peccatorum remissionem & spiritus sancti gra-
 tiam negabit? Num infirmius est internū dei ver-
 bum externo? Num increatum dei verbum sine

Mala est
 causa ob
 qđ Anab.
 damnant

Spiritus
 sanctus da-
 tur sine ex-
 terno ver-
 bo.

ullo vocis externo strepitu in humano corde potest loqui? Quorsum ergo illud: Audiam quid loquatur in me dominus deus? Quod potest homo idem non poterit deus. Adorat patrem homo in spiritu sine verborū sono, & in veritate adorat: et deus vicissim non loquetur sine verbo externo homini? Loquitur plane, & humiliatos & corde contritos sine verbo externo per opera ipsorū & præparaciones consolatur, gratiam eis mittens spiritus, vt omnino tandem e peccatorum cloaca mundi abeant. ¶ Addunt præterea signanter,

Psal. 84
Iohan. 4.

Per ipsorum præparaciones & opera.

Quid audio? Damnant vt hæreticos, qui sentiūt ad spiritus receptionem præparaciones et opera facere. Quis hoc æquo ferat animo? Si ad receptionem spiritus sancti nihil faciunt præparaciones & opera, cur Christus præmittit ante se Iohannē vt viam domino dirigat, vt corda præparet? Si ad receptionem spiritus sancti nihil faciunt præparaciones & opera, cur dicit per Samuelem Israeli: Si in toto corde vestro reuertimini ad dominū auferte deos alienos de medio vestri & præparate corda vestra dño & seruite illi soli. Item dico, si ad receptionē spūs sancti nihil faciūt præparatiōes & opa, cur toties regrit deus nostrā pñiam, q̄ paratiōes simus indulgētiā, iustitiā & sp̄m̄s, accipere? Cur dicit in actis apost. Petr⁹: Pœnitēmini & cōuertimini vt deleātur pctā vestra. Præparatio nulla re magis cōstat, q̄ pñia & cōuersiōe. Et in euāg. dicit Chr̄s: Date eleemosynā & oīa mūda erūt vobis, quasi dicat, si nō dederitis eleemosynā, polluta erūt vobis oīa. Vidēt etiā hic præpara-

Lucæ 9
Matth. 23
Præparaciones & opera eē necessar.
1. Reg. 7.

Actuū. 36

Lucæ. 11.

DE IVSTIFIC.

Matæ. 55.

Iohan. 7

Lucæ. 11

tionē & opera. Et vbiq; fere in scripturis, quum gratiā spūss. se datur; polliceť de hoib. desiderii eor; & sitim postulat. Hinc dicit p̄ Isaiā: Oēs sitiētes venite ad aq̄s. Et hinc dicit etiā Chr̄s: Si q̄s sitit veniat ad me & bibat. Vides etiā hic p̄parati onē & opa, nēpe vt cū desiderio & siti veniāt, si velint sitim extinctū iri. Et nō dat iste porus, nisi siti æstuatī. Sed qd necesse est pluribus hoc testi mōijs probare, quū id vbiq; clamet scriptura, et deus vt peccatoribus condonet peccata, p̄niam, iustitiā, iudiciū, cor contritū, in proximos miām, & alia id genus p̄paramenta exigat? Hoc ta men commodū adiecerō, q̄ ad deuotas hoim pe titiones Christus ratiotinetur patrē suū coelestem spiritūss. datur; hoc mō: Si vos cū sitis mali, no stis bona data dare filijs vestris, quantomagis p̄ coelestis dabit sp̄m bonum petētibus se? Vide hic orationem p̄paratoriā, qua sine p̄ coelestis a lioqui beneficentissimus nemini adulto det spirit um sanctum. Doceant hic si possunt aduersarij, orationem, p̄parationem, & opus non esse. Nō est igitur quod hæreseos insimulent eos, qui do ctrinæ Christi inhærent mordicus, p̄sertim quum ipsi nihil æque vrgeant atq; vt sui ex Christi ver bis & promissis toti dependeant. Non solum aut hæreseos nos insimulant, sed cum pestilentissimis damnant Anabaptistis. O impudentiam, o cōtu maciā plus quā ferinā, quæ dānat eos qbus Chr̄s quibus apostoli, quibus vicariā eorum successio normam dedit recte viuēdi, recteq; credendi. Nō possum hic mirari satis quo mō illustrissimi prin cipes, viri profecto cordatissimi simul ac ocula tissimi perspicacissimiq; in hanc aduersariorum, (eos puto qui huius hæreseos sunt autores & quo

rum in Cōfessione & Apologfa foeturam cogno-
scimus) coierint sententiā, q̄ vidēt ex diametro cū
scripturis sacris & ecclesiasticis iſtitutis pugnare

¶ Sextus Confessionis articulus.

¶ Item docēt, q̄ fides illa debet bonos
fructus parere, & q̄ oportet bona opera
mādata a deo facere, ppter voluntatē dei,
nō vt cōfidamus per ea opera iustificatio
nē corā deo mereri. Nā remiſſio p̄ctōrum
& iustificatio fide apphēditur, ſicut teſta-
& vox Chri: Cū feceritis hæc oīa dicite:
q̄a ſerui inutiles ſumus. Idē docēt & vete-
res ſcriptores eccleſiaſtici. Ambr. enim in
q̄t: Hoc cōſtitutū eſt a deo, vt q̄ credit in
Chri ſaluus ſit, ſine opere, ſola fide, gra-
tis accipiens remiſſionem peccatorum.

¶ Reſponſio catholica

Sextus iſte articulus partim me dolore cruci-
ſat, partim exhilarat. Doloris cauſa eſt tot er-
rorū cōgeries in tā paucis verbis. Gaudij, qd Bonorū
video aduerſarios paululū reſipiſcere, qd q̄ ſperē operum
tādē cōcordiæ inueniri modos. Opera itaq̄ bona prædica-
q̄ autore Luthero proſcripta erāt, ab exilio tādē tores ex-
ſunt reuocata. Qui hæc p̄dicabāt, quū exularēt, ulabant.
prohdolor, q̄bus cōuicijs, q̄bus iniurijs, q̄bus pro-
ſcriptionibus, q̄bus ſunt verberibus affecti. Con-
tra, qui tum omnem mouiſſet lapidem, vt om-
nis ex humanis cordibus bene operādi adimerēt
affectus, omiſq̄ conatus, palma donabat, eratq̄

DE IUSTIFIC.

præclarus huiusce choreæ ductor. Sed ne hæc videar per calumniam Luthero imposuisse, adnumerabo aliquot articulos, qui doceant aliter nunc aduersarios sentire, atque olim præscripsit eis Lutherus, lib. de Christiana libertate.

- 1 Fides sola est salutaris & efficax vsus verbi.
- 2 Verbum dei nullis operibus sed sola fide suscipi & coli potest.
- 3 Fides est breuis & consummata plenitudo legis.
- 4 Sola fides sine operibus iustificat, liberat & saluat.
- 5 Sola fides sufficit ad salutem.
- 6 Nulla res tam bona, nulla tam mala, quæ non in bonum mihi cooperetur, si modo credidero.

Et in libro de votis mo.

- 7 Quam primum scientia fidei reuelatur, omnia non necessaria ad salutem inueniuntur.

¶ Admiramur hic Lutheri exoculationem, quod tam palam scripturis obstrepit. Si fides sola, ut ipse vult, est salutaris & efficax vsus verbi, si verbum dei nullis operibus sed sola fide suscipi potest et coli, cur item Paulus non auditores verbi iustos affirmat, sed factores dicit iustificari? Cur Christus dicit quosdam fore indigniores, quam quibus cæleste re-

Roma. 2

gnum donetur, qui post acceptam fidem, quae vel
 pleraque multa fecisset miracula, quae etiam alijs
 prophetassent, voluntatem dei non fecerunt? Cur
 ad tuam o Luthere sententiam non dicit Christus
 diuini sermonis factores super harenam, contra au-
 ditores tantum super petram aedificare? Rursum
 cur non remunerat operum misericordiae negle-
 ctos iuxta sensum tuum? cur item non damnat
 eorum operum operarios? Si hoc faceret, sta-
 tet fortiter tua sententia. Si fides est breuis & con-
 summata plenitudo legis, si fides sine operibus iu-
 stificat, liberat, saluat, si sola sufficit ad salutem,
 cur minatur Paulus mortem ihs, non qui credunt
 sed qui non obediunt euang. dicens: Qui non obedi-
 erint euang. poenas dabunt in interitu aeternae? Vi-
 des non modo credendum: sed & obediendum esse
 euang. Item si credidisse satis est: quare nulla fidei
 habita mentione iuuenem se consulente, quo ad
 salutem maxime opus esset, proferat (si deo placet.)
 docet Christus mandata esse obseruanda? Ergo ne
 discrepant, credere & mandata seruare? Si non est
 vlla res tam bona nulla tam mala, quam tibi in bonum, quod
 credideris, non cooperetur, mirum quid Corinth.
 fornicarijs, adulteris, raptoribus, alioqui Christo
 credulis, contigerit, Quos Paulus caelestibus regnis
 priuans, occultius implicatusque, nisi resipiscerent
 ad aeternas poenas dānat. Si vbi scia fidei reuelat
 caetera omnia ad salutem inueniuntur super guacanea, huius
 lucinatus est ut tu sentis, Christus, qui fidei adnex
 uit etiam pietatem, charitatem, bona opera, & plera
 que omnia, quae passim produnt scripturae. Haec nobis
 obiter dicta sunt, & ceu a limine salutata. Si-
 quidem non Lutherus, sed aduersariorum Confes-

Matth. 7
Ibidem.

2. Thess. 3

Matt. 19.

1. Corin. 6

DE IUSTIFIC.

Vio, nobis facessit negotiū. Nūc ergo discutiamus
 articulum. ¶ Benefaciunt aduersarij cū a Luthe
 ro se cōuertentes, fidē bona opera parere ingenue
 fatentur, quodq; oporteat bona opera a deo mā
 data, facere propter voluntatē dei. Bñ hic & ca
 tholice nobiscū sentiunt: & vna vtriq; quod vul
 godī, nauigamus scapha. Vt quod adijciūt bo
 na opera nō faciēda, vt cōfidamus per ea iustifi
 cationem coram deo mereri, non possum nō im
 probare, p̄sertim quod sacris scripturis est dissē
 taneū, quodq; suo se confodit gladio. Cōfitentur
 enim quod bona opera a deo mandata propter
 eius voluntatem sint faciēda. Iam ab eis velim
 rescire, cur deus ea fieri velit, an vt ipsi conducāt
 an proxio, aut etiā nobis ipsis? Plane nō vult de
 vt bene operemur, quod ipsi labor noster emolu
 mento sit. Id enim p̄sagijt David, quoniam bo
 norum nostrorū non indiges. Quādoquidem qui
 ipse est fons omnium bonorū exuberantissimus,
 a quo omne datum optimum & omne donū per
 fectum emanat, a quo habent omnes vt sint, vt
 bene viuant, vt bene cogitent, vt loquantur bene
 nulla nostra indiget opera. Quid habes inquit a
 postolus, quod non accepisti? Vt autem nostra
 non indiget opera, ita neque ex bonis operibus
 nostris luctum, neque ex peccatis nostris iactu
 ram facit. Non enim ad cuiusuis laudem glo
 riosior, neque ad vllam qua afficitur iniuriā,
 fit despicabilior. Sic enim dixit beatus IOB: Si
 peccaueris quid nocebis deo? & si iuste egeris,
 quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet?
 Alioq; quod dictu est absurdū, nostra beatitudo,
 nostra perfectio non eēt ex deo: sed dei perfectio
 & beatitudo plurima ex parte penderet ex nobis

**Opera
 bona me
 rētur iusti
 ficationē
 corā deo.**

**Opera q
 b^o proficit
 Psalm. 115**

Iaco. 1.

1. Cor. 4.

Iob. 15

¶ Rursum non vult deus nos tantū proximorū
 intuitui & vtilitati deseruire, vt bene operemur
 Voluit quidē vt naturali ordine pro se vicissim
 sollicita sint mystici corporis sui membra, hoc est
 vt alter alterius subueniat inopiā, vt alter alterū
 iuuet, vt in se peccanti indulgeat, sicut & pa-
 ter celestis propter Christum nostra expunxit
 peccata. Num hæc voluit tantum proximorum
 causa: vt nihil ad nos inde lucri redeat? Vult vt
 in proximos simus misericordes, vt ipsi rursus a
 deo cōsequamur misericordiam. Vult vt peccā-
 tib. in nos noxā remittamus, vt et nobis deus pec-
 cata remittat. Vult vt pro calumniantibus &
 persequentibus nos oremus, vt in numerum filio-
 rum dei adscribi mereamur. In summa, qualis
 tu fueris proximis, talis erit tibi deus. Vide hic
 candide lector, quantum tibi lucri ex bono ope-
 re redeat, vide etiā quam elumbe sit aduersari-
 orum figmētum. Sic Paulus laudat Philippēses
 quod suę subuenissent necessitati, non quod gau-
 deret suę inopię esse prouisum, sed quod eis ex cō-
 miseratione sua emolumēti accesserit plurimum
 Vnde cū dixisset: Benefecistis comunicātes tri-
 bulationi meę, adiecit paulo post: Non quod
 quæro datum, sed requiro fructum abundantem
 in rationem vestram **¶** Adde quod multa de-
 us nos voluit bona opera facere, quæ parum ad
 proximorum vtilitatem pētinent, nēpe vt sem-
 per oremus, carnem domemus, crucē portemus
 & id genus alia, quæ proximo nihil conferunt, ni-
 si forte ad ædificationem. Vident igitur aduer-
 sarij quod deus non vult vt sui causa, aut proximi-
 morū tantū, sed ad nostrū ipsorū cōmodū bona

Bo. ope-
 ra quātū
 proximis
 conducāt
 Luc. 6.

Matth. 5.

Phil. 4.

Bo. opera
 quæ soli
 prosint
 authori.

DE IVSTIFIC.

opera faciamus. Quale commodum? Terrenum
 vt agrum agro domū domui adcopulemus? vt
 ditescamus? vt delicijs nos luxem? vt i terra no
 mē nostrum celebremus? Nihil minus, sed vt spi
 rituale commodum manibus pedibusq; & toto
 pectore persequamur. Hinc vt neglecta rerum tē
 porarium cura discipuli spiritualibus lucris ma
 gis inhiarent, exhortatus est eos Christus dicens:

Matth. 6

Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabim⁹
 aut quid bibem⁹, aut quo opiemur. Hæc em̄ oīa
 gētes ingrunt. Scit em̄ pater v̄r, quia his oībus in
 digetis. Quærite ergo primū regnū dei & iustitiā
 eius, & hæc oīa adiicient^r vobis. Audis spūalia
 esse quærenda, sed quo mō? vt facias, quæ pro eo
 rum indeptione voluit deus. Hic labascit aduer
 sarioꝝ opinio, prorsusq; corrui. Ad hæc cur vo
 luit Deus vt pniæ operibus sese affligerent pecca
 tores, nisi vt veniā consequerētur? Cur itē vult
 vt diuina homines obseruent mandata, nisi vt v̄r
 ram habeant in coelis æternam? Quis det inquit
 dñs in Deuter. talem eos habere mētem, vt time
 ant me & custodiant vniuersa mandata mea in
 oī opere, vt bene sit eis & filijs eorū in sempiternū

**Mādara
 dei cur ob
 seruari de
 beant.**

Deuter. 5.

Et: Custodite & facite ea quæ præcepit dñs deus
 vobis, neq; declinabitis ad dextram neq; ad sin
 stram, sed per viam q̄ præcepit dñs ambulabitis
 vt viuatis. Et: Custodi præcepta dñi dei tui, et fac
 qđ placitum est et bonum in conspectu dñi, vt be
 ne sit tibi. Proponit nobis mandatorum obseruā
 tiam, proponit & spem mercedis, & aduersarij
 nolunt nos fructum bonæ vitæ sperare. Sic nō li
 cebit eis, qui inedia, ieiunijs, vigilijs alijsq; prop
 deū sese modis affliant, Deo confidere fideliss.

Ibidem

Ib. cap. 7

Et: Custodite & facite ea quæ præcepit dñs deus
 vobis, neq; declinabitis ad dextram neq; ad sin
 stram, sed per viam q̄ præcepit dñs ambulabitis
 vt viuatis. Et: Custodi præcepta dñi dei tui, et fac
 qđ placitum est et bonum in conspectu dñi, vt be
 ne sit tibi. Proponit nobis mandatorum obseruā
 tiam, proponit & spem mercedis, & aduersarij
 nolunt nos fructum bonæ vitæ sperare. Sic nō li
 cebit eis, qui inedia, ieiunijs, vigilijs alijsq; prop
 deū sese modis affliant, Deo confidere fideliss.

quod laboribus suis comparē largiturus sit mercedem. Cur ergo proponit, si nihil vel iustificatiōnis coram se, vel præmij nos manet? Profecto quantum ego coniecturare possum, nolunt nos diuinis pollicitationibus fidem habere. Dicant, si possunt quod male egerit Dauid, cum inclinavit cor suum ad faciendas iustificatiōnes dñi, propter retributionem. Dicant an peccauerit Moses quando contēptis regijs delicijs, & vniuersa Aegyptiorum pompa repudiata, maluit in spe mercedis cum populo dei tristi mœrore cōtabescere. Non audebūt dicere quod peccauerit, alig offenderent & in Paulum, causam nostrā fortiter defendentem: Fide inquit, Moses grandis factus, negauit se filium esse filiaē Pharaonis, magis eligēs affligi cum populo dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, & c. Et quod partes nostras tuetur: Aspiciebat enim in remuneratiōem: Qui in remunerationem aspicit, certe confidit pro opa sua coram deo iustificatiōnē mereri. Haud scio, an quidquam dici posset enucleatius. Et operarij illi quos conduxit paterfamilias ad excolendam suam vineam, statim expectant & accipiunt mercedulam. Petrus quoque apostolici muneris princeps, beatos pronunciat eos qui pro iustitiā corporis aliquā fecissent iacturā. Beatos inq̄, in spe repēdendæ retributionis. Gloriosi q̄q; martyres nihil de diuis promissis diffidētes, post cōtumelias, post verbera, flammās, eculeos, lam padēs, fustes, crates, metalla, calcarias, sulphurias, Salinas, scaldas gemonias, post enses, furcas, patibula & post vltimū suppliciū fortiter p̄pessa sperabāt fore vt sc̄dm verbū Ch̄i suis laborib.

Psal. 118.
Hebr̄. 11

Matt. 10

1. Petri. 1.

Suppliciorū multagenera

DE IUSTIFIC.

Paulus
cōfidit in
operibus
suis.

1. Tim. 4.

Iacob. 1.

Hebr. 13.

Matt. 19.

merces refunderetur. Inaniter mercedem operitū
qui nihil meruerit. Qui vero Christo nulla fecit
stipendia, si quid accipit, dono accipit, quo prin-
cipis sui liberalitatem agnoscat. Beatus Paulus,
vbi infracto aīo nomē Chrī ferme per vniuer-
sum mūdū euulgasset, & suo munere probe de-
functus esset, haud despōdebat aīm, imo iactita-
bat, qd se pro labore exantlato maneret prēmij,
dicēs: Bonum certamē certavi, cursum consum-
maui, fidē seruauī. In reliquo reposita est mihi co-
rōa iustitiæ, q̄ reddet mihi dñs, in illa die iustus iu-
dex. Cur sperat coronā multo labore suo paratā
si nō licet etiā nobis per opa nra corā deo iustifi-
cationi promeritæ cōfidere? Haud dubiū, qn mi-
sericors p̄r gratiā, qua gloriā p̄mereamur, mise-
ricorditer p̄stet. Vt aut̄ iustus est iudex, ita profe-
cto vnicuiq; secūdū suū laborē dabit mercedē.
Et b. Iacobus dicit legis obseruatorē in suo facto
beatū. Nō ob aliud plane, q̄ quod fecit iuxta le-
gē dei, q̄ obseruatoribus beatitudinē, q̄ per pati-
entiā expectēt, pollicetur. Rursum Paulus nostrę
fidei tutissimum asylum, docet Hebræos, vt bñ-
ficentiæ & communionis non obliuiscerentur, q̄
talibus hostijs promeretur deus. In tam clara lu-
ce non vidēt aduersarij hominem per sua opera
iustificationem promereri, cum hic dicat apost.
quod beneficentiæ & communionis operib. deus
promeretur. Qui deum promeretur, plane non
iustificationē tm̄ sed & iusticiam, charitatem, be-
nitudinē promeretur. Interrogāt præterea per
Petrum apostoli omnes quidnam lucri quid mer-
cedis post rerum suarum ablegationē expectant
si sint, & audiunt: Amen dico vobis, quod vos q̄

secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Desiderio præmij flagrant apostoli, & Christus bona pollicetur, ut plus æstuent: & aduersarij nolunt nos quicquam nostris operibus confidere. Comportauimus nunc ex multis imo omnibus pauca testimonia, quibus pro nostra qualicūque virili veritatem catholicam ab aduersarijominis defendimus, tam aperta, tam clara, ut nisi velint prorsus errare, conuelli non possint. Ipsive ro vni aut altero verbo male intellecto innitentes, ne tantillum quidem habent solidæ veritatis

¶ Hic ut aduersarijs intelligentiæ aperiamus ostiū, haud fuerit ociosum, si dixerō quid de merito definiēnt sacrarum literarū tractatores. Bifariam itaque dissecant meritū, ut alterum sit meritum congrui, alterum condigni. Meritum congrui vocant quod non tā meretur suo opere, quā quod de sola largitoris liberalitate petenti obuenit. Bene enim petentibus semper præsto est. Meritum condigni præmiū appellant, quod ita accipiunt bene meriti, ut negasse iniustitiæ sit. Quo circa huiusmodi fabricant similitudinem: ut sint alicui p̄familias tria simul mācipia, primū cōductitiū, duo posteriora accessoria quorū alterū malū, alterū pessimū. Cōductitiū laboris sui statā postulat mercedē, quā herus prius quā op̄ aggrederet, pollicebat. Hic si mercenario fideli solutionē negaret, iūgtatis recte iūctusaret. Primū accessoriū, qd malū dixim⁹, arcta qdā necessitudine hero suo adcopulatū, diligit, venerat. Qd si minusculū ab eo petit hūiliter, dedeceret ei⁹ liberali-

Meritum
duplex cō
grui & cō
digni

Parabo-
la trium
mācipi
orum,

(rat⁹)

DE IVSTIFIC.

**Parabole
exegesis**

si negaret, cum tamen, si vellet, negare posset, eo quod nullum sibi fecisset stipendium. Alterum accessorium, pessimum, contumax, immorigerum inuidum, herum suum odit, persequitur, intentat ei minas vt occidat. Huic herus, non tantum nihil dare tenetur, sed & peccet si det, quod sciat eum in sui contumeliam versurum. Primum mercedem accipit de condigno, secundum donum recipit de congruo, tertium de neutro nihil accipit. Applicata nunc istis tribus si videtur, tres eorum qui sunt in ecclesia, ordines, vt per posterius significetur diuinæ voluntatis irrisor, contemptor, qui tam & si credat tenuiter deo, si non dolet peccati, si gratiam non implorat, sed manet in peccandi proposito, nihil minus quam remissionem peccatorum meretur. Medio coniunge eum qui peccator est & homo nullius frugis, qui vt coeperit malitiæ suæ enormitatem secum in animo suo volutare, conuersationem suam, vel ob amaritudinem prius expertam, vel ob imminentis poenæ timorē, detestatur. Hinc gemit, lachrymat, tōdit pectus, orat inedia se affligat, pauperibus succurrit, & omnia gnauat operā, vt in gratiā tandē ceu postliminio recipiatur. Istiusmodi quis neget de congruo mereri iustificationem, præsertim cum ad promerendū eam sese totum effundit. Nihilominus opera eius, qualiacumque tandem sint, non merentur vt eorum intuitu deus obligetur ei gratiam dare, vt iustam operum mercedem, sed pro effluentissima sua largitate gratiam ei impartit & peccatorum remissionem: alioqui gratia iam non esset gratia. Sic gratiā & remissionē peccatorum metuisse, idē esse intellige, quod est gratiæ sese coaptare, &

valedicto ablegatoque peccato ad deum se conuertere. Hinc deus dixit in Zacharia: Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos. Et Christus in euangelio: Petite & accipietis, quarite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis

Zach. 1.
Mar. 7

¶ Porro cum gratia petenti multisq; modis q̄ renti impenditur, protinus qui accepit, iustificatur, & ex hoste fit amicus imo filius dei. Deinde postquam solutus est a peccatis, nihil moratus, conuertit se, vt ea quæ prius animo conceperat, studia exequat. Tum demum fiet, vt per opa quæ post iustificationem in deo & per deum fecit, dignus fiat, qui æternam vitam accipiat. Nemo enim operatur, qui idem non expectet operis sui condignum fructum. Si id facit, qui pro terreno laborat numismate, solum finem sui operis prospectans, quid putas fiet ei, qui ineffabili affectione, ingenti desiderio, non tam suum commodum quam diuinum honorem, ob oculos ponit? Iam vero opera q̄ is cooperante deo facit, vi sua genuina infinitam quandam ex deo sortiuntur bonitatem, vt non tantum temporali, verum etiam perpetuo digna sint præmio. Hinc de salutaris gratiæ aqua dicebat saluator: Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Neque diuinam dedecet bonitatem, & iustitiam, vt fideli seruulo, pro operibus, quæ ex mera in deum affectione fecit, æternam mercedem restituat, quam, nisi nos fallunt verba eius, in vinea sua strenue laborantibus, promissit, dicens: Vbi ego sum, ibi & minister meus erit. Sit igitur hoc modo conclusum, vt iustus, cum diuinis mandatis ad amissim obsequ

Gratiam adeptus mox iustificatur

Opera q̄ cœlestis p̄misi merentur.
Iohan. 4.

Iohan. 14

DE IUSTIFIC.

ur, nihilq; non ad gloriam dei facit, cœlestem beatitudinem de condigno, peccator pro viribus iustificantem gratiam quærens pro congruo, obstinatus vero in peccatis non gratiam sed irā sed indignationem sed æterna supplicia accipiat.

¶ Nunc quando de fide & meritis inter nos & aduersarios tota est controuersia, operæpretiū fuerit vt etiam respondeamus ijs, quæ de iustificatione (re plane non minutula sed in qua omnis voluit salutis cardo) pluribus verbis sed admodū infirmis disputant aduersarij in sua apologia, quæ ædiderunt aduersus Confessionis suæ Confutationem non satis intellectam. Hic præcipua adnotabo argumenta eorum quibus Catholicam veritatem labefactare conantur.

¶ Aduersarij

¶ Vniuersa scriptura in hos duos locos præcipue diuidi debet, in legem & promissiones. Alias enim legem tradit, alias promissionem de Christo, videlicet, cum aut promittit Christum venturum esse, & pollicetur propter eum remissionem peccatorum, iustificationem & vitam æternam. Aut in euangelio Christus, postquam apparuit, promittit remissionem peccatorum iustificationem & vitam æternam. Vocamus autem legem in hac disputatione de calogi præcepta, vbicunq; illa in scriptura

ra leguntur. De ceremonijs & iudicialibus legibus Mofi, in præfentia nihil loquimur.

☉ Responsio catholica.

Non video cur aduerfarij vniuerfam fcripturã in legem & promiffiones difsecent, nifi quod iuftificationem putant folis promiffionibus & fide contingi, quibus nos itẽ mandatorum dei obferuantiam adiungimus. Quare huiusmodi difsecationem nemo probat fidelitũ, vel quod nullã habeat ex fcripturis autoritatem vel q̄ ab re promiffionẽ a lege fecernũt, cũ tamẽ oĩs lex vt poenã transgressoribus minatur, ita obferuatoribus præmia promittit. Sic quoq̄, vetus lex per Mofen data bonis bñdictionẽ, malis cõtra maledictionẽ imprecabat. En propono in cõfpectu v̄ro inqt Mofes, hodie bñdictionẽ & maledictionẽ: Bñdictionẽ, fi obedieritis mādatis dñi dei veftri: Maledictionẽ, fi nõ obedieritis mādatis dñi dei veftri. Audiũt hic & in Mofe promiffionẽ, t̄palẽ qdẽ, de qua haud infreq̄ns est in Deut. memoria, de qua & in Ifa. dicit dominus: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Si nolueritis, gladius deuorabit terminos v̄ros. Audiant nũc etiã in eadẽ lege æterna bona obfequũ dātibus, trãsgrefforibus itẽ æterna mala promiffa. De illis dictũ est: Quis det, inqt, talẽ eos habere mētẽ vt timeant me & custodiãt vniuerfa mādãta mea in oĩ tpe, vt bene fit eis & filijs eorum in fempiternum. De iftis: Ignẽ succendiftis in furore meo, in æternũ atdebit. Illis bonorũ, iftis malorũ promiffiẽ p̄petuitas. Similiter noua lex, hoc

Scripturę
totius dif
secatio i-
proba.

Lex vtra
q̄ promiffionẽ ha-
bet, habet
et vtraq̄
poenam.

Deute. 11.
Ifa. 1

Deuter. 9

Jerem. 17.

DE IVSTIFIC.

est, lex Christi promissioni comminationem ha-
 ber annexam. Qui facit voluntatem patris mei
 qui in coelis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.
 Matth. 7. Et seruum fidelem super omnia bona sua consti-
 Matt. 25. tuet. Rursum apud alium euangelistam: Bonum
 Mar. 9 est tibi debilem introire in vitam, quam duas ma-
 nus habentem ire in gehennâ, in ignem inextin-
 guibilem, ubi vermis eorum non moritur, & i-
 gnis non extinguitur. Illic animos operantiũ iu-
 cunda præmiorum pollicitatione demulcet, hic
 malis operarijs cõminatur pœnam, qua non po-
 test esse intolerabilior. Præter ignem enim interi-
 tus nescium, vermẽ mali patientur conscientiaẽ
 Vermis
 cõsciẽtiæ semper remordentem, semper vellicantem, sem-
 perque perpetrati facinoris commonentẽ. Cum
 ergo vtraque lex, vetus & noua, Mosis & Christi
 promissionẽ habeat, & comminationem, qua te-
 meritate, qua audacia seiũgũt promissionẽ a le-
 ge? Neque tantummodo decalogi præcepta lex
 appellãtur, sed quicquid deus præcepit, ordinauit
 in Mose, totũ lex verus dicitur. Rursum quicquid
 in sua lege Christus præcepit, decreuit, dixit, fecit
 noua lex est. Vtrãq; ceu digito indicauit Paulus
 Gal. 1. Ego, inquit, per legem legi mortuus sum vt deo
 viuam. Quid hic dicent aduersarij, qui nuda de-
 calogi præcepta legem appellant? Paulus legi
 Mosis per legem Christi mortuus est, nõ igitur per
 legem Christi ab obseruantia præceptorum de-
 calogi absolutus est? Minime. Nam ea tam sunt
 obseruatu necessaria, vt sine eorũ obseruatione
 nemo vitam æternam sperare possit. Quare id
 necessario concesserint aduersarij, Paulum vete-
 ri legi non quo ad moralium, quæ nõquam non

ligant, sed quo ad ceremonialium & iudicialium
 praeceptorum obseruantiam, per legem Christi
 esse absolutum. De hac item lege quae in ceremo-
 nialib. & iudicialibus est, dixit alicubi: Arbitra-
 mur iustificari hoēm per fidē sine operibus legis.
 Non possunt hic legem Christi intelligere, nam
 vt idē dicit alibi: Qui nō obedierint euāg. Christi
 poenas dabunt in interitu aeternas a facie domi-
 ni & gloria virtutis eius. Huic legi id est euange-
 lio quicūq; non paruerit, quod audis, tam & si
 credat solum, poenas dabit. Euangelio vero non
 obedit, qui negligit, quod iubet, facere. Hinc idē
 apostol. iustificationē nō fidei sed opibus tribuit,
 cū dicit: Nō auditores legis iusti sunt apd̄ deū, sed
 factores legis iustificabunt. Hic etiā ip̄e Chr̄s pa-
 lā pronūciat seruū scientē quidē dñi volūtatē mi-
 nime tamen facientē, multis verberibus affici-
 endum: nimirum vt discant aduersarij sola fide
 absq; operibus legis neminem iustificari. Quū
 legem dicimus, legem non intelligimus veterem
 sed Christi. Non tamen sine omnibus operibus le-
 gis veteris iustificatur homo. Est enim legis tum
 veteris tum nouae potissimū & in primis necessa-
 riū opus, vt diligatur deus super omnia, & proxi-
 mus sicut alter ipse, quo sine nemo iustificatur.
 Qui enim nō diligit manet in morte. Haec tamen
 nobis luce clarius expositum sit duplicem esse le-
 gem, Mosi scilicet & Christi, & appellatione le-
 gis, cui se mortuū dicit Paulus, non mandata de-
 calogi, sed iudicialia & ceremonialia, quae mox
 vt promulgata est lex Christi, tāquā vmbra ori-
 ente sole euauit, intelligi debere, quodq; vtraq;
 lex promissiones habeat & cōnationes, cōtra

Rom. 2.

2. Thes. 1

Rom. 2.

Luc. 12.

Dilectio
 op^o legis
 maximū

DE IUSTIFIC:

aduersariorum cæcam partitionem.

¶ Potro cur hanc excogitauerint partitionem, in sequentibus se penumero declarant, nempe vt hominis iustificationem nullis operibus, sed tantū fidei, id est, promissionibus diuinis credēti, ascribant. Et catholicos, qui cum fide etiam opera ad hominis iustificationem exigunt, legem, non euāgelium docere, mendaciter nugantur. Sed quam fecerint id feliciter, ex ijs que diximus, perspicuū est. Quæ si corde acciperēt aduersarij intelligerēt plane, q̄ erroneā, q̄ periculosam imitarent & docerēt doctrinā. Sed prohdolor tā potēs est pestilēs illa philautia, tam est ad excæcandum fortis superbia. Nunc ad argumenta, quibus ceu arūdinī vacuæ innituntur aduersarij, manum missuri, superfluum duximus omnia eorum verba examinare. Quod si attentarem, candido lectori intelligendi magis ianuam præclusero quam aperuero. Tam malitiose callidi sunt, tā versuti sunt & versipelles vt vel hydram commentitia varietate superent. Tot excogitant, que falso nobis imponant mendacia, vt vel Cretenses hac parte superent. Taceo garrulitatem, taceo quoties eandem vt cuculi, cantilenam cantitent. Quomodo autem veritatem statuet, qui meris nititur mēdacijs? Sed age, quibus mendacijs nos, dicā an seipso, conspurcent, videamus. ¶ Falso ecclesiasticis scripturarum enarratoribus imponunt.

Menda-
cia q̄ Ca-
tholicis
falso im-
ponunt.

Quod integras humanæ naturæ vires tribuāt ad diligēdū deū super omnia sine spiritu, gratia.

Quod doceant hominem proprijs viribus mandata dei posse facere.

Quod charitatis habitū ideo doceant dari, vt qd

alioqui proprijs viribus posset (nempe diligere deū super omnia) facilius & libentius faceret. Quod Philosophos sequuti solam doceant ratio nisi iustitiam.

Quod Christum sepeliant, ne eo mediatore vtantur hoīes, & per ipsum sentiant se gratis accipere remissionem peccatorum.

¶ Et pleraq; alia, quæ inani quadam hattologia congeminant. O hominum impudentiam, puerositatem, pertinaciam. Tenet me Christiana modestia, tenet verecundia ne in præcox, sed insanum, cuiusdam qui istius Apologiæ autor est, in geniū durius debaccher. Sed dicāt nobis obsecramus, vbi in doctoribus scholasticis inuenerint, quod doceant hominem fragilem originali iustitia & omni diuina gratia destitutum, proprijs viribus posse diligere deum super omnia, quodque omnia eius mandata ex sese implere valeat. Pono hanc animam si ostendere poterunt. Profecto sic sentire, nō catholicum, sed hæreticum est. Hic dicit Augustinus, quod ad hæresim Pelagianam pertineat, credere sine gratia dei, hominem omnia dei mandata implere posse. Idem nos quoque ingenue confitemur, & ante nos cōfessi sunt sancti patres, & mentiuntur ora hominum iniquorum facile ad iniurias solubilia. Aequo quidē animo ferendum esset, si solum eis errorem impingerent, nunc vero & hæreseos eos incusant. Sed Christiana illorū libertas, qua vel oīa audent, audaciores eos facit, q̄vt vllū malū deuitēt facinus. Miror cur non retraxerit pudor, quos a tam apertis mendacijs timor dei non compescuit. Qui em̄ hæc legent, qui audient candidi animi, tantam in

Mēdaciū
arguūtur
Luthera.
Aug. lib.
de hære-
sibus.

DE IVSTIFIC.

**Doctrina
Christi q̄
tum di-
stet a Phi-
losophia**

aduersarijs detestabuntur malignitatē. Porro si sentirent, quod nūquam cogitarunt, ac docerent, quod tam impudenter, tam mendaciter eos sensisse & docuisse nugantur aduersarij, nihil prorsus inter philosophiā & doctrinam Christi discernerent. Sed longo interuallo ea docuerunt esse a seiuicem sequestrata, nempe quod illa humanis tantū studijs & virtutibus, fide & gratia Christi exclusis, felicitatem attribuit: ista vero fidem requirit cum operibus, docetq; apertissime omnes humanos conatus, omnia opera, ad felicitatem promerendam languere & impotentia esse, fide & gratia dei exclusis. Qui hæc docet, Pelagianus ne audire meretur? ¶ Sed hic dicent aduersarij: Nonne dicent isti, q̄s vocas Catholicos, hominem mereri remissionem peccatorum, dum facit quod in se est, hoc est si ratio dolens de peccato, eliciat actū dilectionis dei, aut bene operetur propter deum? Nonne contenduntq; deus necessario sic operati det gratiam, necessitate immutabilitatis, non coactionis? Plane id confitentur, & idē confessi sunt ante nos patres. Et cur non confitentur, quod omnis scriptura diuina clamat, quē admodum supra satis superque declaratum est.

¶ Rursus dicent hic aduersarij: Si homo, cum facit quod in se est, cum eum poenitet peccatorum, cum bene ad diuini nominis gloriam operatur, remissionem meretur peccatorum, quorsum spectat, quod passus est, quod mortuus est Christus? Hic sciāt meritum passionis dominicæ & mortis in primis tam esse necessarium, vt sine eo nemo saluetur. Et omnes humani conatus, omnia studia, omnia etiam opera, nisi hoc Christi meri-

**Passiōis
Ch̄ri me-
ritū omni-
bus ne-
cessariū,**

to sustentarentur, erigerentq; ne tantillum quidē
 valerent, tantum abest, vt remissionem peccato-
 rum & salutem absq; Christi meritis operentur
 Sed qd dico de infirmis hominum conatibus, cū
 & ipsi angeli boni malos spiritus, non nisi in vir-
 tute meriti Christi superauerint. Post enim com-
 missum prælium Michaelis & suorum cum dra-
 cone, post expugnatum & e coelo exturbatum
 diabolus, dicebat Iohannes: Ipsi vicerunt eum
 propter sanguinem agni. Vt vero angelorū, ita
 & hominum conatus & opera merito passionis
 Christi efficacia sunt & merētur. Nam quod ait
 Iohannes, de plenitudine eius nos omnes accepimus,
 gratiam pro gratia. Sane quod nostra opa
 aliquid merentur, de plenitudine meritorū
 Christi est, & nisi nobis ille meruisset, merito omni
 essemus vacui. ¶ Quærant forte iterum ma-
 leuoli: Si hominum studia & opera, peccatorum
 merentur remissionem, quæ sine gratia dei omni-
 no non est, sequeretur ex operibus esse gratiam,
 imo gratiam non esse gratiam, quod Pauli sentē-
 tiæ refragatur. Theologi vt hanc diluerent obie-
 ctionem, duplex definierunt esse meritum, cōgrui
 scilicet & condigni. Et quod merito cōdigni gra-
 tia mereri non possit, cum inter se pugnent gratu-
 itum & debitum donum, possit tamen nihilomi-
 nus merito congrui mereri: & quod meritū con-
 grui nihil aliud sit, quam aptitudo quædam gra-
 tiæ dei; accipiendæ accōmoda, vt licet non sit o-
 mniphariam illo munere dignus, congruum ta-
 men & cōueniens fuerit diuinæ bonitati, quæ est
 beneficentissima & semper liberalissima, vt ei,
 qui se gratiæ coaptauerit, tale donum detur.

angeli bo
 ni quomo
 do spiritus
 nequā su
 perauerit
 Apoc. 12

Iohan. 1.

Meritum
 duplex.

DE IVSTIFIC.

¶ Hic dicent, quod sic hæc asseuerare iude-
re sit & veritatem dissimulare. Nam si deus ne-
cessario dat gratiam pro merito congrui, nõ iam
erit meritum congrui sed condigni. Responden-
dum, quod tali alicui per lumen fidei adiuto,
ad diuinam gratiam recipiendam idoneo, pro-
pter sui ipsius humiliationem, in egenos miseri-
cordiam, oratiões, ieiunia, quibus se disponit, ne-
cessario misericordia detur a deo, non (quod etiam
prædiximus) coactiõis illa necessitate (nemo enim
proprie deum cogit) sed immutabilitatis. Quan-
do quidem deus immutabilis, verax, semper si-
bi constans, quod promittit, fideliter implet. Ca-
nit enim de eo propheta, quod fidelis sit in omni-
bus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus
suis. Id quoque ne Balaam quidem nesciuit. Non
est deus inquit quasi homo vt mentiatur, nec vt
filius hominis vt mutetur. Quando ergo his qui
vtruncque possunt, ad deum sese conuertunt per fi-
dem, & misericordiam gratiamque petunt pro-
misit se non defuturum, haud dubium, quin suis
promissis respondens, det quod rogatur. Hinc di-
cit Zacharias: Conuertimini ad me & ego con-
uertar ad vos. Conuertit autem se deus ad pecca-
torem, quem nunc peccatorum pœnitet, quando
misericordia eum dignatur, & gratiam, qua iu-
stificetur, tribuit. Sic conuersus dominus, vt refert
euangelista, respexit Petrum, tantam ei contriti-
onis gratiam conferens, vt foras egressus fieret
amare. Pollicitus est etiam misericordiam his qui
aliorum miseri sunt. Ad hæc neque corda contri-
ta & humiliata despicit. Sed hæc superius docui-
mus quidem copiosius. Non est ergo quod The-
ologis insensu sint homines, qui vix dum sacra-

Necessi-
tas qua
deus ho-
mini sub
uenit.

Psal. 144.
Nume. 23

Zach. 1.

Matt. 26.

Psal. 59.

riā scripturarum, vt videtur, a limine introspe-
runt, quod docuerint deum necessario dare grati-
am ijs, qui se ei, vt possunt, coaptant, & modis
omnibus pro viribus requirunt, quibus tñ grati-
am tribuere pollicitus est. Omnis inquit qui petit
accipit, & qui quærit inuenit.

Matth. 7

¶ Porro cum dicūt aduersarij: Si necessario
dat gratiam deus pro merito congrui, ergo non
erit meritum congrui, sed condigni, palam insci-
tiam suam declarant. Nam si ignorant, vel indi-
gnis ob solam dei promissionem gratiam dari
& beneficium, haud multum sapiunt. Comper-
tum est enim sacerdoti licet indignissimo non ob
suam dignitatem, quæ nulla est, sed ob diuinę pol-
licitationis stabilitatem, virtutem dari vt corp⁹
Christi consecret: præsertim vt firma stet promif-
sio. Hanc proculdubio aduersarij agnoscunt ve-
ritatem, verum cū eā occultarentuntur & obfus-
care, ostendunt perversa sua ingenia, quibus ex-
olitam velint Christianam religionem. At nos
confitemur, quod dominus vt est beneficentis-
simus & solem suū oriri facit super bonos & ma-
los: ita & indignis non negat, quod promisit. Sic
quoque de congruo, licet non de condigno, gra-
tiam merentibus: hoc est, ad illam sese modis,
quos sæpe diximus, coaptantibus, ex promissio-
ne diuina datur gratia. Non tamen quod digni
sint, qui recipiant, sed quod deum nō deceat ver-
bis suis fidem retractare.

¶ Nunc iterum aduersarij non habentes quod ob-
ijciant: ad priorem illam calumniādi artem, ceu
ad sacram ancoram confugiunt, non quidem a-
liam, sed eandem cautelenam obstrepentes.

DE IUSTIFIC.

¶ Ita, inquit, nihil docent aduersarij, nisi iustitiam rationis aut certe legis, in quam intuentur sicut Iudæi in velatam faciem Mosi, & in securis hypocritis, qui putant se legi satisfacere, excitant præsumptionem & inanem fiduciam operum, & contemptum gratiæ Christi. E contra pauidas conscientias adigunt ad desperationem quæ operantes cum desperatione, nunquam possunt experiri, quid sit fides, & quam sit efficax, ita ad extremum penitus desperant.

¶ Hæc est aduersariorum vetus calumnia, no-uis mendacijs redimita.

¶ Qui hæc ad viuum expendet Christianus lector, facile intelliget, ista non in Catholicos, qui bus falso obijciuntur, sed in aduersarios peculiariter competere. Catholici Lutheranæ factionis capitales inimici, non vt calumniantur veritatis euersores, solum docent rationis iustitiam, sed docent iustitiam fidei. Non tamen inanem fidei, quæ operibus vacat, perinde ac illi fortiter vrgēt, sed docent iustitiam fidei operantis. Sed quid operantis? Vt quæ quod iussit Christus, ne mortua sit. Iam quid iussit Christus? Num vt credant homines saltem remissionem peccatorum? Nihil minus, sed vt ex fide poenitentiam agerent & diuina mandata obseruarent in remissionem peccatorum. Ne quæ Mosi sed Christi legem intuentur, ad cuius obseruantiam, vt fideles verbi ministri, auditores suos pro virili instigant, plane apostolos sequuti, quæ ex

Fides quæ
docuerunt
Catholi.

mandato Christi, cū fide diuinorū mandatorū ob
 seruatiā pariter docebāt. Sed neq; hypocritas sed
 veros Chrī cultores instituūt, qui non tm̄ ihs, q̄ di-
 xit Chr̄s, credūt, verē etiā pro suo modulo cōten-
 dūt, vt expleāt q̄ iussit Chr̄s, haud nesciū, quod nō
 auditores legis creduli, sed factores iustificentur.
 Nec inanem sed certissimam operum fiduciam
 in auditoribus excitant. Persuadent enim nō ho-
 minum vanissimis commētis sed diuinis promif-
 sis standum esse, quodq; fideliter in vinea domi-
 ni desudantes gloriosam expectent sui laboris
 mercedem. Docent nihilominus fideles, vt grati-
 am & misericordiā dei petaturi, misericordem
 eius animum, precatiōibus, ieiunijs, eleemosynis
 & alijs id genus bonis operibus flectant: tantum
 abest, vt in eis gratiē contemptū excitent. Nulla
 tenus etiā pauidas hominum conscientias ad
 desperationem adigunt, sed consolantur, sed con-
 firmant, persuadentes tam amplum esse diuinæ
 miserationis sinum, vt nullum tam & si innume-
 ris peccatis inuolutum, si modo gratiam quærat
 & desideret, non recipiat. Nonne quod etiam op-
 ponunt nobis aduersarij, Catholici docent deum
 necessario subuenire his qui misericordiā & gra-
 tiam, quantum in se est, desiderant, non quod co-
 gi possit deus, sed quod immutabilis sit, & semp-
 idem. Adhæc docent ex euangelio, quod qui pœ-
 nitentiæ recipit in ecclesia sacramentum, qui nō
 ponit obicem, hoc est, q̄ prioris vitæ facinora de-
 testans, melioris vitæ propositum secum per fi-
 dem Christi statuit, procul dubio gratiam a deo
 recipiat. Qui autem hæc docent, non adigunt ho-
 minem ad desperationem. Nunc satis constat, q̄

Matt. 20.

DE IUSTIFIC.

peffime, quam mēdaciter ifta in Catholicos tot
 ſciunt aduerſarij, quæ ſibi magis docebimus cō-
 pētere.

**Fides ſpe-
 cialis Lu-
 therano-
 rum.**

¶ Gloriantur aduerſarij docere ſe iuſtitia fidei,
 ſed non communis, vt ex ſequentibus eluceſcet
 magis, ſed ſpecialis nempe vt credat homo ſibi
 peccata dimitti, Non eſt eis ſatis, ſi credat homo
 poenitentibus remiſſionem peccatorum dari, cre-
 dat deum incarnatum, paſſum, mortuū pro no-
 bis, imo ſi credat omnes ſimul fidei articulos: ni-
 ſi credat ſibi pctā dimitti, & hāc fidē ſolā dicūt iu-
 ſtificare. Profecto eſt iſta ſpecialis fides, & qui-
 dem hactenus incognita. Sed ſi oſtendant eam
 in ſacris literis explicitam, herbam haud inuitā
 dederimus. Exploratum quidem eſt & nobis iu-
 ſtificari hominem per fidem, fidemq; purgare,
 ſed hāc de generali omnium Chriſtianorum fide
 quam vnā eſſe docet apoſtolus, prædicantur,
 vt pote nō inani ſed q̄ poeniteat, quæq; diuīs mā
 datis obtēperet. Vnde ergo iſta tam ſpecialis tā
 inaudita tamq; incognita fides, quæ ex eorum ſi-
 critia ratiocinatione pullulauit, merito iuſtitiam
 parit, quā æquiſſimo iure iuſtitiam rationis voci-
 tes, q̄ non Chriſti verbis ſed rationi magis philo-
 ſophicæ innitatur. Catholica iuſtificatio in ſcri-
 pturis ſanctis haud ifrequēs fidei iuſtitia dici me-
 reſ, p̄fertim q̄ verbis Chriſti vbicq; munita ſit.

**Indulgen-
 tia aduer-
 ſa. ad pec-
 catores.**

¶ Tam non video an ſint in hoc mundo homi-
 nes magis p̄ſonari, aut ſi malunt, hypocrite, quā
 ſunt aduerſarij: qui offutijs quibuſdam ac ſutelis
 præſumptiōem quandam & inanem fidutiam
 in animis ſuorum fouent, non quidem operū ſed
 fidei, Quid neceſſe eſt hāc probare, cum res ipſa

nihil aliud clamet? Sit quispiam adulter, sit fornicator, sit latro, sit raptor, sit denique omni spurcitia peccatorum oppletus, aduersariorum vana indulgentia nihil remoratur a iustificatione, modo credat sibi peccata remitti per Christum. Et non vrgetur adulter, vt intra coniugij sese limites contineat: neq; fornicator, vt lupas ceu colubros fugiat: neque latro, vt latrocinio absteineat: neq; raptor, vt reddat non sua: & in summa nemo cogitur ad emendatiorem viuendi normam. Tantum credat remissionem peccatorum per Christum, & cogitatu prius, si deo placer, iustificatur, & medullitus gratia expletur. Quæ potest maior esse præsumptio, quæ inerior fidei iactantia? Semper peccant, semper alienis mordicus in hærent & fruuntur bonis, & semper ad nudam fidem sunt innoxij. Profecto vt videretur, credunt vt liberius peccent. Non recensebo hic quæ quoti die cernuntur in Lutheranis exempla.

¶ Pone iam, vt ad nudam fidem peccata remittantur alicui, vel non remittantur. Si remittuntur & in eisdem manet peccatorum secibus, profecto sine fide remittuntur. Nam & istorum sententia, qui in peccatis est, fidem habere nequit. Si non remittuntur, vt res est, plane relinquitur aduersariorum doctrinam personato illi inanem fidei iactantiam præstitisse.

¶ Proinde quid magis ad desperationem impellit pavidas conscientias atque aduersariorum doctrina, (quam qualis sit suo loco suis depingam coloribus.) Docent quod qui credit sibi peccata per CHRISTVM remittit, mox sit absolutus, At si scelestus quispiam

Capitur hic ad uersarij.

DE IUSTIFIC.

**Capiunt
hic iterū
suis ver-
bis.**

peccatis immerfus dicat se idem credere quod do-
cēt, & tñ nullū fructū faciat, dicūt eū nōdū bene
credere, q̄a si bñ crederet fides illa nō esset ociosa,
sed bonū iustitiæ fructū afferret, cū autore Ch̄o
bona arbor bonis fructib. sit foeta. Porro si q̄ eos
interroget qd sit vere credere, velint nolint cogē-
tur dicere (nisi vellent ipsi secū pugnare) neminē
vere credere nisi vera fide, non ex hypocrisi, cre-
dat sibi propter Christum peccata dimitti. Et hāc
fidem solam dicunt veram, quæ sit charitate for-
mata, quam nobiscum negant non esse in eis, q̄
peccatis sunt obnoxij, præsertim si damnabilia
sint illa peccata. Dicant igitur si possunt, quomo-
do eiusmodi aliquis capitali crimine inuolutus
vere possit credere vt a peccatis exuatur, potis-
simum cum sua ipsorum sententia nemo vere
credat, nisi veram fidem hoc est viuam fidem, si-
dem charitate formatam habeat. Hæc autem,
quod negare non possunt, in iusto est tantum, in
tali mortifera macula polluto nunquam. Necel-
sario hic relinquunt nobis, si agitiosos nunquam
vere sed fictē tantum posse credere, quod propter
Ch̄m sibi remittantur peccata. Iam vides Chri-
stiane lector, quam sese lancinet ipsa aduersario-
rum doctrina, quamque magnum desperationis
ostium his qui illorum nituntur opinioni, quique
pœnitere ad normam ecclesiasticam respuunt,
aperuerit.

¶ Adhæc habet aduersarioꝝ Confessio, quod
non semper sed tunc solum, qñ deo visum fuerit
in audientibus euangelium operetur spiritus san-
ctus remissionem peccatorum per fidem in Chri-
stum, At qui quomodo sciet, qui audit euangeliū,

quoniam vellet deus per spiritum sanctum veram fidem in corde suo infundere, ut vere se sine ulla simulatione credat propter Christum in gratiam receptum? Quis hic non videat, quibus imposturis circumueniant miseros, quibusque periculis exponant incautos? De catholica ergo doctrina quam apud nos inueniant, & quam nos profiteamur, tuto licebit dicere, quod certissima sit & nullis inuolucris occultata, claro dei verbo inicit. Et quod hæc sola sit, quæ pavidas hominum conscientias consolari, trepidantes timore mali animos erigere possit. Nam qui ex fide, licet non formata, poenitent, simulatque poenitentiae sacramentum cum proposito vitam melius instituendi accipiunt, ab ipsa statim veritate, remissionem accipiunt peccatorum. Nunc vident aduersarij nisi ex oculati sint, suo se confossos esse gladio. Sed necdum desinunt nobis negotium facessere.

Doctrina
Catholi-
ca certis-
sima.

¶ Aduersarij

¶ Hoc imprudētissime scribitur ab aduersarijs, quod homines rei æternæ iræ mereantur remissionem peccatorum per actum elicitum dilectionis, cum impossibile sit diligere deum, nisi prius fide apprehendatur remissio peccatorum. Non enim potest cor vere sentiens deum irasci, diligere deum, nisi ostendatur placatus. Donec terret & videtur nos abijcere in æternam mortem, non potest se erigere natura

DE IUSTIFIC.

ra humana, vt diligat iratum, iudicantem
punientem.

¶ Responsio catholica

¶ Ista aduersariorum assertio tam est frigida, vt vel thermas possit Nerōianas refrigerare. Sed videamus quantum habeat neruorum aduersus veritatem. Hoies, inquit, æternæ iræ reos mere ri remiss. peccatorꝝ per actū dilectiōis elicītū im prudenter ab aduersarijs scribit. Sed cur ita? Respondebunt quod supra, nempe quod qui æternæ mortis rei sunt, sentiant sibi deum iratum, & ob hoc naturam humanam ad diligendū deū se eleuare non posse. Prima facie verba ista videntur aliqd habere soliditatis, verū si Silenū explices, vacua erūt & sine neruis. Dicant itaq; nobis ad uersarij, quomō sciēt pctōres hmōi sibi offensum esse deū? Haud dubiū quin dicant aut per lumen rōnis, aut per lumē fidei, aut certe per vtrūq; simul id eos agnoscere. Vñcunq; id eos agnoscere dicant, nr̄a nihil interest, sed vñ agnoscūt deū sibi iratū, pctā detestari, nimir; inde etiā sciūt, deū nō optare pctōrū mortē, interitū et perditionem, imo nolle ea, quin potius pñiam, iustificationē, et salutem eorū desiderare. Et hac rōne longanimi diu multumq; expectat, misericorditer reuocat, & poenitentibus prioris vitæ peccata condonat.

Fidei lu-
mie ag-
noscit de
us et offē
sus et pla
catus.

¶ Sed hic obiter irrequisiti dicamus, quod vtra q; hæc discunt ex lumine fidei, quod deū esse sum me bonum, oipotentem, cunctificientem & æq̄l simum omnibus iudicem, manifestat. Et quem admodum hoīem facit meticulosum, ira credit deum multo benignissimū, multoq; misericordis

hūmā, vtpote nullius perditiois cupidū, sed quod velit omnes redire ad pœnitentiā, & viuere. Spe quoq; peccatorem erigit, atq; a deo proximiora salutis expectare facit. Agit nihilominus, vt diligamus deū conuersionē nostrā, iustitiam & salutem tanto charitatis ardore patienter expectāte. Quis non diligit eū, quē se adamare sciat? Quis non diligit eū, quem certo credat multis imo innumeris charitatis symbolis se deperisse? Quis inquam, eū nō diligeret, quē sciat sui causa flagella, spinas, crucē & mortē excepisse, & id eū deo inimicus esset? Quē admodum igitur ex lumine informis fidei nascit in corde peccatoris timor, ita ex eodem oritur lumine vt speret vt diligit.

¶ Veruntamen hic amor hoc modo per informem fidem natus multum est imperfectus: quia peccator tametsi deum diligit, plus tamen equo semetipsum diligit, quā deum. Hinc suā ipsius utilitatem, dilectionē, honorē, cœlestibus mercibus æternis gaudijs, diuinæ Maiestati anteponit. Neq; potest deum super semetipsum & super oīa diligere, donec veniens spiritus, veram charitatē diffundat ī corde eius. Quod vbi factū fuerit, mirum h̄j prompte, q̄ hilariter ceu a somno experrectus, ad honorē dei nihil non faciat. Nihilominus ex illa informi charitate per fidem parata, potest peccator ceu calcariibus pūgi, vt aliqua bona opera faciat, vt sc̄; ieiunet, oret, elemosynas det, imo ex hac dilectiōe quadantenus p̄niam agere pōt, quod deū sua mala vita offenderit. Ista t̄n p̄nia haud est absoluta, q̄nquidem naturali imbecillitate, & ad malū propēsitāte inuit^o impedit. Sēs^o em̄ & cogitatio hūani cordis, qd̄ in Mose di

Dilectio
nis dei
causa.

Fidei in-
formis ī-
perfectio

Genesi. 8

DE IUSTIFIC.

est dñs, prona sunt ad malū ab adolescentia. Vt autē non satis poenitet, ita quoq; nō satis de pctis dolet, nec efficaciter satis vitā corrigere secū statuit, donec miserante deo afflatū sancti spūs sentiens, magis doleat, magis q; pctm̄ ab homine. Imperfectus ille amor cū operatur, imperfecte meretur, pfectus vero amor pfecte. Istud meritum condigni, illud congrui supra appellauimus.

¶ Nam & ipsi aduersarij suapte spōte fatentur hoīem suis viribus rōnis iustitiā posse vtcunq; efficere, quanq; saepe vincatur imbecillitate naturali & impellēte diabolo ad manifesta procedat faciora. Vide huic rōnis iustitiæ q̄t laudes tribuāt

**Rationis
iustitiæ
laudes.**

Hac inquit nullū natura corrupta magis habet bonum. Et Hanc requirit & temporaliter remunerat.

Quod si rōnis iustitiā, nō ad gloriā dei, sed in suū vniuscuiusq; cōmodū & aurulā relatā, deus requirit & vsq; adeo diligit, vt tpaliter remūeret, qd̄ obstat, cur pctōr informi fide illustratus, dilecti oneq; licet imperfecta excitatus pleraq; bona opera faciat ad gloriā dei, q̄rat q̄q; & suppliciter postulet gratiā, ad quorū intuitū eius misert^o gratiā p̄stet, vt quod ex se nō pōt pctōr, aliūde i. a deo adiutus, possit. ¶ Vt autē q̄ dicimus, clariora sine pone duos eē posterioris notæ adulteros. Alī pro sua facultate vbi cōp̄it eū vitæ prioris poenitere, fit in paupes liberalis, vacat interdū orōnib. inedia se afflictat, durissimis cōtinētia loris carnē ad oēm pruritū salacē compescit, lachrymatur, ingemiscit, suspirat, & poenitētia fere se eneruat, vt ex offenso deo placatū faciat, Atqui vbi pau

**Fide in-
formi q̄-
tum me-
reatur
docet ex-
emplo.**

lo remiserit animum, amore illo spurco rationem superantē, recidit non raro in idem malum prius tot modis detestatum. Et vix expleto facinore, ad sanam mentē reuertitur, solet enim peccatum vt plurimum poenitudo sequi. Alter vt iubat⁹ gigas vadit extēto collo, ac si nullo teneret peccati vinculo, nullū detestat malū, nullū horrescit piaculū, nihil agit fide dignū, charitate dignū, pietate dignū. Egenos cōtemnit, mēdicos tanquam surdus praterit, diuini verbī ministros non tantū non audit, sed etiam odit. Et vt semel dicam omnia, talem se mundo exhibet, ac si dcum prorsus nesciat. Quæro iam vter horum dignior sit qui gratiam diuinitus accipiat? Haud dubium, nisi omnino vellent expunctam veritatem, dicent, quod prior ille vt pote q̄ ex fide infirmi operans tantopere ad gratiā aspirat. Compertissimū vero est neutrū de condigno gratiam vllis suis operibus mereri, quia vterque peccator vterque adulter est. Congruit tamen iustitiæ diuinæ magis, vt qui summe quærit gratiam, gratiam accipiat prior: qui cōtemnit, cōtemnatur.

¶ Adhæc iterum dicunt aduersarij, quod deus requirat istam ratiōis iustitiā, quodq̄ necessario ad voluntatem dei bona opera facienda sint. Sed cur velit nos bona facere opa, & ad cuius cōmoditatē, haud esset otiosum peruestigare, nisi superius nobis dictum esset, opa nostra deo nihil, proximis aliqua pars, aliqua nihil, sed nobisipsis utilitatis adferre plurimum. Album igitur aduersarij calculum nostræ doctrinæ adijciunt nescij, qd̄ deus peccatores a peccatis ideo auocet, & ad bene operandum peturigeat, quo tandem post dete-

Gr̄a cui
magis cō
feratur.

DE IVSTIFIC.

statum facinus, post amotum obicem gratiæ ob
uersum, idonei sint, quibus gratiam suã tribuat.

¶ Aduersarij.

¶ Paulus ait: Lex iram operatur, non
dicit per legem mereri homines remissio
nem peccatorum. Lex enim semper accusat
conscientias & perterrefacit. Non igitur
iustificat, quia cōscientia perterrefacta le
ge fugit iudicium dei. Errant igitur qui p
legem, per opera sua mereri se remissionē
peccatorum confidunt.

¶ Catholica responsio.

¶ Bene equidem Paulus dicit legem iram ope
rari. Sed aduertendum est legem nullã in suis obser
uatoribus iram operari, sed amicitiam cum deo
conciliare. Id docent verba Christi: Si quis diligit
me, sermonem meum seruabit, & pater meus di
liget eum, & ad eũ veniemus & mansionē apud
eum faciemus. Cōstat igitur obseruatoribus legē
non operari iram, sed ediuerso transgressoribus.
Idem paulus qui dixit, lex iram operatur, in eadē
epistola illis bona, istis mala p̄nuntiauit. Illis ob
obseruantiam, istis ob prauaricationem legis.
(Quid legis nomine intelligamus iam supra di
ximus) secundum dititiam tuam, inquit, & cor
impoenitens thesaurizas tibi iram in die iræ &
reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique
secundum opera eius, his quidem qui secundum
patientiam boni operis gloriam & honorem &
incorruptionem quærentibus, vitam æternã; his

Iohan. 14

Lex ope
ratur irã
in trans
gressori
bus, i ob
seruatori
b. contra
Roma. 2.

autem qui sunt ex contentione, & non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, &cæ. His itaq; posterioribus verbis apostolus sese exponit, & prorsus eneruat aduersariorum structuram. Sed iam eorum verba discutiamus. Non dicit, inquit, per legem mereri homines remissionem peccatorum. Quid igitur? Num quod hic non dicit, alibi tacetur? Profecto si neq; hic, neque alibi in scripturis haberetur, homines videlicet ex legis hoc est præceptorum dei obseruantia (sic enim ipsi legē accipiunt) remissionem peccatorum mereri, esset vnde gloriarentur. Quod vero, qui diuinis mandatis obsecundat cū poenitentia vitæ prioris, remissionem peccatorū mereantur, abunde superi^o Christi, apostolorum & prophetarum verbis testatum est. Neq; habēt aduersarij, quod iure illis obstrepant.

¶ Nam ex his, quæ habemus in manibus, videtur paræ lyncei esse acuminis aduersarij, quodq; non vident quæ loquuntur. Accusant legem peccati quod timore iudicij conscientiam perterrefaciat. Hic velim agnoscere, an hominis iustificationem labefacitet, qui diuini iudicij timorem ei ingerit. Non video vnde labefacitet, video autem vnde iuuetur, vnde erigatur. Scriptura dicit: Timor domini, initium sapientiæ est. Cum enim peccator timet deum, audit terrorem iudicij, examina meritorum, ignem, gehennam, supplicia, incipit animo secum volutare, quibus modis illa euadat infortunia. Mox secū reputat deū vt iustū ita esse et misericordē, facile flexibilē, facile pctā condonantem: peccatoris vitā, non mortem volentem. Et mira celeritate prioris vitæ studijs va

Lex iuuat trepidantes
Prouer. 1.
Prou. 10.

Minæ cur
habeatur
in scrip-
turis

dit renuntiatum. Et nō tantum vicijs indulſit prius, q̄rū post huius terroris conceptionē virtutib⁹ inhiat. Vide nunc quātum ad hōis iustificationē iuuerit lex. Si voluisset Christi⁹ imperterritū esse hominem & impaudam eius conscientiam, gehennam, ignem, dentium stridorem, fletum, sulphur, & alia id genus supplicia, silentio contacta esse oportuit. Rursus neq; debebat apostolus iræ & indignationis & poenarum aliquando meminisse. Forte hoc agunt aduersarij, vt sine vllō timore filij hominum perpetrent mala. Sed nolimus de eis tam male suspicari. Si igitur hoc modo fugit iudicium, id est, vt terrore iudicij vicijs renunciet, virtutes amplectetur, prudenter fugit. Sic enim fugisse, vitam mutasse est. Sed nolunt aduersarij quod verba sua sic intelligantur.

¶ Cōcludunt collectionē suā dispersu facilem hoc modo: Errant igitur qui per legem & opera sua mereri se remissionē peccatorū confidunt. Si errant, quotquot per operationem legis eiusq̄ impletionem peccatorem iustificari credunt, multo maxime errarūt prophetæ sacri, apostoli cœlitus edocti, & Christus doctrinæ catholicæ authores. Quid vero acceperimus, & euulgauerimus e sacris illorum myrothecijs, ex ijs quæ nobis supra dicta sunt, palam est.

¶ Aduersarij.

¶ Quia igitur non possunt homines viribus suis legem facere & omnes sunt sub peccato & rei æternæ iræ & mortis, ideo non possumus per legem a peccato libera

ri ac iustificari, sed data est promissio remissionis peccatorū & iustificationis propter Christum, qui datus est pro nobis, vt satisfaceret pro peccatis mundi, & positus est mediator ac propitiator.

¶ Responso catholica

¶ Hoc candido sed fluido verborum furo multis imposuerunt aduersarij, quib⁹ fortasse nostra nec lecta, vel si lecta, nec intellecta sunt satis. Vel si forte intellecta sunt, non tam facile ad salutem demonstrare semitam sunt visa. Virtus em̄ in summo est, nec tam facile a quibusuis apprehenditur. Et regnum cœlorum vim patitur, & soli vi irrumpentes diripiunt illud. Senticosa est & ardua multisq; spinis obsita p̄niæ via, & ob hoc paucos habet q̄ cõterāt eā. Caterq; extra oleas satis. Quod tã multis argumētis statuere moliant aduersarij hoīem sub p̄ctō eē, & suis virib⁹ legē dei facere nō posse, p̄inde est ac si diffecēt ignem. Nemo enim catholicorum hoc negat. At quod colligunt, ideo nos non posse per legē a peccato liberari aut iustificari, nouum nobis faceffit negotium, vt interrogemus eos, de qua lege hæc intelligant, de Mosi, an de Christi lege? Si de Mosi lege, nihil obluetamur, & vna est vtriusq; sententia. Si de Christi lege, vt multis titulis a veritate dissentaneum, negariis. Nam per legis Christi obseruantiam remissionem peccatorum, iustitiam & regnum cœlorum cõsequimur. Quid em̄ in sua lege magis vrget Christus, quam, vt qui in luto herent peccatorum, p̄nitentiæ robore adiuti liberi abeant. Quid (inquam) magis vrget Chri

Virt⁹ ap
prehenfu
difficilis.
Matth. 13

Obseruã
tia legis
meret̄ re
mis. pec.

DE IVSTIFIC.

Passiōis Christi merito saluamur stus, q̄ vt mādata obseruent, q̄ seruari, adeoq̄ in vitā aeternā hīc abire volunt. Qui remis. peccōrū vere poenitētibz & mandatorz dei obseruatoribus contingere negat, in Christum blasphemus, & in euāgelium eius plane iniurius est. Quod verohis, qui legibus Christi obtemperāt, & ad normam euangelicam viuunt, salus & aeterna vita promittatur, ex vnus Christi merito contingit, quo, si modo ei simus morigeri, vniuersi liberamur & saluamur. Sic & sub vetere .i. Mosaica lege, quotquot legem obseruauissent, ex virtute passionis & meritorz Christi peccatorum consequebantur remissionem & vitam. Hīnc dicebat p̄ Ezechielem dominus: Dedi eis praecepta mea, & iudicia mea ostendi, quae qui fecerit homo viuet in eis. Ideo Christus illis promissus, nobis vero datus est, vt tam illos, quam nos saluaret ac liberaret. Vnde tum illis, qui sub vetere erant testamento, tum nobis qui sub nouo sumus, mediator, propitiator, atq; saluator datus est, quod cū istis nobis conuenit. Hīnc est quod vtriq; tam veteres patres quam post Christū nati, clamamus: Benedictus qui venit in nomine domini, Hosia nah in excelsis. Christus, quod Paulus tradit, pro nobis mortuus est, & semetipsum dedit redemptionem pro om̄ibus. Nunquid igitur omnes saluantur? Minime. Pereunt enim quotquot nō credunt. Nunquid omnes qui credunt, saluantur? Id non dixerim. Multi enim vocati sunt, pauci electi. Cur ita? Respondeat hic ipsa veritas: Lata est, inquit, & spaciōsa via quae ducit ad perditionem, & multi ambulant per eam. Fuerunt quoque quidam fidei tam singularis, vt in nomine

Ezech. 20

Matt. 21.

1. Tim. 2.

Matt. 22.

Matt. 7.

Christi dæmonia eijcerent ab obsessis, q̄ nisi ipsa
 veritas det nobis verba, in extremo examine au-
 dient: Nunquam noui vos. Discedite a me oēs, q̄
 opera mini iniquitatem. Quid est ergo quod alij
 saluant̄, alij pereūt? Quod alij Ch̄ro creduli etiā
 obedierūt, isti cōtra credentes, sola fide salutē si-
 bi contingere præsumebant. Et Paulus comme-
 morat Christum solis obtemperantibus saluato-
 rem esse, dicens: Consummatus factus omni-
 bus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ
 Non obtemperātibus, ruina: Ecce positus est hic
 (ingr̄ apud Lucam beatus ille senex Simeon) in
 ruinam, & resurrectiōem multorum in Israel. In
 quorum ruinam? Plane eorū qui euangelio non
 obedierunt, quos Paulus æternas pœnas in interi-
 tu duros pronuntiat. In resurrectiōem vero e-
 diuerso positus est eorū, qui per pœnitentiæ actū
 per mandatorum obedientiam vitam Christia-
 nis dignam agētes, tales sunt qui in sortem recen-
 seantur iustorū. Ex his quæ hæctenus nobis dicta
 sunt, neminem arbitramur latere, Christi promiss-
 a nostra opera non excludere, imo exigere. Per-
 spicuum nihilominus est, non ita gratis per Chri-
 stum dari remissionem peccatorum & salutem,
 quod hæc absq; nostris operibus fiant: Sed quod
 omnes nostri conatus, omnia studia, omnes actio-
 nes ad remissionem promerendam inania sint &
 infirma, nisi ex sua liberalitate ipse nob̄ deus pro-
 pter Ch̄i merita gr̄am et gloriā suā largiā, inge-
 nue cōfitemur. Sed hæc suo loco dicent̄ copiosius.

¶ Ex diametro igitur pugnat cum sacris lite-
 ris quod colligunt aduersarij, nempe Christi pro-
 missione meritorū nr̄orū nō h̄re cōditionē, sed ita

Ibidem.]

Heb. 3.

Lucæ. 2.

1. Thes. 2.

DE IUSTIFIC.

Fide iſor
mi ſalre
nob opus
eſt vt cō-
ſeāmur
remiſſio
nem pec-
catorum

Prodigio
ſa verbo-
rum Pau-
li expoſi-
tio.

Lex euā-
gelica qd
doceat

Cōcluſio
inepta

gratis offerri remiſſionem peccatorum, vt nōis
operibus opus non ſit. Et nemo noſtrum neſcit di-
cere apoſtolum gratiam nō eſſe ex operibus, ali-
oqui gratia iam non eſſet gratia. Sigdem vt me-
rito congrui peccatorum mereamur remiſſiōem
dono nobis opus eſt gratiæ gratis datæ, id eſt, fi-
de inſormi vel alio diuino inſtinctu. Vt autem
merito condigni remiſſionem peccatorum mere-
amur, egemus gratia gratumfaciente, qua ſine
nullius omnino opera accepta ſunt aut ſalutife-
ra. Prædictum igitur apoſtoli dictum pro nobis
eſt magis, quam pro aduerſarijs, qui pro arbitra-
tu ſuo metiuntur, & expediunt omnia.

¶ **I**am quod ait apoſtulus: Iuſtitia dei iam ma-
niſtatur ſine lege, parum catholice tractant ad-
uerſarij, quod dicunt, iuſtitiam dei reuelari ſine le-
ge, idem eſſe, ac ſi dicat eam iuſtitiam ſine noſtris
meritis & operibus contingere. Nemo enim an-
te iſtos temerarios hoc loco legē accepit pro me-
ritis. Quod autem ſine operibus hoc eſt ſine pœ-
nitentia & obſeruantia diuinorum mādatorum
nemo iuſtificetur, nemo ſeruetur, docuimus innu-
meris fere ſcripturarum dictis, quibus reſtitiffe,
temeritatis eſt. Sine qua ergo lege iuſtitia dei re-
uelata eſt? Num ſine lege Chriſti? Nequaquam.

Lex enim euāgelica docet quid Chriſtus, vt nos
iuſtificaret, egerit, quid paſſus ſit. Docet etiam-
num, quid nos credere, quid facere, oporteat, vt
iuſtificemur, vt ſaluemur. Præterea docet quod
Chriſtus æqua lance vniciuſq; pro ſuo opere mer-
cedem refundat. Non eſt igitur quod aduerſarij
hæc parte ſibi applaudant.

¶ **V**ide nunc quam inepte concludant collecti

onem suam. Quod si ex meritis nostris inquirunt, penderet remissio peccatorum & reconciliatio esset ex lege, esset inutilis. Quia enim legem non facimus, sequeretur promissionem reconciliatio nis nunquam nobis contingere. Hoc certo sciant antagonista, quod nisi legem faciant, promissio nem accipere non poterunt. Stat enim Christi ver bum: Non omnis qui dicit mihi domine, domine intrabit in regnum caelorum, sed qui facit volun tatem patris mei qui in caelis est, ipse intrabit re gnum caelorum. Quae est voluntas patris, nisi vt sancte vt iuste viuant homines in sortem sancto rum acciti? Hec est voluntas dei inquit apostolus, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos ab omni fornicatione, vt sciat vnusquisq; vas suum pos siedere in sanctificatione & honore, non in passio ne desiderij, sicut & gentes quae deum ignorant. Ne quis transgrediatur neq; circumueniat in vl lo negotio fratrem suum, quoniam vindex est de omnibus dominus: sicut praediximus vobis & te stificati sumus. Non enim vocauit nos deus i im mundiciam sed in sanctificationem. Itaque qui haec spernit, non hominem spernit sed deum, qui dedit spiritum sanctum in nobis. Haud sumus grauati tam multa ex Paulo adnotare, praesertim vt videat Christianus lector, quam parum con ueniat aduersarijs cum Paulo, quem libenter ha bent in ore, quamque dissimilia ab eo doceant. Audiunt a Christo neminem vt cunque credat, regno bto potiturum, nisi idem voluntatem pa tris faciat. Audiunt rursus a Paulo, quid facto opus sit homini, vt regno illo potiatur: & aduer sarij agunt sed occulte, vt legis faciendae nunquam

Matth. 7

1. Thes. 4

DE IUSTIFIC.

meminerint homines, sed ferantur pro sua quisque libidine, sed credant tantum promissionem sibi haud defutam, ut cuncti uiuant. Quorum autem spectabat, ut Christus, Petrus, Paulus & alij in apostolicam functionem acciti, Christiani hominis vitam & mores instituerent, ut formas eis viuendi praescriberent, si non deberent stare, sed tantum credere, legibus.

¶ Porro quod memorant ex Paulo: Si ex lege esset hereditas, inanis esset fides, abolita promissio, nihil iuuat eorum institutum. Nam hoc de uere lege dictum esse nemo, modo sit ille alicuius acuminis, ex ijs quae praecedunt, quae sequuntur, non uidet. Sed sic libet aduersarijs pro suis capitibus torquere scripturas, ut aliquam nugae suae faciem habeant. Hoc dicto itaque apostolus Galatis tantum indicatum uoluit: Si sine Christo uetus lex iustificare & saluare potuisset, frustra uenit Christus, & quod prouerbio dicitur, ex arena funiculum nexuit. Quocirca idem apostolus scribens Corinthijs legem bipariam dissecuit, in legem Mosi, & in legem Christi. Cum essem liber ab omnibus, inquit, omnium me seruum feci, ut plures lucrificarem: Et factus sum Iudaeis, tanquam Iudaeus, ut Iudaeos lucrificarem: his qui sub lege sunt quasi sub lege essem, cum ipse non essem sub lege ut eos qui sub lege erant lucrificarem. His qui sine lege erant, quasi sine lege essem, cum sine dei lege non essem, sed in lege essem Christi. Et alio loco dicit se per legem Christi Mosaeicae legi esse mortuum, quodque ista paedagogus fuerit ad Christi legem accipiendam nihil ad perfectum perduxerit. Quorum haec ingent hic aduersarij, de lege tanta multa. Ut ipsi discant legem le-

1 Corin. 7

Galat. 3.

gi nō cōmiscere, hoc est, ne qđ ad nouā legē spectat, ad veterē, et e diuerso, qđ ad veterē, ad nouā referāt. Sed hmōi fere est anius ineptire volentis.

¶ Aduersarij

¶ Cum autem iustificatio contingat p gratuitam promissionem, sequitur quod non possumus nos ipsi iustificare. Alioq quorsum opus erat promittere. Cūq̄ promissio nō possit accipi nisi fide, Euāgeliū quod est proprie promissio remis. pctōrū & iustificationis propter Christum, prædicat iustitiam fidei in Christum, quā nō docet lex, neq; hęc est iustitia legis: lex em̄ requirit a nobis opera & perfectionē nostram. Sed promissio offert nobis oppressis peccato & morte gratis recōciliationē propter Christum, quę non accipitur opibus, sed sola fide. Hęc fides non adfert ad deū fiduciā priorū meritorū, sed tm̄ fiduciā promissionis, seu promissæ miæ in Christo. Hęc igitur fides specialis qua credit vnusquisque sibi remitti peccata, ppter Christum & deum placatum & propitiū esse propter Christum, consequitur remissionem peccatorum & iustificat nos. Et quia in poenitentia, hoc est, in terroribus consolatur & erigit corda, regenerat nos

DE IUSTIFIC.

& affert spiritum sanctum, vt deinde legem dei facere, videlicet diligere deum, vere timere deum, obedire deo, possimus.

¶ Responſio catholica

¶ Miror hic antagoniſtarum aſtutiam, vaſſiciem & dolum. Tam enim ſunt hæc callide tam aſtute conſarcita, vt vel Oedipo imponant. Bene autem habet, quod ſcripturam non habet qua ſira communiant, ſicut & vbique fere non habet niſi pro ſuo capite detortam. Porro nouuſhic aures noſtras verberat iuſtificationis modus, nouū euangelium, noua lex, noua fides iam olim & nara & edita, noua deniq; omnia, quæ vt fidem facerent lectori cum ſcripturis, tum prodigijs erant roboranda. Nihilominus non aliter ea ingerunt quam ſi vt oracula ſuſpicere eſſet operæ precium. Sed age, explicemus Silenum. Quod itaq; primū aſſumunt, nempe per ſolam gratuitam promiſſionem abſq; vllis noſtris operibus iuſtificari hominem, a veritate eſt alieniſſimum, quia Chriſti verbis haudquaquam quadrat. Dicant nobis quibus peccatorum remiſſio, iuſtificationis & ſalus ſit promiſſa. Num ſolis credentibus? Si iſtis tantum facta eſt remiſſionis peccatorum, iuſtificationis, & ſalutis promiſſio, non eſt quod vllum vnquā animæ timeant interitum. Vt enim deus ſemper vnus eſt, ita & verbum ſuum nūquam retractat. Atqui exploratum eſt periſſe multos, qui crediderunt quidem omnia. Quæ autem fuit perditionis cauſa? Non alia, quam quod cum crederēt fidei ſuæ nullam in operibus expreſſerunt imagi

nem. Necessarium igitur ut fidei sit ad copulata mandatorum obseruantia, si quis inde sperare velit iustificationis & salutis fructum. Quæ admodum enim suapte sponte deum offendit homo, ita eum non placat sine suo ipsius bono opere. Non stat igitur, quod per solam gratuitam promissionem absque opere homo in gratiam recipiatur ac iustificetur.

¶ Si nos ipsi nos, inquit, iustificare possumus, quid opus erat promissione? Haud difficile est ad hæc respondere. Siquidem promissionem propitiationis poenitentibus summopere esse necessariam, quis nescit? Nam nemo fructuosam aut salubrem agit poenitentiam, nisi eam in spe veniæ agat. Poenituit quidem Iudam, ut refert Matthæus, perpetrati facinoris sed quia animam desponderat, id est, spem veniæ non habuerat, in suo scelere periit. Spe autem veniæ poenitens peccator vacaret, si peccatorum remissionem de poenitentibus non promississet. Huc igitur opus erat promissione.

¶ Non minus a vero diffidet, quod sæpe contendant aduersarij, sola fide contingere remissionem. At toties eisdem ineptijs respondere, quoties obijciuntur tametsi graue sit & facultatem superet tenuioris ingenij, haud quaquam tamen omnittendum erit omnino, ne ipsi in sinu gaudeant de Marte vixdum auspicato. Quod itaque sola fide nemi peccatum condonetur, palam est, Nam quod non tantum credenti, sed poenitenti, sed præceptis diuinis parenti, peccatorum fiat remissio præter alia quæ diximus, docet illud Ezechielis: Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis et fecerit iudicium & iustitiam, &c. Et illud Christi

Promissio propitiationis necessar. valde. Matt. 27.

Fides est poenitentia meret remiss. pecc. Ezech. 18

Matth. 4 apud Matthæū: Pœnitentiã agite & appropin-
 quabit regnū cœlorū. Et rursus illud: Si vis ad vi-
 tam ingredi, serua mandata. Si nō est alius ad vi-
 tam & ad regnum cœlorum, quam per pœniten-
 tiam & mandatorum obseruantia, aditus, vt ve-
 re non est: errant ergo quotquot falso sibi remissi-
 onē peccatorū & salutē ad solā fidē repromittūt.

Euangeli-
 um mul-
 ta com-
 plectitur

¶ Nec minus a veritate discrepat, quod volūt
 antagoniste, euangelium Christi tantum promissio-
 nem esse. Nam vt iam ostendimus, euangeliū
 Christi, non solum promittit remissionem pecca-
 torum & in Christum fidem & beatitudinem,
 verum etiam docet quid nobis, vt promissionis
 efficiamur participes, faciendum sit. Docet præ-
 rea pœnitentiã, docet mandatorum dei obser-
 uantiã, docet corporum castigationem, miseri-
 cordiam, humiliationem, obedientiã, & innume-
 ra alia, quæ longissimo a promissione distant in-
 teruallo. Neq; vero habet euangelium ab etymo-
 logia vt promissionem significet, nam bonū nū-
 tium interpretatur, quod etiamnum a promissio-
 ne multum discrepat. Ausim quoq; dicere ante
 aduersarios neminem catholicorum cogitasse q-
 dem, vt euangelium tantum promissionem dice-
 ret. Sed ad temerarias inuentiones plus satis illi
 sibi indulgent.

Lex do-
 cet iustiti-
 am fidei
 in Chri-
 m.

¶ Similiter repugnat veritati, quod docent ad-
 uersarij, legem non docere iustitiã fidei in Chri-
 stum: Quo circa aduertendum, quãtum pertinet
 ad legem Mosi, quod tametsi non tam palã sed
 sub inuolucris ac ænigmatibus iustitiã fidei in
 Christum doceat, inculcat nihilominus opa no-
 stra nō esse accepta sine fide in deum. Quod si in

deum, ergo & in Christum, qui vtiq; deus est.
 Lex autem Christi luce clarius iustitiam fidei docet, quod nemo nescit. Docet enim quod qui poenitentiam agunt, per Christum iustificent. Quot quot igitur tam sub vetere lege, quam sub noua salui facti sunt, in fide Chri salui facti sūt, illi vt legi obedierūt, isti vt fecerunt, quæ iussit Chrus. Errant igitur aduersarij vel in hac parte.

¶ Quod nunc addunt, legem ab hominibus opera & perfectionem requirere, certo certius est, & tanquam quod e catholica officina prodierit amplectimur. Requirit, inquam, lex opera nostra & perfectionem: quam quia a nobis ipsis ipsi habere non possumus, affluenter offert nobis gratiam suam, qua possimus, modo ipsi nobis non desimus, hoc est, vt gratiam oblatam iustis desiderijs imploremus. Et tam gratuito offert, vt eam de condigno nemo mereri possit, quod superius nobis longiori filo diductum est. Quod si a deo gratiam non obtineamus, omnia nostra studia, omnia opa, erunt inania. Si accipiamus vero, accepta erunt deo & meritoria. Et nemo bene Christianus est, qui ita proprijs confidit viribus, suisq; operibus, vt gratiam dei, vt Christi meritum, excludat.

¶ Poro nunc faciunt nos aduersarij vel attemptissimos, cum specialis fidei nomenclaturam ingerunt. Hæc igitur inquit fides specialis, qua credit vnusquisque sibi remitti peccata, consequitur remissionem peccatorum. Videtur ex hoc apud aduersarios nouum esse CHRISTVM, nouum euangelium, nouam ecclesiam, nouam fidem, nouam promissionē, noua de

Lex requirit opera nostra & perfectionem

Fides specialis Lutherano- rum

DE IUSTIFIC.

nique omnia, quæ nescierunt apostoli, & post apostolos vicaria sanctorum successio, quorum sacra fides indefinenter hucusque ad nos per bonos viros ceu per canales deriuat.

Quod si hanc specialem fidem, quam isti efferunt agnouissent, aliquod certe eius vestigium in scriptis illorum esset reliquum, vt non esset aduersarij operæ precium eius notiõem postliminio, ceu e specu eruere. Audio Paulo vnus fidei reuelatam notionem, audio etiam alios apostolos fidei facere mentionem, sed nullam audio specialem fidem. Verum enimvero fides ista, quam docent aduersarij, prorsus specialis est, meretur enim, vt ipsi volunt, & si placet deo, remissionem peccatorum. Quod non meretur communis omnium Christianorum fides, quam Christus noster, nostrique docuerunt apostoli, quæ vult, vt sibi adco- puletur etiamnum pro peccatis poenitentia, vt ad promerendam remissionem peccatorum multo sit efficaciss. Videor mihi subodorare, quorum aduersarij nouæ istius & specialis fidei nomenclaturam excogitauerint, idque sine ratione, sine scriptura. Sed non dicam, nisi vt sibi magis indulgeant, complicibusque liberius viuendi frenum relaxent. Tantum de speciali illorum fide.

**Luthera
ni parum
sibi con-
stant**

¶ Nunc videat hic Christianus lector, quam nihil sibi consent aduersarij, quamque parum ista quæ hic dicunt, cum ijs, quæ quinto Confessionis suæ articulo consententur, quadrent. In Confessione dicunt, ad hanc fidem recipiendam institutum esse ministerium porrigendi sacramenta. Nam per verbum & sacramenta tanquam per instrumenta, donatur spiritus sanctus qui fidem

efficit, vbi & quando visum est deo, in his q̄ au-
diunt euangelium. Hic contra dicunt, hanc fidē
afferre spiritum sanctum. Quæ magis inter se pu-
gnant, quam ista duo ē Spiritus sanctus efficit fi-
dem, et: hæc fides affert spiritum sanctum? Quā
dudum est, quod dicebant, nos nunquam facere
legem? iam hic dicunt per fidem afferri spiritum
sc̄m, vt deinde legē facere possimus. Illic dicunt,
nunquam facimus legem, hic vt facere possim?
Qui facit legem & habet spiritum sanctum, vti-
que vnquam legem facit: sed ipsi dicunt nunquā
facimus. Vbi est acumen eorum? Crebro inge-
runt, nullam esse informem fidem, hoc est, nullā
esse fidem, quæ nō habeat charitatem adnexam,
hic suis ipsorum immemores, dicunt hanc specia-
lem fidem tandem spiritum sanctum afferre, vt
deinde legem faciant, videlicet diligere deū, &c.
possint. Si post fidem datur dilectio, manifestum
est quod fides prius, quam diligerent, erat infor-
mis: hoc est, sine charitate. In tam clara luce of-
fenderunt. Sed quid mirum, si errent, si ipsi sibi nō
constent, si in meridiano sole vt in tenebris palpi-
tent, qui fidem catholicā, qui ecclesiastica sa-
cramenta, qui sacros ecclesiæ ritus & ordinatio-
nes, impudenter & perfricta fronte ausi sunt cō-
taminare? Videt hic qui vel modicum habet lu-
minis, quam turpiter ipsi sese traducant sine vl-
lo nostro adiumento, verum id nūc magis ma-
gisque elucescet.

O sapien-
tes hoies.

Capiun-
tur hic ite-
rum Lu-
therani.

¶ Aduersarij

¶ Ita fides quæ gratis accipit remissio-
nem peccatorum, quia opponit mediato

DE IVSTIFIC.

zem & propitiatorem Christum iræ dei
non opponit nostra merita, aut dilectio-
nem nostrā, quæ fides est cognitio Chris-
sti, & vitur beneficijs Christi, & regenerat
corda, & præcedit legis impletionem. Et
de hac fide nulla syllaba extat in doctrina
aduersariorum nostrorum.

Acumen
disidera-
tur in Lu-
theranis.

¶ Responsio catholica.

¶ Isti dicunt fidem præcedere legis impletionem
& Paulus dicit plenitudinem siue impletionem
legis esse dilectionem. Relinquitur ergo fidem
charitatis esse antambulonem, & stat rursus
nostrum propositum, videlicet quod sit & infor-
mis fides, utpote quæ charitatem non habet an-
nexam. Putabam aduersarios doctioris fuisse
Mineræ, magisq; lynceos, quam ut ipsi nobis
gladium darent, quo cõfoderentur. Si vero quod
ipsi confitentur, fides legis impletionem, id est,
charitatem præcedit, quantumuis etiamnum in-
saniant, est aliquando fides sine charitate. Quem
admodum autem vno tempore fidem sine cha-
ritate esse compertum est, ita & alio tempore po-
test esse sola. Neque statim post peccatum desi-
nit in peccatore fides, imo ut resurgere possit a la-
psu, manet in eo integra. Sed hæc alias commodi-
orem habebunt locum.

Fides q̄
sequitur
legis im-
pletiõem

¶ Nam quod dicunt, fidem veram esse cog-
nitionem Christi, e sacro catholicæ ecclesiæ penu
deprompserunt, & de hoc vtriusq; conuenit. Item
hanc, si modo Christi beneficijs bene vtatur, cor

da regenerare, ac legis præcedere impletionē, nō negamus, sed probamus, sed vt nobis peculiare exosculamur. Doctrina enim catholica est, fidem veram esse cognitionem Christi, tamen si cognoscentes Christum cognitū, vt oporteret non diligunt, non obseruant, non suspiciunt. Hanc in quā fidem, non dubitant legis impletionem præcedere, quod sciant eam in peccatoribus informem esse. Quæ, si Christi beneficijs, hoc est supernaturali illustratione, diuinæq; inspiratione & vocatione bene vsa fuerit, proculdubio per veram pœnitentiā deo hominem regenerat. Præcedit autem, vt diximus, legis impletionem, id est, charitatem aut dilectionem, quam vbi in deo fuit, legem Christi implet: si autem, temerat. Quis putauisset aduersarios tā strēnue pro nobis militaturos?

¶ Proinde vbi persuaserunt sibi aliquā magnam nobis ex ijs, quæ commentati sunt falso aduersum nos, inuisse maculam, tum demum concludunt. De hac fide, inquiunt, nulla syllaba extat in doctrina aduersariorum nostrorum. Proinde repræhendimus aduersarios, quod tantum tradunt iustitiam legis, non tradunt iustitiam euāgelij, quod prædicat iustitiam fidei in Christū. Dignū plane patella operculū, vt em̄ telam suam a calumnia exorsi sunt, ita & a calumnia decidunt. Cum dicunt: de hac fide nulla syllaba extat in doctrina aduersariorum, aut de fide communi, hoc est, de fide in CHRISTVM accipi volunt, aut certe de speciali sua fide, quam ipsi multis nominibus efferunt. Si hoc modo accipiunt, aduimus prorsus, sed hac ratione ipsi sese insimulant hæreseos. Nam quos aduersarios

Calūnia.

DE IUSTIFIC.

vocant, doctores scholasticos & Catholicos putant, qui fortiter ecclesiæ dei partes tuentur. Quod si ut ipsi dicunt, ne vna quidem syllaba de hac fide sua in eorū scriptis extat, alteri nobis admittat necesse est, vel vniuersalem ecclesiam annos abhinc quadringentos in fide errasse, vel sese tota, quod dicitur, via errare. Compertissimum autē est prædictos Theologos ne ad latum quidem vnguem ab vniuersalis ecclesiæ sententia variasse, id quod nec ipsi inficias ire possunt. Si vero accipiant ut de communi fide in Christum nulla in doctrina illorum extet syllaba, mentiuntur plane turpiter. Nemo enim ignorat, quā multa de fide Christi scripserint: & si negent aduersarij, res ipsa tamen id clamat. Sed de hac speciali fide, quæ iam annos plus minus viginti apud Vuittembergam nata est, ingenue fatemur, mirum est apud eos silentium. Quid enim de ea re dicerent, quam nequā ab apostolis nequā ab ipso Christo accepisset. Constat igitur vel aduersarios, vel vniuersalem ecclesiam recentioris istius fidei causa errare plurimum. Illi, quod nouam fidem ac specialem munito ingerunt, ista quod non vult nouæ fidei deferre & suo honore prosequi. Sed ecclesia ut Christi testimonio, in his quæ ad fidem, factaque religionis pertinent obseruantiam errare non potest, ita nullius nouæ ac specialis fidei doctrinam admittit, sed suo semper per spiritum sanctum stat iudicio.

¶ Nunc aduersarij consequenter aliam in fidem catholicam moliuntur irruptionem. Compertum enim habent hæcenus infirmos atque elumbes fuisse arietes. Meditantur autem nunc irruptionem ex fidei ipsius natura, non minus mediocriter quam priores

machinas extruxerunt. Nam vt haecenus catho-
licis viris exprobrarunt, quod doceant hominem
sua ipsius virtute sine spiritus sancti gratia posse
mandata seruare, ita nunc quoque vt fallant sim-
plices quosque, nugantur aduersarios suos, ortho-
doxos puta doctores, fingere, fidem solum histo-
riae esse notitiam, quodque simul cum peccato
mortali possit esse.

¶ Aduersarij.

¶ Aduersarij tantum fingunt fidē esse no-
titiam historiae, ideoq; docent eam cum Menda-
cium.
peccato mortali posse existere. Nihil igit
loquuntur de fide qua Paulus toties dicit
homines iustificari, quia qui reputantur
iusti coram deo non versantur in peccato
mortali. Sed illa fides, quae iustificat, nō est
tantum notitia historiae, sed est assentiri
promissioni dei, in qua gratis ppter Chri-
stum offertur remissio peccatorum & iu-
stificatio.

¶ Catholica responsio.

¶ Quod dicunt, catholicis fidem tantum histo-
riae notitiam esse mendacium est, & haud scio an
hoc mendacium esse possit apertius, quod nemo fe-
re nescit, qui vel tenuiter illorum scripta introspe-
xit. Ipsi Catholicae fidei nostrae antagonista ha-
bent persuasissimum, fidem simul cum peccato
mortali & nunquam informem esse posse, cui

Menda-
cij arguū
tur Luthe-
rani.

DE IVSTIFIC.

ctu basi inhaerent mordicus. Hic igitur opère præcium fuerit demonstrare fidem in peccatore manentem informem, & virtutem esse, quod omnino nolunt aduersarij.

Fide intellectus illustratur.

Heb. 11.

Roma. 1.

Fides informis quam sit efficax.

¶ Fidem esse donū dei, quo intellectus illustratur roboraturque, vt ea, quæ naturalem rationis captum superat agnoscat, & absq; vlla hæsitati one credat, neminem puto latere, præsertim cum dicat ad Hæbræos apostolus, fidem substantiam esse rerum sperandarū, argumentum non apparentium. Contingit autē & haud raro vsu venit, vt illuminato in homine intellectu, nō s̄que mox inflammetur etiam affectus, hoc est, q̄ cognoscit deum, idē vt teneretur, eū statim etiam non diligit, non obseruat, neq; colit. Hinc de his qui seculo sapiebant, dicebat Paulus: Cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Quemadmodum autem isti naturali ratione ex creaturis deum cognoscebant, quæ tamen vt debebant, non diligebant: ita & multi Christiani diuino fidei munere adradiati, cognoscunt deū, cognoscūt diuinā volūtātē, & tā fortiter fide stant, vt malint vel corporis iacturā facere, quam transuersum digitum a catholice fidei norma discedere. Qui tamē vt oporteret, deū non diligunt neque mandatis eius obsequuntur. Habent quidem fidem, qua quæ naturalem intellectus facultatem excedunt, sine quauis ambiguitate credunt, vacant nihilominus in deum dilectione, & gr̄a gratū faciente, & sæpē numero præcepta eius præuaricantes, peccatis sunt ceu ceno inuoluti. In istis igitur fides est sed informis, quia dilectionem, quæ forma est & virtutū spe-

etialis quædam vita, non habent. Vnde & hanc fidem Iacobus dicebat esse mortuam.

¶ Præterea vt in lib. de prædest. sanct. testatur Augustinus: Credere est cum assensione cogitare. Cui adeo subscribit Lutherus vt in Actis suis, fidem nihil aliud esse dicat, q̄ illud quod promittit deus aut dicit, credere. Evidentissimum vero est pleroseq̄ multos similitatem secti in corde gestare, alios etiam raptim viuere, alios adulterio diffluere, qui nonnunquam tñ fidei articulos cū mentis assensione volunt atq̄ reuoluunt, neq̄ hæret animo, an vera sint, quæ deus aut dixit aut promissit, vel quod dicunt aduersarij, diuinæ assentiuntur promissioi. Si igitur, vt inquit Augustinus, credere est cū assensione cogitare, si, quod ipse ait Lutherus, fides est, quod dicit, quodq̄ promittit deus, tantū credere, imo si, vt ipsi hic dicunt aduersarij, fides est solum assensio ad diuinam voluntatem, erunt certe multi suis peccatis immerfi, qui credent omnia; sed ob hoc solū nihilo erūt meliores, nisi fidei etiā adiungāt alia sua monilia. Credunt enim vt refert Iacobus, dæmones & contremiscūt. Relinquitur igitur, mō velint sibi cōstare aduersarij, fidem in pctōribus existere informem.

¶ Adhæc vt idem inquit Augustinus, nihil est homini certius sua fide. Et in eius quoq̄ sententiam fere it Lutherus articulo 14. dicens: fidem in corde certissime sentiri posse, si quis eam habeat. Quare si nunquam fides charitate vacat, perspicuum est nihil esse homini certius, quam quod in charitate sit. Sed id ita haud multum quadrat scripturæ dicenti in Ecclesiaste: Sunt iusti atq̄ sapientes et opa eorū in manu dei sunt, et nescit hō vtrū

Augusti.
Fides qd
sit Luthe
ro.

Iaco. 2.

Nō nescit
vtrum
in charita
te sit.
Eccls. 9.

DE IVSTIFIC.

odio an amore dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Hic si scripturæ credunt aduersarij, confiteri coguntur nescire hominem aliqui fidelem an in charitate sit. Quando igitur tradunt fidem certissime in corde credentis sentiri posse, velint nolint relinquere debent nobis, fidem aliquando sine charitate, hoc est, informem esse in peccatoribus.

**Virtus si
ne vicio
non perit**

¶ Adde prædictis, virtutis habitum non nisi per oppositum viciū interire posse, vtpote iustitiam obruitur in iniustitia, prudentiam dementat stultitia, temperantiam vincit intemperantia.

Virtus enim simul cum vicio nequit coalescere: & vt alterum in alterius vergit perniciem, ita si dei habitum non tollit nisi incredulitas. Quantū libet igitur peccet, qui credit, nisi in hæresim decidat aut in incredulitatē, fidei tamen habitum non amittit, Charitatem tamē cæterarum virtutum ornamentum perdit. Stat ergo rursus nostra sententia, quod sicut cæteræ virtutes, sic & fides quoque informis in peccatoribus manet. Alioqui, quod vel dictū est absurdissimum, omnis peccato mortali obnoxius, non solum hæreticus, sed et infidelis censeretur.

**Fides salu-
tis nræ
basis.**

¶ Nam si per quoduis peccatum mortale fidei lumen ex homine radicitus extirpatur, profecto omnis peccatori spes reuertendi erit adempta, potissimum cum fides, vt Paulus dicit, & nos supra testati sumus, conuersionis nostræ, iustificatiōis & salutis basis sit & initium. Qua qui vacat, neque timet, neque sperat, neque amat & nullum prorsus metuit supplicium. Cur ita? Quia non credit esse deum, mortuorum resurrectionem cense-

impossibilem, & omnia quæ fide catholici amplectuntur, siculis gerris æstimat inaniora, Deus igitur vt semp̄ est beneficentissimus, et nullius cupit interitum, sed magis vt conuertatur & viuatur noluit salutis hoc seminarium in homine extinctum iri, ne ad salutem redeundi non pateret ostium. Hinc facit homini & viuendi copiam, hinc est quod expectat patienter peccatoris pœnitentiam, vt tandem conuersus fidei suæ fructum percipiat.

¶ Proinde quod nemo negat, dona dei mera bonitate eius concessa, in peccatoribus remanent. Hinc enumerat Paulus Corinthiis quæ quisq; donaria ab optimo Max. deo accepisset, dicens: Alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij vero sermo scientiæ, alteri fides in eodem spiritu, alteri gratia sanitarum in vno spiritu, & alia aliorum dona, quibus qui recte vtitur & suæ ipsius & aliorum saluti consulit. Sed manifestum est hæc apostolū non de donis gratumfacientibus, sed de donis gratis datis intellexisse. Prophetauit enim Balaam, prophetauit et Caiphas, vterq; in deū impius. Sunt nunc multi qui e suggestu valent plurimum, domi lupas fouent, de quibus dicit Christus. Dicunt & non faciunt. Quemadmodum igitur ista dona iustis simul atque iniustis sunt communia, ita & fides vtriusque communis est, quandoquidem cum illis etiam connumeratur.

¶ Forte erit qui dicat Paulum hoc loco singulorum peculiaria recensuisse dona, haud quam omnibus in vniuersum communia, fidem vero omnibus ecclesiæ membris communem esse, nullumq; de corpore ecclesiæ censeri debere, q̄

Dona dei
manent
etiam in
peccato-
ribus.
1. Cori. 12.

Matt. 23

DE IUSTIFIC.

fide vacet saltem vel informi, & re ipsa infidelem foris vt alienum stare. Bene quidem hic mouetur, nec ego inficias iuero hæc ita esse. Si autem ita est, vt vtrisque conuenit, oportet plane illam tam excellentem fidem prodigiorum claritate insignem, alijs donis gratiæ gratis datæ ad numerare, & vt illa priora dona, ita & fidem in peccatore posse consistere. Nam quod illa tam excellens fides quæ prodigijs claret, simul in peccatore esse possit docemur ex ipsis Christi verbis.

Matth. 7

Multi dicent mihi, inquit in illa die: Domine, domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & cæt. qui nisi credidissent in Christum, nullam poterant in nomine eius virtutem facere: & iidem tamen audient: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Sequitur ergo fidem illorum informem esse, & non venient ad præmium fidei, autor est Cyprianus, qui fidem nolunt seruare mandati.

Cypri. de
simplic.
præl.

Iohann. 2

¶ Haud absimilem habebant fidem illi de quibus Iohannes sic refert: Multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis: Et maiorem illi fortasse, de quibus idem dicit: Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, vt e synagoga non eijcerentur. Dillexerunt enim gloriam hominum magis quam dei. Credunt certe isti & diligunt, sed deum minus, magis leuem hominum auram.

Iohan, 12

¶ Videas quoque frequenter auaros, super-

bos, ebriosos, adulteros & alias id genus hominum feces, tanta pertinacia pro sua fide quam a maternis vberibus exuxerunt, decertare, vt malint & sui corporis & honorum iacturam facere, quam ad latum culmum ab ea deficere. Habent & isti fidem sed in formem sed charitate vacua. Quid necesse est pluribus chartas redimere papyraceas, cum in plerisque multis fidem videas tam frequenter informem, vt qui hoc negatum abeat, neque scripturis, neque ipse sibi hoc experto credat.

¶ Augustinus quoque manifeste docet per fidem impetrari gratiam iustificantem, quod nunquam nobis crederent aduersarij. Nam iniustus, vt respiscant, sic consulit: Confugiant, inquit, per fidem ad iustificantem gratiam, & per donum spiritus suauitate iustitiae delectati, poenam literae minantis euadant. Constat hanc fidem, qua perurgeret iniustos gratiam quaerere, informem esse. Alioqui si formata erat, quid opus fuit iustis. (illa enim formata fides iustificat) quaerere quod iam essent consecuti?

¶ Rursus idem: Ideo inquit, per legem ostendit homini infirmitatem suam deus, vt ad eius misericordiam per fidem confugiens sanetur. Hic secundo iam perspicuum est grauius peccatorum vulneribus saucium formata vacare fide, quam si haberet, iam olim peccatorum obductae essent cicatrices.

¶ Idem quoque libro eodem manifestius haec nostra confirmat. Nulli, inquit, dubium est eam fidem ab APOSTOLO

Malifidem habet, sed informem,

Aug. lib. de spi. & lit. cap. 19

libr. eodē

libr. eodē capit. 11.

DE IUSTIFIC.

comēdari, qua creditur deo. Sed adhuc est aliquid
 ad discernendum, quoniam illi qui sub lege sunt,
 & timore pœnæ iustitiam suam facere conātur,
 & ideo non faciunt dei iustitiam, quia charitas
 eam facit, qua non libet nisi quod licet. Non timor
 qui cogitur in opere habere, quod licet, cum
 aliud habeat in voluntate qua mallet, si fieri pos-
 set, licere quod non licet. (Audi nunc quid pro no-
 bis dicat.) Et illi ergo credunt deo, nam si omni-
 no non crederent, nec pœnam legis vtique formi-
 darent. Sed non hanc fidem commendat aposto-
 lus, qui dicit: Non enim accepistis spiritum serui-
 tutis iterum in timore, sed accepistis spiritū ad-
 optionis filiorum, in quo clamamus: Abba pa-
 ter. Timor ergo ille servilis est, & ideo quamuis
 in illo domino credatur, non tantum iustitia dili-
 gitur sed damnatio timeretur. Filij vero clamant:
 Abba pater. Quarū duarū vocum vna ex circun-
 cisione, altera a præputio, Iudæi primum & Gre-
 ci, quoniam vnus est deus, qui iustificat circunci-
 sionem ex fide, & præputium per fidem. (Atten-
 de hic verborum ænergiam.) Cum autem cla-
 mant, aliquid petunt, & quid petunt? nisi quod
 esuriunt & sitiunt. Et hoc quid, nisi quod de illis
 dictum est: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā,
 quoniam ipsi saturabuntur. Huc ergo transeant
 qui sub lege sunt, vt ex seruis filij fiant, nec tamē
 sic vt serui esse desistant, sed vt tanquam filij do-
 mino & patri liberaliter seruiant. Quia & hoc
 acceperunt. Dedit enim potestatem ille vnicus fi-
 lios dei fieri credentibus in nomine eius, eosq; ad-
 monuit petere, quærere, pulsare, vt accipiant &
 inueniant & aperiatur eis, addens increpationem

Roma. 8

Matth. 5.

& dicens: Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, & cæt. Quis est tam nullius ingenij, qui ex his, quæ cum labore, sed libenter ex hoc beato patre Augustino adnotauimus non intelligat eum fidem bifariam diuidere, vt altera formata sit altera informis, & per hanc docere, vt gratiam quærat peccator, qua accepta fides haud dubie formatur & peccator iustificatur.

¶ Quid est quod tantopere laboramus vt fidem in hominibus demonstremus aliquando esse informem, cum & nostri antagonistæ nescij idē confiteantur, quod omni modo negatum percipiebant. Nam sic habent in Apologia.

¶ Semper statuere debemus, quod propter Christum habeamus placatum deū, etiam si nos indigni simus. Et mox: Semper statuendum est, qd fide propter Christum iusti reputemur.

¶ Docent hic aduersarij suos, vt Pharisæum induant supercilium, & se iustos arbitrentur ex tenui fidei facie, quum tamē eorum magna pars voluptatibus & delicijs Sardanapalum, habendi desiderio Midam, voracitate Epicurum, superent. Sed qua fide possunt isti semper credere, qd deum habeant pacatum, quum fidem non habeant charitate formatam, quum interim nihil ad laborent, quo correctiorem vitam viuant. Quo modo dicit quis, quoniam diligo deum, cuius mā data non obseruat. Inanis plane est ista aduersariorum iactantia, inanes sunt qui iustitiam sibi ar-

Fiducia
Luthera.
inanis.

DE IVSTIFIC.

rogāt, nisi præstent, quod audire volunt. Sed istos quis putet fidem habere formatam, cum extra ecclesiam constitutis ne informis quidem salutaris sit. Istos relinquamus suæ philautiæ. Non possunt facinorosi deum habere pacatum, qui indigni sunt, quibus placatus sit deus, neque corā deo iusti reputari possunt propter fidem in Christum, nisi fides illa charitate sit formata. Quod si ea fide carent, sequitur eos quum in Christum credunt & quadantenus Christiani sunt, fidem informem habere. Statuunt ergo aduersarij sed nescij, quod dirutum volebant. Quantum autem habeat hæc illorum sententia virium, mox commodum dixerō. Nunc magis nostræ sententiæ accedunt.

¶ Aduersarij.

¶ Sentire oportet de Ch̄so quod apud ipsum sit querenda remissio peccatorum. Et Quærere apud ipsum remissionem peccatorum est summus cultus Christi. Porro sic de Christo sentire, est vere credere.

¶ Respon. Catholica

¶ Luce clarius est, multos, qui tamen nihil minus male viuunt, credere remissionem peccatorum a Christo contingere & ab hoc solo quærendam esse: & quidem quærere remissionem peccatorum, qui tamen quæstionis suæ non fiunt cōpotes. Nam eo pacto, quo oportebat, non quærunt. Sed dum petunt, dum quærunt remissionem peccatorum, palam est, eos non habere remissionem peccatorum. Frustra enim quæritur, quod iā possidetur. Quando autem non habent remissionem

peccatorum, non possunt iam deo placati esse, neque possunt iusti nuncupari. Quando ergo quaerunt remissionem peccatorum, quam non habent necessario relinquunt eos per fidem informem necdum charitate redimitam remissionem peccatorum quaerere. Nam si haberent charitatem fidei annexam, nihil opus esset alia quaesitione amicis dei. Non est ergo quod negent aduersarii, fidem unquam in fideli informem esse, maxime cum ipsi eisdem nescij dicant, idcirco non hoc loco tantum sed & sequenti non minus aperte.

¶ Aduersarii.

¶ Fides antecedit dilectionem. Imo non timemus, inquiunt, deum, non diligimus deum, nisi prius iustificemur per fidem. Postquam autem iustificati & renati sumus, incipimus deum diligere.

¶ Cathol. Responsio.

¶ Hic palam confitetur, fidem primum in homine creati, deinde charitatem. Quis hic non videat fidem, cum adhuc in homine sine charitate est, informem esse? Rursus quod posset insipienti dici quod isti dicunt, nempe fidem charitate vacuam posse iustificare, quasi ista fides cogat deum, ut inimicum & osorem suum debeat iustificare, multis modis male de se meritum. De fide informi hactenus, nunc videamus an ea etiam virtutis ullam habeat speciem.

¶ An informis ista fides vera virtus et vera fides sit, dubitatum est ab aliquibus.

¶ Ut hunc nodum soluamus scitu dignissimum est, virtutem a Theologis bifariam accipi, primum proprie, deinde communiter. Primo modo accepta

Virtus bifariam dicitur.

DE IVSTIFIC.

**Augusti
nus.**

est recta ratio in finem perducēs. Huic suffragat Augustinus dicens: Virtus est bona qualitas mētis qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quam deus solus in homine operatur. Hoc modo virtus bene merendi initium est, & de solo habitu gratia, hoc est, charitate formato dicitur, qua sine vltimo fine æterna scilicet gloria nemo perfruetur. Si hoc modo virtutem accipias, iam informis fides virtus non erit. Credere enim mystica quædam est intellectus operatio suapte sponte primæ veritati assentientis. Porro vt ista intellectus operatio vndiquaque absoluta sit, duo potissimum requiruntur. Alterum vt intellectus sine vlla duplicitate tendat in suum bonum, id est, verum, quo non est aliud melius. Alterum vt adlaboret in vltimum finem, cuius intuitu ipsa voluntas vero assentit, principio recogitans patrem deum vt maximum ita & optimum vel ob hoc solum coæternum sibi misisse filium, vt omnes qui credunt in eum, non pereant, sed habeant vitam æternam. Vtrunque in actu fidei formatæ reperitur. Nam solius fidei ratione est, quod intellectus tanto studio in ipsum verum bonum agitur. Fidei enim, eo quod infallibili innititur veritati, nihil potest subesse falsitatis. Ratione vero charitatis, quæ primum est fidei ornamentum, efficaciter tendit credentis voluntas ad vltimum finem gloriæ scilicet perpetuæ. Hoc pacto vera virtus est fides formata, at informis non item.

**Fides vt
sit absolu
ta duo re
quit.**

Iohann.;

**Secdo quō
accipiāt
virtus,**

¶ Alio modo accipitur virtus communiter pro ipso habitu vim atque animi potentiam ap-

titate, dirigente confortanteque, ad arduum aliquid opus & factu difficile, quod tamen ad finem ultimum non possit perducere. Quam ob rem tam & si hac ratione aptitudo illa siue habitus sit moralis aut si maior, politicus, dicitur tamen & est virtus, siquidem eum in quo est, moraliter instigat atque ceu calcario perurget, ut recte agat. Sic cum qui iustitiae habitum tenet, iustitia pungit ut iuste viuat. Qui temperantiae habet habitum, temperate; qui prudentiae, prudenter. Hoc modo haud dubie virtus est fides informis, nam per illam aptatur & componitur intellectus hominis, ut ad faciendam iustitiam fideliter aspiret, ut vera credat, erronea fugiat. Hinc non raro conspicias istiusmodi charitate vacuos pertinacis constantia, imo constanti pertinacia licitori prius iugulum quam haereticis assensum offerre. Quis hunc habitum, quo vi intellectus vera amplectuntur, haeretica respuunt, neget esse virtutem? Augustinus singulas virtutes, vna duntaxat excepta charitate, omnibus facit communes, sic dicens: Cum caeterae virtutes bonis et malis possint esse communes, sola dilectio est propria & specialis virtus piorum atque sanctorum. Liqueat hinc Augustino fidem caeterasque virtutes licet informes, tamen virtutes fuisse.

Fides informis quae virtus sit.

Augusti. lib. de ve. in no.

¶ Adhaec illud quod ex diametro vicio opponitur, virtus est. Habitus vero, quod iam nunc attigimus, informis fidei directe haeresei & infidelitati utpote vicijs pestilentissimis opponitur, & quibus inter se nullum est commercium.

DE IVSTIFIC.

Oportet ergo informem fidem virtutem esse

Rom. 3

¶ Nam & maioris probatur esse difficultatis omnes fidei articulos tenere & credere, quam voluptatibus & concupiscentiis imperare, quā nocivus appetitus turpitudinū refrenare, quod hæc rectæ rationi magis sint consentanea. Sic Paulo gentes, quæ ex leges erant, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. Cum enim gentes, inquit, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum. Illud vero naturæ excedit rationem. Cogitur enim mens supra suæ capacitatis modum, intellectum suum in obsequium Christi captivare, & se supra se ineffabiliori modo eleuare. Nam fides non est terrenarum aut caducarum rerum credulitas, sed quod ait apostolus, argumentum rerum non apparentium. Quare si virtutis est, a luxu continere, corpori non indulgere, & suum cuique ius tribuere, quæ nonnunquam informia & sine charitate sunt, cur item non erit virtus, quod his apprehensu est difficilius, magisque arduum? Huc in vniuersum omnes appello aduersarios, vt videant, an nos solam doceamus historiarum fidem.

Hebr. 11.

Aug. sup
Ioh. & de
ver. apo.
Fidei actus tres.

¶ Augustinus quoque fidei triphariam dissectat actum, vt aliud sit credere Deum, aliud credere Deo, aliud in Deum credere. Per fidem vero informem deum credimus, credimus item deo, tamen in deum non credimus per charitatem, quæ illi vel arctissime coniungi debebamus. Quan-

do igitur credere deum, & similiter credere deo virtus est, est plane & informis fides virtus, licet ex omni parte perfecta & charitate composita non sit.

¶ Hic forte dicat aliquis doctioris Mineruæ. Cum forma tribuat alicui rei vt sit, qui potest esse virtus, quod formam, qua agnoscat quod tale sit, non habet.

Obiectio

¶ Sciat qui hæc quærit, duplicem virtutibus esse formam. Vnam essentialem & intrinsecam quæ speciem constituit. Alteram accidentalem & extrinsecam. Illa esse, ista perfectum esse virtuti tribuit: illa veram, ista perfectam facit esse virtutem. Atqui ob hoc fides aut aliæ virtutum species non dicuntur informes, quod omni prorsus forma careant, alioqui quod a veritate alienissimum est, virtus iam non esset virtus, sed quæ gratuita & gratum faciente forma, quam charitatem esse iam sæpe diximus, careant.

Dilutio
Virtutū
duplex
forma.

¶ Ex his quæ diximus hæcenus de informi fide, elucescit etiam veram fidem esse informem fidem. Si enim verum accipias, vt idem sit quod perfectum, tunc informis fides non erit vera fides, nam forma perficiente, id est, charitate caret. Si autem veræ accipias vt eius sonat nomenclatura, vt pote cui nulla subest falsitas, tunc informis fides vera fides est sine vlla ambiguitate, quandoquidem nihil credit nisi quod verum est. Primæ enim veritati quæ nec fallit nec ipsa fallitur, innitur, cogitur hominis intellectū, vt nulli adeo creaturæ, atque deo credat, iuxta illud apostolicum dogma; In captiuitatem redigentes omnē

1. Cori. 10

DE IUSTIFIC.

Fides hæretica nõ est virtus

Intellectum in obsequium Christi:

¶ Porro hæretica fides (si tamen perfidia fides dici debet) non est vera sed falsa fides, ideoq; nec vera virtus. Cur ita? Quia quod est propriũ opus eius, animæ potentiam non regit, vt intellectum captiuè prorsus in obsequium Christi, neq; rursus cohibet intellectum ne falsitatem ipsissimæ veritati aduersantem, hæreticus statuat. Ita alia credit, alia negat: alia statuere, alia nititur euertere. Tale enim est hæreticorum ingenium, quod vt suam affirmant opinionem, imo errorem, omnia ecclesiæ sensa, omnia decreta, omnia iura, quicquid est religionis, quicquid est decoris, destructum iri percipiant. Quod vbi pro virili effecerint, contingit non raro vt conscissa ecclesiæ sagena, quisq; pro suo arbitrato eruptionem faciens statuat, decernat, definiat, doceat, quod vult. Hinc est nimirum, quod tam varia hac nostra inælicæ tempestate ecclesia patitur hæreticorũ monstra. Tantũ de fide informi, nũc alia reperamus.

¶ Struunt hic catholicis scripturarum interpretibus aliam calũniam, haud ita multum superioribus dissimilem.

¶ Aduersarij.

¶ Nihil interim loquũtur de fide qua Paulus toties dicit homines iustificari. Quia qui reputantur iusti coram deo nõ versantur in peccato mortali.

¶ Catholica responsio.

¶ Quantum loquantur de fide, qua Paulus docet homines iustificari, audierunt iam plerumque multa & plura audient. At hic quod illorum sententia fides in nemine quam in iusto locum habeat, neque ulli magis competat, non satis prudenter, sed infulse proferunt. Si fides soli competit iusto, qui fiet, ut per eam peccator iustificetur, quem toties dicunt per fidem iustificari? Iam peccator non potest esse iustus per fidem, quam illorum sententia nemo habet præter iustum. Corruit ergo suo iudicio, quod in primis stare volebant. Audi nuncur in peccatore fidem esse negent.

Capiuntur hic aduersarij.

Aduersarij.

¶ Sed illa fides quæ iustificat, non est tantum notitia historię, sed est assentiri promissioni dei, in qua gratis propter Christum offertur remissio peccatorum & iustificatio. Et ne quis suspicetur tantum notitiã esse, addemus amplius, est velle & accipere oblatam promissionem, remissionem peccatorum & iustificationem.

Catholica responsio,

¶ Audis quod urgent aduersarij, fidem iustificantem esse assentiri promissioni dei, & velle & accipere eam. Quis ex his colligat, quod aduersarij probatum iri cupiunt, in peccatore fidem simul cum peccato mortali existere non posse? Audimus quid dicant, sed quid velint dicere nescimus. Quod dicunt catholicos fidem

DE IUSTIFIC.

tantum notitiã historiæ fingere, mendacium esse diximus, docuimus quoque fidem simul cum peccato mortali existere posse. Et hæc sufficere poterant ad obiectionem. Subuerso enim fundamento, non potest reliqua structura incolumis stare. Sed age respondeamus etiam alijs ineptijs.

Indulgentia aduersariorum stulta.

Audis itaque quid dicant. Si tam facilis est iustificationis modus, non puto quod ullus condemnatur ad vltimum gehennæ supplicium. Quandoquidem nihil amplius requiritur, si non fallunt nos aduersarij, quam vt assentiamur diuinæ promissioni, quæ si velis accipere gratis sine vlla corporis tui aut animæ aut bonorum iactura, nunquam non offertur. Tantum hisce vt inferatur tibi præmansum. Ede, bibe, epulare, viue, rape, occide, luxuriare, inuide, superbi, dormi & omni voluptate teipsum affice, citra vllam operam tuam semp te assensio ad diuinam promissionem iustificat, peccataque condonat. Prima facie quidem videntur ista pulchra acceptuque iucunda, sed multo plura, si scripturis, si sanctis patribus, si veterum doctrinæ credimus, huc scilicet vt iustificeris, pertinent. Plane scelestus quisquam, & omnigena peccatorum fece contaminatus, si audiat deum ob Christi passionem, quæ sola abluendis peccatis sufficit, ita humano generi esse placatum, vt peccatori quantumuis pessimo, tribuat peccatorum remissionem, modo id credat & accipere velit, præ gaudio exiliet idemque libenti accipiet animo. Sitiienti enim animo accipit homo quod desiderat. At quid alicui velle prodest, nisi voluntati efficaciam ad-

das, id est, vt ipsum tuum velle operibus com-
 monstres, vt exinde peccato roto pectore renun-
 cies. Quid inquit ipse CHRISTVS, vocatis
 me magister & domine & non facitis quæ dico?
 Nemo saltem diuinam agnoscens omni poten-
 tiam, cunctis scientiam, iustitiam, iudicium, vel p
 historicam fidem, deum cupit habere aduersari-
 um, hostem, & punitorem, sed magis amicum
 benignum & misericordem. At hoc opus, hic
 labor est. Non enim pacaueris, non flexeris, nisi
 prius pacta, foedera & amicitiae iura obseruaue-
 ris. Qui delitijs affluit, & suis seruit affectibus,
 & putat se interim deo amicum, temerarius est,
 plus audens quam oportet. Odit enim de-
 us, vt refert scriptura, omnes qui operantur ini-
 quitatem. Vt ergo iustificeris pluribus tibi opus
 est, quam assensione ad diuinam promissionem
 quam velle promissionem, remissionem pecca-
 torum & iustificationem, quam accipere ea sola
 fide. Opus enim est, vt re ipsa declares te pecca-
 torum poenitere, vt post resipiscentiam magis fa-
 ciundæ iustitiæ ad laborare, quam prius peccato
 adhæsisse, videare. Hoc animam, intellectū, me-
 moriam, mentem, rationem & ipsum deniq; to-
 tum hominem requirit.

¶ Audi quidnam nunc dicant.

¶ Aduersarij

¶ Non sufficit ad iustificantem fidem
 credere sibi peccata dimitti, & propter

Volūtas
 accipien-
 di remis-
 di remis.
 pec. non
 sufficit.
 Luca. 6.

Psalms,

DE IVSTIFIC.

Christum in gratiam recipi, hoc item velle, sed oportere quoque hanc recipere.

¶ Responsio Catholica

¶ Omnia hæc accipimus, sunt enim acceptæ dignissima. Profecto non sufficit ad iustificandam fidem credere tantum sibi peccata dimitti, & propter Christum in gratiam recipi, & item velle, sed & hanc recipere oportet ut iustificetur. Cum hoc dicunt, re ipsa admittunt cuius causa tantam hucusque duxerint controuersiam, quod putauerunt inuicto Marte nostra funditus euersurum. Nemo enim recipitur in gratiam, & nemo recipit gratiam, quam, ut iustificaretur, maxime recipere oportuit, nisi quem peccatorum poenitet, nisi qui melioris vitæ propositum in animo secum cepit, & iam iamque agit ne poenitentia minor sit crimine. Oportet enim eum, qui in gratiam vult recipi orare & impensius rogare, & quod dicit Cyprianus, diem luctu transigere, vigilijs noctes ac fletibus ducere, tempus omne lamentatione occupare. Strato solo adherere cineri, i cilitio volutari & sordibus, post vestimentum Christi perditum, nullum iam velle vestitum, post diaboli cibum, malle ieiunium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur, elemosynis frequenter insistere, quibus a morte animæ liberantur. Sic libenter aduersarios non nostris sed sanctorum verbis expugnamus. Hic dicerent antagonista omnia ista quæ beatus hic agonistes peccatoribus facienda censuit, opera legis esse, si ipsi ex nostra ipsorum pharetra deprompsissemus. Iam non habent quod remurmurent, frangit enim

Cyprianus serm. de lap.

eo tanti hominis auctoritas. Illa autem omnia quæ enumerata sunt, non sunt idem quod credere. Relinquitur ergo & pœnitentiam ad accipiendam gratiam & remissionem peccatorum, iustificationemque, post fidem secundo loco esse necessariam. Fide acceditur, pœnitentia deus placatur. Hactenus aduersariorum illam coronidem probauimus: quorum sane nos miseret, quod tam proxima non viderint: Nunc dicunt nullum esse tam enorme peccatum, quod mox per fidem in Christum non abluatur: idque sine vilo hominis adminiculo. Paulo post superioris sententiæ & sui ipsorum obliti, palinodiam cantant, asseruntque non satis esse credere se in gratiam recipi propter Christum, & sibi dimitti peccata, & velle hanc remissionem accipere, sed oportere quoque hanc recipere. Quomodo autem recipient si fide non recipiunt, nisi forte per pœnitentiam, quod hactenus noluerunt recipiant.

¶ Aduersarij

¶ Fides est *λατρεία* quæ accipit a deo oblata beneficia. Iustitia legis est *λατρεία* quæ offert deo nostra merita. Fide sic vult coli deus, vt ab ipso accipiamus ea, quæ promittit & offert.

¶ Responso catholica.

¶ Fide deus ita vult coli a nobis, vt non solum ab eo beneficia expectemus quæ promittit, sed & vt manibus pedibusque & toto pectore

DE IVSTIFIC.

mandatis eius implendis desudemus. Quemadmodum enim peccatorum remissio, non est nisi poenitentibus promissa, ita æternæ beatitudinis merces non datur nisi ijs qui æterno regi strenuè stipendia fecerunt. Et hac ratione oportet fidem & iustitiam legis coniūgi, sola enim fides non accipit oblata a deo beneficia, neq; sine legis iustitia, hoc est, sine mandatorum obseruantia recte colitur. Rursum iustitia legis sine fide nō offert deo humana merita, nam hoc modo nō sunt ei accepta. Sequitur ergo alteram alteri necessario coniungi, & inutile esse quod promissit deus, credere, nisi itidem facias quod imperauit. Nam vt ipse dixit, seruus sciens voluntatem domini sui & nō faciens plagis vapulabit multis.

LUC. 13

¶ Aduersarij.

¶ Deus ita vult se coli, vt ab ipso accipiamus beneficia. Et quidē accipimus propter ipsius misericordiam, nō propter nostra merita.

¶ Responso Catholica.

¶ Diuina beneficia non dantur solum propter diuinam effluentemq; misericordiam, alio qui omnia in omnibus essent æqualia, neque pro missione munerum ad operandum, ad merendū Deus nos illectaret, verum etiam dispertiuntur singulis pro singulorum portione meritorum.

Beneficia cui deus det.

Sententia est euangelica, quæ nulla vltèrius indiget probatione. Neque vnquã putauissemus aduersarios tam stupidos, quam vt hæc nescirent.

Iam si sine delectu deus omnibus propter suam misericordiam absque vllis meritis largitur sua dona, cur ille isto plura, iste vero illo pauciora, accipit? Cur tantopere petere, quærere, pulsare iubet Christus: si dat omnibus propter misericordiam suam indifferenter, tam non petentibus, quam petentibus: tam non quærentibus, quam quærentibus: tam non pulsantibus, quam pulsantibus. Sed diuina beneficia, vt catholice definiamus, dantur omnibus quibus promittuntur. Promittuntur autem his, qui ea per fidem petunt & quærunt, pessimis vero negantur.

Matt. 7.

¶ Aduersarij.

¶ Huiusmodi consolationes abolent aduersarij, cum fidem extenuant & vituperant, & tantum docent homines per opera & merita cum deo agere. Fingunt sacramenta conferre spiritum sanctum ex opere operato sine bono motu accipientis.

¶ Respon. Catholica

¶ Quibus consolationibus pauidas peccatorum demulceam⁹ cõsciẽtias, partim diximus supi⁹, partim vita comite dicemus inferius. Verũ consolatio-

DE IUSTIFIC.

**Mēdaciū
arguūtur
Luthera.**

**Mēdaciū
ster. argu.
Luthera.
Galat. 6.**

nes, imo, vt vere loquamur, desolationes aduer-
sarioꝝ quibus falluntur indocti, vna cum fide
prorsus abolitum iri a cordibus hominum ex o-
pramus et ob hoc pꝛesertim fidem eorum extenu-
amus & vituperamus execramurque, quod ad
perdendas animas non sit pꝛesentius intoxicum
Cæterum quod dicunt nos docere homines vt cū
deo per sola opera & merita agant, impudēs mē-
daciū est. Docemus enim omnia hominum o-
pera, omnia merita, omnia studia, sine fide elum-
bia esse & ne tantillum quidem valere, sed fi-
dem vbique operātem requirimus. Denuo inue-
recunde mentiuntur, nos fingere, quod ex opere
operato conferatur spiritus sanctus sine bono mo-
tu accipientis. Omnium enim vna sententia est,
sine fide nemini contingere spiritum sanctum,
quodq; incredulitas obex sit quo spiritui sancto
pꝛæcludatur in hominem introitus. Quis iam cō-
sulat istos nugāces, de rebus, q̄ ad salutem in pꝛi-
mis pertinent, q̄ tam impudenter ora sua ad mē-
dacia effrenant, qui offutijs fallacijsque pessimis
innocentium corda demulcent, & ad suum erro-
rem illectant. Possunt quidem homines facile fle-
xibiles & ad noua dogmata quæ eis luxuriosius
viuendi potestatem faciunt, alioqui promptos,
mendacijs & imposturis fallere, persuadereque
sola fide citra vlla merita & opera iustificari ho-
mines, deum vero & eos, qui verba dei docent,
nemo fallit, neque veritate anteuertit. Porro de-
us & qui verba dei docet apostolus, istorum pseu-
dologorum impia commenta pꝛæuenientes, lon-
ge aliter tradiderunt, nempe vt bonis fructibus
abundemus. Hinc iste dicebat Galatis: Nolite er

rare fratres, deus non irridetur. Quæ enim seminaverit homo hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne, de carne metet & corruptione. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Et post hæc; Bonum facientes, non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes. Quis non videat hic Paulum ab his quibus fidem tantopere commendat, etiam opera exigere? Sufficeret quidem vel vnicum hoc Pauli paradoxum ad conterendam istorum impudentiam, qua nihil non temere audent aduersus catholicam veritatem. Verum enimvero ne pestilens eorum error & serpentinum malum longius disseminetur, neve ulterius innocentes ouiculæ pulchrorum profcenio verborum a caulis dominicis abducantur, gnauabimus operam pro virili (adiuuentum speramus cœlitus) vt & qui errant, redeant & qui integri sunt, conseruentur. Necessæ autem fuerit in primis spectare, quæ sit basis aut fundamentum, cui eorum doctrina destinata, vel cuius rei gratia hanc tragœdiam instituerint

¶ Quantum itaque ex his, quæ in Apologia sua tradunt aduersarij, elicere possumus, duo potissimum prospexerunt fallendi magis quam recte docendi animo, vt quo ad iustificationem & salutem indispensandam, nihil operibus, fidei omnia tribuant. Alterum, vt ipsi dicunt, vt gloriam dei magis magisque amplient: Alterum item vt pauidas hominum conscientias nescio quo modo affecurent. Hoc enim sibi persuasum habent, si ad iustificationem & salutem opera sunt necessaria, imo si opera iustificat & saluat, non iustificat neque saluat Christus; quo fiat, vt honor

DE IUSTIFIC.

CHRISTO debitus, operibus attribuatur. Præterea si operibus iustificamur, inquit, & saluamur, semper pauidae numquam securæ erunt nostræ conscientię, quia quod debemus & possumus, non facimus. Huc fere spectant omnia quæ sub iustificatiōis titulo complentur, nisi quod passim Theologos mendacijs, scommatis, & conuitijs lacessunt. Nunc si placet explicemus Silenum.

Ad primam causam Responso

Sap. 7.

Deus per
media de
ducit infi
ma ad sū
ma.

☉ Diuina illa increataq; sapiā, quæ vt refert catholica scriptura, attingit a fine vsq; ad finē fortiter q̄q; disponit omnia sruauiter, vt nullam creaturis vim potenter infert, ita infima q̄q; per media deducit ad summa, & in tanta rerum machina præter ordinem nihil agit temere. Sic sole diem, noctem vero luna sideribusque illustrat, quæ ipse suo æterno lumine solo ad nutu illuminare posset. Sic eius imperio angelis angeli, hominibusque angeli diuinam voluntatem aperiant, quod sine internuntio solo spiritu potuisset. Iam tam & si sit ipse nobis semper præsentissimus, per apostolos tamē & eorum vicariam successiōe diuini verbi ministros, cœlestis vitæ alimenta nobis semper administrat. Hæc inquam solus ipse citra vllum negotiū, citra oēm laborē per se potuisset. Quorsum hæc? inquit hic, quibus male nobiscum conuenit. Vt doceamus eos qui e Luthero lætale hæreseos virus suxerunt, e sacra ecclesiæ catholicæ apotheca salubre phar

inacum petere, quo incurabilibus nisi ad eccle-
 siam redeant, morbis medeantur. Quæadmodum **Deus el-**
 ergo illa ei nullum facefferent negotium, ita quoque **tra vlti-**
 solus ipse nos liberare, solus iustificare, solusque **negotiū**
 potuisset saluare. Ad hoc tamen munus desig- **nos potu-**
 nauit primum prophetas, deinde apostolos, & **isset sal-**
 postremo doctores, qui vineam domini, quoad **uate.**
 possent, quantunque daretur, excolerent. Paulus
 propter electos sustinet famem, sitim, frigora &
 caumata, pugnas & virgas, lapides & carceres,
 persecutiones & alia suppliciorum genera. Cur
 propter electos sustinet **Ut & ipsi inquit salutem** **3. Tom. 3**
 consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria
 cælesti. Vnde se sui que similes, dei appellat co-
 operatores.

¶ Quod si isti salutem humanam cooperantur, quid ve-
 rat ne nostræ ipsi salutem consulamus? Si non licebit
 nobis aliquid facere, quo saluemur, quid profue-
 rit vitæ acquirendæ, mortisque euitandæ solici-
 tudine torqueri? Cur nobis bonum & malum
 proponuntur, si hoc fugere, illud non licet perse-
 qui? Aduersariorū enim opinione melius est ma-
 num in sinu gestare, quam operari, ne ex imper-
 fecto opere conscientia dolentur. Moses adhor-
 tabatur suum Israelem, dicens: Considera quod **Deute. 16**
 hodie proposuerim in conspectu tuo, vitam &
 bonum, & contra, mortem & malum, perinde
 atque diceret, elige vtrum malis, vitam aut mortem
 bonum aut malum. Si vita placet, apprehende.
 Quo apprehendes? Plane si mandata dei tui ob-
 seruaueris, si fidelē te domino tuo ministris exhibueris

DE IUSTIFIC.

si fidem, cum operibus venturo iudici præsentaueris. Vitam vero comitatur bonum inæstimabile, quod oculus non vidit, & c. Mortem autem pessimumque adeo malum paraueris, si personatum agas Christianum, si animum habeas sola fide turgidum, operibus vacuum. Stripedia enim peccati, mors. Homo ergo, vt sine deo perditionem, ita cum deo propriam salutem operatur.

Opera q̄ modo saluent hominem.
1. Corin. 2. ¶ Tametsi autem nos pro paupercula facultate nostram ipsorum operemur salutem, nos tamen sine Christo ipsi saluare non possumus. Non enim sumus sufficientes, inquit apostolus, cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra est ex deo. Nisi ex Christi meritis gratia nobis tribueretur, inanes essent omnes conatus nostri.

Iohan. 15. Sine me, inquit, nihil potestis facere. Quare neque ex nobis neque ex nostris operibus aut meritis proprie saluamur, quod nemo etiam ante nos catholicorum hactenus dixit, sed per Christum, qui nobis meruit gratiam, quique dat bene operandi virtutem, imo quod operatur per nos, & in nobis & velle & perficere. Hic inquam proprie saluator noster est & redemptor, cui debemus, quicquid sumus.

Honor addit deo cum bene operamur ad salutem nostram.
 ¶ Haud minus autem ille nos saluat atque iustificat, qui nos per opera nostra saluat, quæ non nisi ex eo solo tanquam ex ipsissima bonorum scaturigine manarunt. Neque hac ratione, quod se cauise putat aduersarij, quicquam eius derogatur bonitati aut gloriæ, imo diuina bonitas, maiestas, sapientia, potentia, magis ab hominibus effertur. Bonitas, quod sua beneficia tam liberaliter profundit; Potentia, quod ipsa in summa requie

etiam in creaturis fortiter agit. Sapientia, quod tam prudenter omnia pro nominis sui maiestate dispensat. Non statim qui doctior est præceptor, etiam absolutior est, sed qui scientiam suam apertius iuuenilibus instillat auribus. Hoc quoque habetur quisque melior, sapientior, potentior, quo magis eius bonitas, sapientia & potentia in operibus exuberant.

¶ Qui ita viuit vt & alios solus viuificet, & viuendi potestatem faciat, q sic operatur vt alijs quoque solus operandi facultatem tribuat, haud dubium perfectius viuit, perfectius operatur, q̄ qui nemini vel vitæ vel motus causa est. Vnde quemadmodum deus ob hoc non dicitur neque est imperfectus sed prudentissimus mundi moderator, rector, conseruator, quod non p se modo, sed et per creaturas moderatur regit & conseruat eū: ita perfectius Christus nobis operat salutem, cū potestatem nobis per liberum arbitrium facit bene merendi, hoc perfectius saluat, quod p opera nostra nos saluat.

¶ Quis iam adeo cæcutit, vt non videat operibus per diuinam gratiam factis, accedere merita Christi vt aliquid mereri possint, quo quadam tenus iram dei pacent, & mereantur remissionem peccatorum? Et hic putamus priori causæ satis obuiatum esse.

¶ Ad secundam causam.

¶ Alteram causam cur non admittant aduersarij quod homines suis operibus iustificentur aut saluentur, huiusmodi fere assignant, vt pauidas conscientias faciant securas. Sic autem sonant eorum verba.

DE IUSTIFIC.

¶ Nullam habebunt satis firmam consolationem conscientiae piorum aduersus terrores peccati & mortis, si non sciāt se debere statuere, quod gratis propter Christum habeant remissionem peccatorum. Oportet ergo in ecclesia hanc esse doctrinam, ex qua concipiant pietatis mentes certam spem salutis.

Consolationes quibus suis erigunt Catholici.

¶ Catholici in hac parte non sunt aduersariis duriores, sunt vero æquiores. Consolantur pias conscientias, spem quoque remissionis peccatorum iustificationis & salutis multo maxime peccatoribus ingerunt. Hoc agores quod docent ut nemo falsa fiducia animatus impunitatem peccatorum ceu rem nihili contemnat. Docent item non ita stolidum esse diuinæ clementiæ, ut diuinæ iustitiæ rigor negligatur, quod cauit etiam ille sapiens: Ne dixeris, inquit, in corde tuo peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. Patitur enim nostram ingratitude, maliciam, errorem, & ut conuertamur expectat: sed procul dubio eo ferit seuerius non poenitentes, quo expectauit diutius non redeunt. Deus inquit inuictissimus ille martyr Cyprianus, quantum patris pietate indulgens & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendus est. Hinc rursus idem admonet Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.

Ecci. i.

Ibidem

¶ Aduersarij ita sperandum docent de dei mise

ricordia vt iustitiam eius profusus exinaniant. Vñ falsam de impunitate spem ingerentes dicunt: Semper statuere debemus quod ipsum placatum habeamus deum, etiam si indigni simus. Quid audio? ergo ne persuadebit sibi mœchus, adulter, latro, deum sibi esse placatum propter Christum? Ergo ne deo displicet? Nō vindicabit peccatum? Perinde sonat aduersarioꝝ sentētia, ac si peccatum iam non sit peccatum. Cur ergo non delent peccati nomenclationem? Hæc pestifera persuasione trahunt homines vt confidant nullum sibi flagitium nocere posse, mō credant propter Christum peccata dimitti. Hinc rursus dicunt:

Semper statuēdum est quod fide propter Christum iusti reputemur.

¶ Ista ne consolatio est qua corriguntur hoies? Imo desolatio est qua pereant. Sic peccantē blādimenis adulantibus palpant, sic peccandi fomitem subministrant. Nec sic delicta comprimunt, sed nutriunt. Non ingerunt vt sanetur patiētiam, nec veram satisfactionis medicinam. Pœnitentiam a peccatoribus excludunt, grauissimimiq; delicti memoriam auferunt. Quod nos desolationem, Cyprianus ille nunquam satis laudatus martyr appellauit persecutionem. Non concedit pacem, inquit, facilis ista, sed tollit, nec communicationem tribuit, sed impedit ad salutē. Persecutio est & tentatio, per quam subtilis inimicus impugnādis lapsis occulta populatione grassatur, vt lamentatio conquiescat, vt dolor sileat, vt delicti memoria vaneſcat, comprimatur

Cypria.
ser. de la.

DE IUSTIFIC.

peccatorum gemitus, statuatur oculorum fletus, nec dominum grauer offendit longa & plena poenitentia deprecetur, cum scriptum sit: Memēto vnde excideris, & age poenitentiam. Et post pauca: Cæterum si quis præpropera festinatione temerarius remissionem se cunctis dare putat posse, aut audeat domini præcepta rescindere, non tantum nihil peccatoribus prodest, sed & obest. Et multa alia, quæ vel sola aduersarij os alioquin infrenum compescere potuerunt & obturare. Et nihilominus hæc est vetus illius tempestatas doctrina, quam nunc aduersarij extinctum iri volunt. Vt cunque viuant in synagoga illa aduersarij bene aut male, vna est virorumque sententia. Apud eos continentis & fornicarij, intra legis matrimonij se cohibentis & adulteri, humilis & superbi, pacifici & contentiosi, boni & mali, vna est censura, malus quia peccauit, bonus quia non peccauit, reus est, & nihil magis confert isti innocentia quam illi malitia. Vtrique quoque fides similiter prodest. Sine iste semper credat, ille semper peccet, vnum est vtriusque iudicium, modo iste qui peccat semper, interdum semel meminert, aut certe in vita professionis suæ. Sed hæc pestilens illorum indulgentia pro pudor perduxit eos, ut de peccatis non doleant, ut nullum quantumuis graue facinus caueant, sed ut pro sua quisque libidine agant. Sed id imbibebunt aduersarij ex Lutheri factionis suæ facile antesignano. Sic enim docet ille in Capri. Babylon.

Lutherus Baptizatus, inquit, etiam volens non potest perdere salutem suam quantiscumque peccet

etatis, nisi nolet credere.

¶ O pestilentem perfrictæ frontis sententiam hominis. Quinquam, o plus quam impiam impij hominis persuasionem. Sic vt tu impie seductor, (occludant hic aures qui audiunt) impie nugaris, inter scorta, in ipsis prostibulis, in ipsa Venere, in ipso latrocinio, in ipso raptu, & in ipso cuiuscunque facinoris actu qui credet non perdet salutem suam? Credit & liberius peccat, putat enim ex te persuasus, quod ipsum facinus quando credit, peccatum non sit. Et nisi facilem peccatorum crederet remissionem, tam libere non peccaret, & tam licenter sine metu non viveret. Quid vero est aliud, semper statuendum est, quod fide propter Christum iusti reputemur, nisi quando peccat quis, credat se non peccare, aut certe tam facilem secum remissionem peccatorum statuatur. O quantum malorum ter impia hæc persuasio mundo inuexit. Hinc est quod prophanata sunt templa, quod diruta monasteria, hinc sunt tot sacratarum deo virginum stupra, hinc crescunt furta, hinc rapiunt nonnulli tenentque aliena. Hinc sententia iræ, rixæ, sectæ, inuidiæ, similitates. Hinc pululant dietim alia mala quæ hoc seculo deploramus, Lemnijs malis acerbiora, quæ vt referam, non est otium. Videant autem aduersarij secumque in animo meditentur, vnde prodierint oia ista mala, & vnde nata sint primum, nisi ex hac sua temeraria præsumptione qua vel dicere audent & toti mundo euulgare, hominem sola fide in Christum ab omni culpa vel pessima purgari, aduersus omnes scripturas, aduersus tot patrum decreta, aduersus omnem rationem, aduersus omnium

Inuehitur
in Lutherum
hominem
perditissim.

Doctrina
Lutheri
quæ
paruerit
malorum.

DE IUSTIFIC.

veterum concentum, qui nihil fere aliud magis clamant quam poenitentiam, cum ipsi, quod ostēdimus magisq; iplendescet, nullam solidam habeant scripturam. Sed in hac re fortasse nimij sumus, verum hucusque deduxit nos impia illorum desolatio, quam nequiter hominibus insinuant.

Eccles. 1.

¶ Porro quod peccator non debeat sola fide in animo secum lasciuire, etiam alibi docet Ecclesiasticus: De propitiato peccato, noli esse sine metu, neq; adicias peccatum, super peccatum. Et ne dicas: Miseratio domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proxinant, & in peccatores respicit ira illius. Hoc & hodie dici debet ijs, qui contempta dei iustitia, de sola eius misericordia inaniter superbiunt, ne sese ipsi decipiant, immoderatus viuendo.

Roma. 1.

¶ Idem cauit & Paulus: Existimas autem hoc o homo, inquit, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impoenitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Vel unico hoc Pauli paradoxo tota corrui aduersariorum aduersus veritatem structura. Credebant plane quibus ista scribebat apostolus, alioqui scripta simul cum ipso auctore exhibissent, arguissentque cum perditæ operæ. Erant

quoque peccatores, nam ob hoc præsertim acriter corripuntur. Credebant nihilominus & peccatorum remissionem. Nunc vero exprobrat eis quod sine metu in peccatis delicias, bonitatis dei & benignitatis diuitias contempsissent. Sed quid? Num qui credunt per CHRISTVM peccata dimitti, mox ad credulitatem suam absoluturur? Luthero quidem mundi habentur & iusti, at Paulo non item. Non enim dicit, quia creditis in CHRISTVM remissionem peccatorum vobis contingere, non imputatur vobis peccatum, sed estis mundi, sed quid? Secundum duritiam tuam & cor impoenitens thesaurizas tibi iram. Nunc quoque dicit per hæc Luthero, Lutherique pedissequis: Quantumuis vobis de sola fide blandiamini, quantumuis credatis propter CHRISTVM peccata remitti, non tamen ad nudum professionis vestræ cogitatum mox abluimini, sed nisi poenitueritis, iram vobis & dei indignationem thesaurizatis. Idem quoque alibi ait: Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & severitatem dei, in eos quidem qui ceciderunt severitatem, in te autem bonitatem dei, si permanferis in bonitate, alioqui & tu excideris. Audiunt & hic aduersarii gentibus interminantem apostolum, ne cum sibi nimium de fide applaudent a fide excidant, & diuina misericordia. Idem accrediderunt & veteres scriptores, videlicet quod gratiam & misericordiam adepti, nisi fidei se operibus gnauiter occupassent, fore verperirent, q̄ declarant fidẽ oportere negotiosam

Roma. 11

DE IUSTIFIC.

esse, non vacuam, non mortuam.

¶ **Q**uā habes lector vel perspectissimū, hanc peccatoribus fiduciam Paulum non instillasse, quodque aliter atque Paulus moueantur aduersarij, sed quo spiritu non dicam, sed exemplo tibi sint nostrates Lutheranae factiois affecte, quae licet, quae turpiter, quae nequiter in vniuersum viuant, spiritu nimirum maligno agitati.

¶ **A**lterum dico, quid potuit hac pestifera persuasionem esse in hac pessima tempestate iniquius, quae suo apte ingenio homines per omnia vitiorum deuia errabundi peruagantur? addunt male viuentibus, peius viuendi calcaria, quos a flagitio absterruisse oportuit. Vrgēt ad libidinem, vltro currentes. Abstinent a sacris iam dudum pertoesos, & quos iam admouere debebant. Multi nunc diuina bonitate abusi peccatis peccata adglomerant, nihil interim neque fidei, neque iusticiae, neque Christi reminiscuntur. Hoc vnum secum miseris statuunt hac malesuada aduersariorum doctrina percipi, quod cum animam agere coeperint, credere volunt remissionem peccatorum per Christum. Interim neminem reueriti faciunt quod volunt. Et eo quod non cito profertur contra malos sententia, absque timore villo perpetrant mala. Tam ferax, tam salubris, tam sana, tam efficax est aduersariorum doctrina, cur non in sinum gaudeant de re tam bene gesta?

Eccl 3.

Decipiendi
multos
modos in
uenit Dia
bolus,

¶ **M**ultos antehac excogitauit humani generis satan seducendi hominis modos, nunc persuadebat ei, omnia ex necessitate iuxta diuinam praedestinationis & praesentiae normam euenire, quae fiebat, ut siue bene siue male viueret, praesentia

dei in se frustratum iri non posse persuasissimum haberet. At tandem edocti, illam præscientiam neminem vel ad bene vel ad male agendum cogere, sed deum omnium salutem cupere, ab hac sententia prope discesserunt. Statim aliud malum haud multo securius illi excogitatum est, videlicet ne a malis timore concussi auocarentur, suggestum est, ut res est, deum nobis vitam meruisse & gratis olim hinc decedentibus donaturum, et non bobus sed hominibus præparatum esse cœleste regnum. Hinc vna omnium erat cantilena: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur corpore ad animæ longe beatioris vitam. Rursus isti melius instructi, persuasique regnum dei iniquis non contingere, a vicis ut poterant, sese temperarunt, iustitiam amplectentes. Persuasit alijs satis esse si in fine vitæ poeniterent, promisit etiã longa viuendi spacia, neque hac ratione omnes peruincere potuit. Dispiciebant enim secum multi nihil morte certius, nihilque hora mortis esse incertius. Nunc omnium maxime viam inuenisse seducendi videtur, cum per istos hominibus ingerit, nemini peccata imputari, modo vellet credere per fidem in Christum remissionem peccatorum ad omnes pertinere. Sed quid potest hac persuasionem esse pestilentius?

1. Cor. 12.

¶ Vide nunc quam solida sit, quam firma aduersariorum doctrina. Tradunt primum fidem in peccatoribus esse non posse, deinde quod præter fidem nemo possit saluari. Ex his facile collegerit vel sutor nullum peccatorem saluari posse, cum quod isti dicunt, nemo peccator cre-

Capiunt
hic aduer-
sarij.

DE IVSTIFIC.

deré possit. Et soli iusto tribuunt fidem. Si autem præter iustum nemo fidem habet, quo modo per fidem quisquam iustificabitur? Non video an possit quicquam dici absurdius. Qui iustus est nulla vltèrius indiget iustificatione, at qui in peccatis est in primis iustificatione indiget. Sed iste non potest iustificari, quia vt isti dicunt, fidem habere non potest, qua iustificetur. Vbi ergo est illa consolatio, qua pavidas hominum conscientias deliniunt? Quos consolari volebant, desolantur. Sic enim peccatori ingerere necessario debent, modo velint suæ doctrinæ respondere: Tu peccator es & non potes credere, & ob hoc iustificari non poteris vnquam. Vides quam pestilens sit ista aduersariorum consolatio.

**Pugnant
hic secum
aduersa.**

¶ Adhæc dicunt in Apologia dilectionem a fide separari non posse, & paulopost adijciunt, quod fidem sequatur dilectio. Manifeste hic sibi non constant. Si fidem sequitur dilectio, oportet plane fidem dum veniat dilectio, solam & separatam esse. Si non est separata, quomodo sequitur?

¶ Rursum nugantur fidem in terroribus concipi & crescere & ex nostra consideratione oriri: alias dixerunt, quod spiritus sanctus det fidem. In confessione vero dicunt, spiritum sanctum donari per verbum & sacramenta. Quæ maior potest esse quam est in istis, diuersitas? Si viderent ista illustrissimi illi principes, si viderent Senatus Norëbergensis & Reutlingensis

qui Confessione subscripserunt, non arbitror quod posthac fidem haberent istis hydra magis varijs. Atqui prorsus carnales, libenter istis manum dant, quandoquidem ista persuasio sensibus blanditur, & carni libertatem promittit licetius viuendi.

¶ Verum quantum ego coniectura con-
 qui possum, videntur aduersarij vel semetipsum non intellexisse, vel data opera hominibus imponere voluisse. Hoc mecum dicent, quorquor sano iudicio hanc nostram qualēcunque legent operam. Si enim conferas ista, quæ in quarto & quæ in duodecimo Confessionis articulis & in Apologia tradunt, videbis quam parum mutuo respondeant. In quarto Confessionis articulo dicunt, quod peccator gratis iustificetur per fidem cum credit se in gratiam recipi & sibi peccata propter Christum remitti. In Apologia persuadent peccatori vt semper secum statuatur, quod deum semper propter Christum placatum habeat tametsi indignus sit. Addunt quoque hoc statuumendum esse semper, quod fide propter CHRISTUM iusti reputemur. Hæc multis argumētis sed infirmis sed euersu facillimis confirmare molientes, conuersionis, contritionis & penitentia, quæ tamen in duodecimo Confessionis articulo requirunt, ne semel quidem recordantur. Quam ergo consolationem adferre potest ista cōstrina, tam parum sibi constans?

Nō intel-
 ligūt ipsi
 se aduer-
 sarij.

¶ Si sola ad salutem sufficit fides, quor-
 sum opus est conuersione? Si vero conuersio ad

DE IUSTIFIC.

iustificationem hominis facit, quorsum spectabat ut prædicaret solam fidem iustificare & At nunc non conuersionem modo sed & contritionem exigunt & poenitentiam. Quis hic iam non videat conuersionem, contritionem & poenitentiam multo a fide distare interuallo? Rursus quis hic non videat, credere posse quenquam p̄ Christum remissionem peccatorum, qui idem tamen non conuertitur, neq; conuertitur: quomodo autē iste poenitere potest, qui de peccato non dolet? Arbitrantur sane multi ex illis qui hoc aduersariorum fermento inescati sunt, quod per nudam in Christum fidem in gratiam recipiantur, quæ non postponunt antiqua studia, non dolent, non poenitent, sed edunt, sed hibunt, sed vomunt. Isti ad priorem aduersariorum sententiam vel in ipso semper vomitu iustificari possunt, ad posterio rem minime. Hic enim conuersione, contritione & poenitentia opus est, illic nihil minus.

¶ Porro hic reclamabūt, Luche, adiuti suffragio

¶ **Fides sine contritiōe esse non potest, quoniam gratia non infunditur nisi cum magna commotione animi.**

¶ Ut audio amplius estfidei sinus, Quicquid enim ad iustificationem facit, fide comprehendit. Si non potest fides esse sine contritione, nemo certus est, an fidem habeat: nam neq; de contritione quisquam securus est, nisi idem in animo sentiat magnam commotionem. At sapenumero pleriq; magnas sentiunt in semetipsis commotiones, quibus tamen non semper gratia infundit̄

Quis rursus hic non videat, quam longe isti aberrant, quam misere suos decipiant, qui nunc dicunt, nunc negant. Nunc persuadent satis esse vt credant saltem se in gratiam recipi per Christū, paulo post dissuadent sola fide standū esse, sed contritionem a deo necessariam esse vt quātumuis credat quis peccatorum remissionem, saluari tamen non possit. Cur ita? quia non sentit in animo secum magnam concussionem. Qui hanc aduersariorū varietatē & inconstantiam æquali lance pensitauerit, haud quā nutabūdhac acque illac cogitatione diffluet.

¶ Nam rescire velim ab aduersarijs, quā fidem potissimum putent ad salutem esse necessariam (eliciamus enim ex suis ipsorum verbis duplicem esse fidem) informem, an formatam, nam præterea non est alia. Si primam dicāt hoc est, quod iustificetur homo ex fide informi, quam ipsi historica vocant, palā offendunt in omnes scripturas diuinas, quæ aperte prodūt citra charitatis donum fidei annexum, neminem iustificari posse. Nam quātū credit & nō diligit, manet in morte æterno supplicio obnoxius. Si habuero inquit Apostolus, omnem fidem ita vt montes transferam charitatem aut non habuero, nihil sum, tantum abē vt ad credulitatē mō iustificer. Rursus Paulus neq; circūcisio neq; præputium in Christo Iesu aliquid valet, sed fides q̄ p charitatem operatur. Vt cunque ergo credas, nisi fidem habeas charitate ornatā, inani superbia aduersus veritatem inflatus, spe vacua frustraris.

¶ Si alterā iustificare statuunt, nēpe charitate formatam, necessario bona spe excidunt, qui illa tu

Fides iustificās q̄ sit.

1. Cor. 13.

Gal. 5.

DE IUSTIFIC.

Fides charitate formata ad iustifi. ne cessaria.

1. Iohā. 4.

ment, ista vacui sunt. Vnde liquefcit quam parum sibi constant, quamque falsa fiducia suorum conscientias deliniant. Quod enim maxime sperabant, minime consequuntur, nisi fidem habeant charitate formatam, qua tantum iusti radiant. Vt ergo quis hanc fidem habeat, iustus sit operæpretium est, alias fucata spe seducitur, & (libere loquar) sic sperasse, præsumpsisse est. Oportet enim primum causam præcedere, quam deinde sequatur effectus. Sane qui fidem habet charitate formatam, iustus est, filius dei est, deum habet, & in deo manet & deus patet in eo. Qui vero non habet hanc fidem, sed informem illam qua nominatenus Christianus appellatur, qua voce & sermone depromit, quod cordis & pectoris testimonio non probat, non facile hunc poterit iustificationis actum elicere. Miseret me plane eorum, qui hoc dulci persuasionis melle sed felle mixto, illecti, satis se fecisse sibi persuadent, si credant saltem hac fide informi sibi per CHRISTVM peccata dimitti. Nam ipsi etiam dicunt aduersarij oportere hunc fidei actum ex fide charitate formata procedere, vt iusti reputentur. Si hoc ab initio persuasissent suis, non fuisset vllus fere de hac re controuersia locus.

¶ Constringuntur hic aduersarij tam & si nolint ingenue confiteri, quod sola fides neminem iustificet, vtcunque etiam credat sibi per CHRISTVM peccata dimitti. Nam fidem, vt iustificet, necessario comitatur charitas. Si ergo sola si sine charitate non iustificat, profecto sola pronomen expunctum esse oportuit, Qui

enim vel vnum habet conuiuam, solus non recumbit. Sicut enim hospes & conuiua, duo sunt homines & corpore & anima diuisi: sic fides & charitas vnum esse nequeunt. Sic enim distinxit & Apostolus fidem a charitate. Qui autem fidem habet charitati adglutinaram, omnes virtutes habet, tantum abest vt sola sit fides. Aut igitur fallunt nos aduersarij, qui solam vigent fidem iustificare, aut imponit nobis scriptura, quæ fidei charitatem connectit. Sed istud impossibile est.

¶ Adhæc quum dicunt fidem informem sine charitate, quam ipsi historix fidem nominant, iustificare, sese ipsi confodiunt. Nam alibi contendunt esse impossibile, vt sit a charitate fides separata. Quod si nunquam potest fides esse sine charitate, nunquam ergo sola erit. Et si nunquam sola est, sequitur solam nunquam iustificare. Vide iam hic probe lector, quo modo hæc quadrent ijs, quæ in APOLOGIA scribunt. Nam hic, vt etiam supra meminimus, docent fidem præcedere dilectionem, imo, vt ad viuum intelligas, docent, quod vbi iustificatus & renatus est homo, tum demum incipit Deum timere, diligere, petere & expectare ab eo auxilium, gratias agere & prædicare & obedire ei in afflictionibus, tum etiam incipit diligere proximos. Quæ duo possunt magis inter se pugnare, quam ista: fides nunquam est sine charitate, & fides præcedit charitatem? Nunc inuitis aduersariorum dentibus reliquitur, fidem aliquando informem, id est, sine

Aduersarij capiuntur suis verbis.

DE IUSTIFIC.

Gal. 5.

charitate cum charitatem præcedit. Et hanc in-
formem fidem quæ sine charitate est, stulte ad-
uersum sese & contra Paulum dicunt iustificare
qui fidem dicit per charitatem operari. Nam isto
rum sententia prius iustificantur homines, quã
diligere incipiant. Sed et hoc quid potest esse in-
eptius? Nam quod informis fides iustificet, omni-
bus in vniuersum aduersatur scripturis, pugnat
nihilominis cum alia aduersariorum sententiã, qua
dicunt, fidem nunquam esse sine charitate. Hic
spero illustriss. Principes vna cum priuata plebe
hac sese iugulante persuasione haud attenda ille-
ctos, ad cor reuersuros, profligato a sese longius
errore.

Aduersa-
rij docēt q̄
ipsi secū
non defi-
nierunt.

¶ Persuadent his, qui consciētiam habent mil-
le modis sauciam, vt tantum credant se propter
Christum in gratiam recipi, cum tamē ipsi in cor-
de suo, quod in Apologia aperte testantur, senti-
ant hoc non esse satis, quod vtrūque credant, sed
oportere hanc fidem charitate formatam esse, &
tum demum remissionem credere peccatorum.
Sic persuadent alijs quod necdum sibi ipsi persua-
serunt. Sic docent alios, quod an certum sit,
necdum apud se definierunt. Sic vt ecclesiasticã
eneruent doctrinam, docēt aduersus conscientia
suam, quæ vt alijs quadrarent erroribus, prius ex-
aminare oportuit. Quis nõ videat istos data ope-
ra suis voluisse imponere, quū aliud docēt, aliud
intelligūt, aliud effutiunt, aliud in corde versant?
Aliter sentiunt, atque rudi plebeculæ instillant.
Cur ita? Dicam quantum ego coniectura conse-
qui possum, quod aduersarij tam & si magna ex

parte exorditam erubeant telam, nolunt tamen propalā *παλινοδευ* Hoc enim est eorū q̄ in rēp. offenderūt, malum ingenium, vt perpetrātū faci nus non nisi coacti confiteantur.

¶ Haud dubiū quin nunc credant multi, ad priorem illam persuasionem prima fronte ambrosia acceptu iucondiorem, illecti, qui tamen haec nus nesciunt, quid isti secum in animo sentiant, quid conceperint, quid tandem pariant. Credunt inquam multi, & sine vlla trepitatione superbia dissentī sunt, auaritia rapaces, iracundia truces alea prodigi, vinolentia temulenti, liuore inuidi, libidinibus īcesti, crudelitate violēti, sed spe nī mirum frustrabuntur. Quid ergo in causa est, vt non fiant sui voti compotes? Quod isti necdum definierint, quam normam viuendi potissimū se qui debeant. Interim dum isti paturiunt, multa pereunt animarum milia, quæ iustificari poterāt si ab istis hoc melle aconito pestilentiore nō essēt inescati, si solidum ecclesiastici dogmatis cibum cum ructu non nauseassent. Iste autem cibus tanto est purior, quanto est vetustate defecator, eo appetibilior, quo fortior

¶ Sed ne tam alta, tam recondita, tamq̄ abstrusa delitescant sensa, aperiant nobis pectoris sui fenestram, quo perspicuum fiat, quid velint, quid meditentur, quid alta mente reposuerint. Fefellit enim suos haecenus oratio, mentitus est sermo, q̄ prorsus repræsentare debebat, quod multis dissimulationum inuolucris huc vsque obtegunt:

Aperiāt inquam, mentem suam vt introspiciant ipsi, si non est eis ocium dicere, discantque, quid factō opus sit, vt ad eam fidem contingant, quæ so-

Doctrina
Luthera:
parum so
lida.

Irridētur.
hic facere

DE IUSTIFIC.

la iustificet, an vllam debent gnauare operam
 vt a peccatorum sorde emaculentur, an omnino
 ignauiter desiderare. Si ibi latitat, quod citra ope-
 ram suam saluari possunt, virus certe tam sibi
 quam suis mortiferum circumferunt. Quod ve-
 ro istud animarum virus sit, aperit Apostolus, q
 aliud pharmacum peccati somno grauatis vt est
 animarum fidelis chirurgus, ingerit: Surge, in-
 quit, qui dormis & exurge a mortuis, & illumi-
 nabit te Christus. Si possunt peccatores citra vl-
 lam operam suam saluari, frustra docuit Chri-
 stus orandum esse indefinenter, quærendum iugi-
 ter, pulsandum pertinaciter. Frustra ingerit vt
 simus largi in egenos, vt vestiamus nudos, vt in-
 uisamus debiles & carceribus vinctos, vt sepe-
 liamus mortuos. Hæc em̄ omnia exiget ab his q
 velint ipsi misericordiam consequi, qui velint a
 peccatis absolui, & qui velint iustificari. Frustra
 consulit nobis scriptura, imo ipsa iustificatio no-
 stra Christus, vt prioris vitæ deuia, recta pœni-
 tentiæ amuisse corrigamus. Si vero adniti debet
 peccator, vt vere debet, vt e peccatorum monu-
 mento diuinitus adiutus resurgat, velim scire
 quatinus id illi exordiendū sit, vt de fide informi
 gradatim ad formatam illam fidem, quæ sola iu-
 stificat, ascendat. Conuenit enim Catholicis qd
 qui iustificari velit, necessario mentem verterit
 & studia: vt qui hæctenus gratia fuit indignus,
 nunc in ipso honorum operum sudore dignus fi-
 at. Aduersarij forte præter fidem nihil esse neces-
 sarium respondebunt. Sed quæ Catholici putent
 ad iustificationem facere, superius satis explica-

Ephesi. 5.

Matt. 23.

tum est. Quæ autem tradit ecclesia Catholica de iustificatione hominis, certa sunt, solida sunt, omniumque calculis approbata: & vna omnium catholicorum est sententia. Cõtra, quæ Luthera na docet ecclesia, ambigua sunt, lapsantia sunt pugnancia sunt, & prorsus talia quæ prius animos despondere faciant, quam pavidas conscientias erigant. Audiunt enim, qui mentem habent magis defecatam, ex ijs quæ ex Apologia referuntur, quod non sufficiat sola fides informis scilicet, ex propria animi motione, vel humana persuasione nata: sed quod habere oporteat fidem charitate formatam, sed viuam, sed vniuersis virtutum monilibus redimitam. Interim tamen subticent aduersarij, quando Deus illam hominibus & quibus infundat. Stat ergo fortiter quisquis ecclesiasticæ nititur doctrinæ, quæ pavidas, quæ lubricas hominum conscientias certam in Deum fiduciam docet, quæ quibus & quando deus remissionem peccatorum per CHRISTVM tribuat, sine vlllo fuce verborum ingerit. Tradit ista doctrina in homine quocunque modo peccet, nisi forte in hæresim laberetur, remanere fidem informem, qua sustentatus & adiutus magis deo & diuinis verbis, quam vllius hominum placito, quam suæ ipsius rationi & intelligentiæ, credat. Hac fide ceu experrectus compungitur, vt DEVM timeat, vt speret, vt obseruet, vt diligat, tamen si amor ille necdum absolutus langueat. Hinc nascitur proinde dolor quod deum offenderit, hinc orat, obsecrat, lachrymatur,

Dubium
apud ad-
uers. q̄do
homines
iustificen-
tur.
Homo
q̄do Ca-
tholi. iu-
stificetur.

DE IVSTIFIC.

& nihil non agit, vt deum, quantum in se est, reconciliet. Et istiusmodi homini confidunt deū nō defuturum, sed charitatem infuturum, quo fides illa informis fiat formator, qua incipiat iam deum diligere super omnia.

Certitudo datæ gratiæ q̄n̄ & vnde nascatur

Doctrina Ecclesiæ vetustissima.

Hic forte curiosulus quispiam dixerit: Qui sciam certo quando ex mea aliquanta præparatione idoneus sim, vt gratiam gratumfacientem id est, charitatem consequar? num quando mea poenitentia, gemitus, dolor, & lachrymæ impetrant gratiæ spiritus sancti charitatisq; infusionem? Ita plane. Nam ipsa clemētissima benignitas, ipsaque benignissima clementia huius rei gratia salubris poenitentia sacramentum instituisse sine vlla ambiguitate creditur, vt qui a sacerdote, vice dei in ecclesia præsidente, absolutionem peccatorum adeptus est, qui vere poenitet & sacerdoti peccata sua confessus est, semper que secum animo versat, vt veterem vitam noua conuersatione corrigat, nullumque ponit obicem: illum, inquam, idoneum censeat ecclesia orthodoxa, q̄ gratiam sancti spiritus accipiat, cui donum charitatis diuinitus infundatur. Hæc est illa vetus, apostolica, ecclesiastica, priscorum patrum, & Theologorū doctrina, autoritate Christi, longæuitate temporum, sanguine martyrum inculpata vita confessorum, puritateq; virginū confirmata, roborataq; adeo vt post tot hæreticorum phalanges inuictissima perstiterit. Hæc est prædulcis illa suauissimaque ambrosia, qua reficiuntur infirmi, qua eriguntur lubrici, qua sustentantur ope indigi, & quod aduersarij volunt qua consolantur pauidæ piorum hominum con-

sciētiæ. Hæc, inquam, est certa & indubitata germanaꝝ Catholicorum doctrina, qua qui nititur securus stat. Contra aduersariorum doctrina, q̄ de iustificatione tradunt, inuoluta est, sibi non cōstans, & cum diuinis literis vbiq; pugnans, quæ pavidas conscientias non tam consolatur quam deiicit, non tam sanat quam vulnerat, non tam erigit quam in desperationem adigit.

¶ Ex ijs, quæ nobis hæctenus dicta sunt, arbitrator perspicuum esse causas, vt hanc recentem aduersarij doctrinam, vixdum ante annos viginti natam (nisi forte ex cineribus Iohannis Huss statim prodiens, in nouum Lutherum sese transfudit) catholicæ ecclesiæ ignotam, multos decipiētem, statuerent, eos potissimum mouentes, esse in firmas & prorsus nullas. Nam quod isti prætendunt, multo melius facit Catholica & vetus doctrina, quam ista adulterina & omnio languida

¶ Nunc aliquot scripturarum autoritate, q̄s pro sua libidine detorserunt aduersarij, moluntur sed incassum statuere, q̄d sola fides iustificet.

¶ Aduersarij.

¶ Offendit quosdam particula, sola, cū & Paulus dicat: Arbitramur hominē iustificari fide, nō ex operibus. Item ad Ephe. Dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Item Romanos tertio: Gratis iustificati, & cæt.

¶ Respon. Catholica

DE IUSTIFIC.

Sola par-
ticula o-
mittere de-
bebat.

Galat. 5.

1. Petri. 4.

Psal. 31
Iacob. 2.

Opera le-
galia ex-
cluduntur
a iustifi-
cat.

Roma. 3.

¶ Haud mirum quod offenduntur plurimi per exclusiuam illam particulam, sola, quam isti Paulo non debebant addere pro sua temeritate. Sciunt quidem Catholici ingenueque confitentur ex Paulo edocti, hominem fide iustificari, & ex nullis operibus legis absque fide: neque ambigunt fidem donum dei esse. At negant Paulo sola fide hominem iustificari, præsertim quod ex eo audierint tantum valere fidem, quæ per charitatem operatur. Quo clam insinuat, aliam esse, quæ operatur quidem, sed non operatur per charitatem. De vtraque dictum est. Et beatus PETRVS, cui vna est cum Paulo autoritas, charitatem dicit operire multitudinem peccatorum. Et mystagogus ille beatum pronuntiat, cuius tecta sunt peccata. Et Beatus IACOBVS, cuius etiam irrefragabilis est autoritas, fidem sine operibus condemnat. Quapropter non est, quod sese de sola fide titillent aduersarij.

¶ Sed neque Paulus omnia opera excludit a iustificatione, sed tantum opera legalia, quæ ad mortem Christi omnia mortificata sunt & enervata. Vel de operibus eorum intelligit, qui tantum tribuebant suis viribus, vt ex ijs sine gratia dei iustificari se crederent. Non excludit opera, quæ ex lege CHRISTI tenentur tam iusti quam peccatores, facere: isti vt iustificentur, ille vt iustificentur magis. Qualia sunt, contritio, poenitentia, oratio, elemosyna, ieiunia & alia id genus, quæ iustificant peccatores. Hinc dicebat eisdem Romanis: Non auditores legis iusti sunt apud eum, sed factores legis iustificabuntur.

Hoc Catholici nihil aliud esse confidunt, quam si dixisset: Illi homines qui secundum mandatū Christi prioris vitæ pœnitētes egenis subueniūt, qui nudos vestiūt, qui hospicio peregrinos humaniter excipiunt, qui defunctis parētant, qui orāt, qui inedia carnem spiritui subiugant, & in summa qui mente integra, fide firma, virtute robusta parati sunt voluntati diuinæ ad oīa obsequi non qui sola fide stulte stāt, iusti sunt apud deum: Sic verecundo illi & præ multitudine peccatorum oculos sustollere non audenti publicano & pectus percutienti dicentique : Deus propitius esto mihi peccatori, culpæ relaxantur, additurq; gratia vt iustificatus domum abeat.

Lucæ. 18.

¶ Videor mihi hic & alium dolum subodorare cum fallendi studio magis quam docendi, suffuratur passim ex Paulo verba, q̄ suo istituto apti quadrant, alia interim intacta relinquunt. Vt hic dolose citant Paulum non plus dicentem, quam Arbitramur hominem iustificari fide non ex operibus. Addere debebant quod huc spectat, legis. Prima enim facie, cū hanc orationis particulam non explicant, videtur aperto Marte pro eis Paulus dimicare, quam si addidissent retraheretur lector, remorareturque vt apud se cogitaret, de qua lege Paulus hic loqueretur, Christi an Mosi Nam simpliciores, quibus non est euoluendi libros copia, mox arbitrantur vicisse aduersarios, quando tam aperte audiunt, iustificari hominem sine operibus. Si addidissent haud ita cito crederent. Idq; nō hoc loco tantū, sed & alijs plerisq; multis factitant, quasi pudeat eos verborū Pauli

DE IUSTIFIC:

Certe non tædet nos neq; verborum Pauli neque aliorum patrum: sed bona fide vt ipsa sunt & sonant, tradimus. Hæc eo dixerim, quod video ad uersarios scripturis nunc addere nunc auferre pro sua temeritate.

¶ Alia duo Pauli dicta Catholicis nihil officunt. At quod dicunt: Si displicet exclusiua sola, tollant ex Paulo etiam illas exclusiuas, gratis, non ex operibus, donum est, verba sunt nullius precij, cauillationes sunt & sophismata, quæ a Christianis pectoribus in re tam seria esse debent aliena.

¶ Aduersarij.

¶ Paulus non tantum de ceremonijs loquitur, sed de tota lege. Allegat enim infra ex decalogo: Non concupisces. Et si opera moralia merentur remissionem peccatorum & iustificationem, etiam nihil opus esset Christo & promissione: & ruerent omnia illa, quæ Paulus de promissione loquitur. Male etiam scriberet ad Ephesios, gratis nos saluatos esse, & donum dei esse, non ex operibus. Item Paulus allegat Abraam, allegat Dauidem. At hi de circumcissione habebant mandatum dei. Itaq; si vlla opera iustificabant, necesse erat illa opera tunc, cum mandatum haberet, etiam iustificasse. Sed recte docet Au

Augustinus, Paulum de tota lege loqui: sicut prolixè disputat de spiritu & litera, vbi postremo ait: His igitur consideratis pertractatisque pro viribus, quas dominus donare dignatur, colligimus non iustificari hominem præceptis bonæ vitæ, nisi per fidem Christi Iesu.

Augustinus falso citatus

¶ Respon. Catholica

¶ Quando falso Augustinum testem citant aduersarij, committamus eidem hunc nodum exoluendum, ut ipse ab iniuria contra aduersarios vindicet. Hic itaque beatus pater iniuste erroris insinulatus libro de fide & operibus, erroneum esse se dicit, credere quod ad obtinendam salutem sola fides sufficiat, docetque palam hunc errorem perniciosissimum toto conatu e fidelium mentibus eximendum esse, ne mala securitate propriam salutem perdant. Testatur item ibidem hunc errorem ex subobscuris Pauli sententijs natum, quodque aduersus illum errorem Apostolicæ epistolæ Petri, Iohannis, Iacobi dirigere debeamus intentionem, quo asseramus fidem sine operibus nihil valere.

¶ Nec in libro de spiritu & litera, vbi gratiam ut iustum est, vehementer extollit, sibi dissimilis est: sed quod in libro de fide & operibus dixerat, hic affirmat aperte. Evidenter enim docet per fidem informem impetrari gratiam iustificantem, si modo petamus, si quæramus eam. Tradit etiã hic, quod iustorum operum merces sit æterna vi-

DE IUSTIFIC.

Aug. pu-
gnat cū
Luthero.

Lex du-
plex

Iaco. 1.

ta. Quod hæc ita se habeāt vt dicimus, docebit manifeste liber iste, modo cogitationem aliquantisper a sensibus auoces: docebuntq; eiusdem Augustini & ex eodem libro verba, quæ suo loco ad confortandum pusillos, & eos quibus nō sunt ista Augustini opera, adnotabimus. Idque vel ob hoc præsertim fiet, vt videant Cæsarea Maestas, illustriss. principes, & priuatū vulgus, quam carptim q̄q; fraudulēter isti illū b. patrē allegēt vbiq; aduersus eos iusto pugnātē duello. **H**æc fere te phagesi dicta Pauli in lib. de spū et litera explicat. Discernit primū legē factorū a lege fidei.

Legē factorū, Mosi vocat legē. Legē vero fidei, legē vocat Chri. Docet proinde legē fidei nō esse sine præceptis, & non modo quæ credenda sed et quæ opere explere oporteat, tradere. Hoc solum interesse inter legē factorū & legem fidei, quod ista credendo impetrat, quod illa minando impetrat. Quo modo vero impetrat? Vtique quærēdo & petendo gratiam a deo, a quo est vt inquit Iacobus, omne datum optimum. Rursum quæreret quis, quō modo petet gratiā a deo, qui se primum a peccatis auertere non studuerit? Habet igitur lex fidei opera, quibus grām impetrat, qua adiutus homo legem dei perfecte seruare & implere potest. An non & lex fidei p̄ poenitentiam & humilitatē, orationem & eleemosynam, docet quærendam esse gratiam, qua iustificetur homo? Hoc nihil docet manifestius, quod si negatū pergas, euangelium Christi aut non legisse aut non intellexisse conuinceris. Porro ne putes Augustinum aliter habere, quam dicimus, audi q̄ dicat.

Lex, inquit, factorū est ipsa quæ dicit: Non eō

Augusti.
de spi. &
lit. cap. 17.

eupifces: quia per illam cognitio peccati est. Vo-
lo igitur scire si quis mihi dicere audeat, vtrum
lex fidei non dicat: Non concupifcas. Si enim nō
dicit, quid causæ est, cur non in ea positi securi &
impune peccemus? Hoc enim & illi putauerunt
Apostolum dicere, de quibus ait: Et sicut dicunt
nos quidam dicere: Faciamus mala, vt veni-
ant bona, quorum iudicium iustum est. Si autem
dicit etiã ipsa: non cōcupifces, sicut tã multa præ-
cepta euangelica & apostol. testificari & clama-
re non cessant, quare lex factorū etiam ipsa non
dicitur? Neque enim quia nō habet opera veteræ
sacramentorū, circūcisionis videlicet atque cate-
rorum, ideo non sunt opera, quæ habet in sacra-
mentis suis, huic iam tempori congruis. Aucte-
ro de operibus sacramentorum quæstio fuit, quã
do mentio legis ab hoc fiebat, quia per ipsam cō-
gnitio peccati est, et ideo ex ea nemo iustificatur:
vnde non per illam exclusa est gloriatio, sed per
legem fidei, ex qua iustus viuit. Sed nunquid per
istam non fit cognitio peccati, cum & ipsa dicat:
Nō cōcupifces? Quid igit̃ interest, breuiter dicã.
Quod operū lex minando imperat, hoc fidei lex
credendo impetrat. Illa dicit: Non concupifces,
ista dicit: Cum scirem quia nemo esse potest con-
tinens nisi deus dederit, & hoc ip̃m erat sapiã sci-
re cuius esset hoc donum, adij dominum & depre-
catus sum. Ipsa est sapiã quæ pietas vocatur,
qua colitur pater luminum, a quo est omne datū
optimum, & omne donum perfectum. Colitur
autem sacrificio laudis actionisque gratiarum,
vt cultor eius nō in seipso, sed in illo gloriẽt, ac p̃
hoc lege operis dicit deus; fac qđ iubeo, lege fidei

DE IVSTIFIC.

dicitur deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex ut ammoneat quid faciat fides, id est, ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid petat. Si autem continuo potest & obedienter facit, debet etiam scire, quo donante possit. Hactenus ille.

¶ Clarum est ex his Augustini dictis iubere legem ut admoneat, quid faciat fides, Audis etiam fidem debere doctrinam Christi imitari, videlicet, ut petat, ut quærat, ut pulset. Quandoquidem quærenti suppliciter & petenti, dat deus gratiam, quam alioqui temerario & de sola fide superbi-enti denegaret. Vides ergo Augustinum opera non excludere, & bene scribere, cum docet hominem non iustificari præceptis bonæ vitæ, nisi per fidem Iesu Christi. Nemo enim præcepta implet nisi qui prius credit. Et necesse est hanc fidem habere eum qui iustificari cupit, ut gratiam, qua adiutus præcepta servare possit, impetret. Quod vero sine omni opere legis non iustificetur homo dictum est nobis. Nam sine dilectione dei & proximi, quod utriusque legis præceptum est, nemo saluatur. Sunt & alia legis opera, ut videlicet in egenos simus misericordes, ut proximis si quid forte in nos deliquerunt, noxam indulgeamus, ut quod nobis oderimus fieri, alteri ne faciamus, sine quibus omnino nemo iustificari potest.

Opera quæ sunt adiustificatio nem necessaria.

Opera quæ ad iustificationem non pertinent

¶ Quæ sunt ergo illa opera quæ ad iustificationem hominis nihil conducunt? Sane ea, quæ non fiunt ex fide Christi, utpote si quis legis opera faciat obseruetque mandata ad amissim, & credat interim opera sua sine adiutorio & gratia dei sufficere ad iustitiam & salutem. Sic Abraham sic David & quotquot ex synagoga saluati sunt

absque operibus extra fidem Christi mediatoris factis duntaxat, iustificati sunt. Sed non sine operibus ex fide Christi factis. Opera ergo legis, quæ sine gratia dei per seipsa iustitiam & salutem sperant, velut superflua & inania a Paulo reijciuntur: illa autem quæ ex fide Iesu Christi fiunt, minime, sed sunt cum primis necessaria. Audi nunc an non eadem etiam Augustinus dixerit, & in eodem libro, quem citant aduersarij.

¶ Ecce, inquit, & præputium dixit iustificari ex fide, & circumcisionem per fidem, si tamē circumcisio iustitiam fidei teneat. Sic enim gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est, impetrando eam ex deo, non ex semetipsis præsumendo. Israel vero persequens legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus, id est, tanquam eam per semetipsos operantes, non in se credentes operari deum. Deus est enim, qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Ac per hoc offenderunt in lapidem offensionis. Nam quid dixerit, quia non ex fide sed tanquam ex operibus, aperitissime exposuit dicens: Ignorantes enim dei iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et adhuc dubitamus, quæ sint opera legis, quibus homo non iustificatur, si ea tantum sua crediderit sine adiutorio & dono dei, quod est ex fide Iesu Christi. Et subdens sic concludit.

¶ Fide igitur Iesu Christi impetramus salutem & quantum in nobis inchoatur in re, & quantum perficiendo expectatur in spe. Omnis enim qui in-

Augusti
n^o de spl.
& lit.

DE IUSTIFIC.

uocauerit nomen domini, saluus erit. Hæc ille.

¶ Neminem arbitror esse tam crassæ Mineræ qui non videat hæc pro nobis, nihil pro aduersarijs, facere. Sicut autem ista nobis militant: sic alia omnia, quæ tam longa disputatione absoluit si epilogizentur, nihil aduersarijs conferunt. Sed agunt isti semper pro sua consuetudine, vt quos non possunt veritate ipsa fallere, saltem aliquo veritatis fuco fallant.

¶ Licet ergo Apostolus Romanis scribens de vniuersa lege secundum Augustinum loquatur, non tamen omnia legis opera iustificare negat, sed illa tantum, quæ tali fiunt animo, vt ille q̄ legem operatur, in se confidens gratiam dei nō putet sibi esse necessariam. Illa vero legis opera quæ facit ex fide, q̄ operatur & postulat gratiã q̄ operatur fortit̄, ad iustificationē maxie sunt necessaria.

¶ Ingenue item confitentur Cathol. legē neminem iustificare, sed quid faciendum sit, ostendere & ostensum debere hominē facere. Nā cognouit se recte viuendi normam, & secundum eam vitā non instituisse, superuacaneum est & dānabile. Nā quod ait Christus, seruus sciēs voluntatē dñi & non faciens, plagis vapulabit multis. Et Paulus factores legis, non auditores iustos esse apud deum declarat. Quomodo autem illi iusti putantur? Num quod ex suis viribus legem fecerunt? Minime, sed quod implorata diuina gratia pauperibus subuenerunt largiter, hospites exceperūt hūaniter, nudos vestierunt liberaliter, liberaliter fecerūt oīa, q̄ ad diuini nois maiestātē videbantē pertinere. Cōcludimus ergo, vt hac parte nos aduersarijs imo Aug. accōmodemus, non iustifica-

Lucæ. 12.
Roma. 2.

ri hominem præceptis bonæ vitæ, nisi ea per fidē Iesu Christi peragat. Sed adhuc non desistunt isti Catholicis negotium facessere.

¶ Aduersarij.

¶ Si opera ex fide facta promerentur iustificationem, ergo nos scriptura fallit, dicēs gratis dari iustitiam, vt cum dicitur iustificati gratis. Et donum dei est, nō ex operibus, ne quis gloriatur.

¶ Respon. Catholica

¶ Eandem sæpe cantilenam præcinentibus cogimur eandem sæpe cantilenam accinere, vt malo nodo malus non desit cuneus. Iustificat quidem deus hominem gratis, requirit tamen opera ad iustificationē eius. Hoc forte respōsum aduersarijs videbitur monstruosum, & nihil ad rem facere: sed si patienter aures accommodauerint, dicēt ipsi, nisi pertinaces esse velint, appositissimū esse. Optimo quidē iure gratis nos iustificare dicitur qui citra vlla nra merita sed ex supereffluentissima bonitate illa nobis liberaliter tribuit, quibus iustificemur. Principio per fidem oculos mentis nostræ, propulsatis procul infidelitatis nubibus illuminat, quo eum, vt par est, & quoad licet homini, agnoscamus. Deinde timorem inquit, vt eius reuereamur potentiam, Tertio spe erigit ne animos despōdentes, desperemus misericordiam. Hæc summa dei dona, vt a peccatis abstinemus, vt ad deū opē petitori curramus, vt nostrā

Deus qui
bus nos
iustificet.

DE IUSTIFIC.

Math. 7

infirmi-
tatem pariter ac malitiam agnoscamus,
quodam modo nos perurgent. Post longam ve-
ro orationem exauditi (id enim promisit pertina-
citer in oratione perdurantibus) conuertimus om-
nia studia, omnia opera nostra, omnes cogitatus
& nos ipsos denique totos ad seruitium Christi.
Interim prioris vitæ maculas lachrymis singul-
ribusq; abstergimus, vt quemadmodum prius
quam crederemus, toto corpore totaq; anima di-
abolo eramus mancipati: ita iam manumissi, to-
to corpore, totaq; anima domino redemptori at-
que creatori fideliter ad suam voluntatem deser-
uiamus. Duplici autem hoc subsidio indigemus,
primum vt a peccatis resurgamus, deinde vt qd
agendum pœnitentibus quidue fugiendum sit, ag-
noscamus. Vt truncus dei donum est. Nam non su-
mus sufficientes, ait apostolus, cogitare aliquid
a nobis, quasi ex nobis, sed omnis sufficientia no-
stra ex deo est. Et sine me, inquit ipse Christus, ni-
hil potestis facere.

2. Cor. 3

Iohan. 15.

¶ Porro si hæc dei dona negligas, & ad pristi-
na studia velut canis ad vomitum reuertaris, quæ
erit perditæ iustificationis tuæ author? Nūquid de-
us? sed ille te in sortem filiorum dei adsciuerat, ille
tecum de denario diurno, vt in vinea dñi labora-
res, conuenerat: sed tu recusasti operam, tu respu-
isti seruitium dei, malens concupiscentiæ & car-
ni ancillari, tu defecisti iugum dei, vt diabolū ha-
beres in sefforem. Nonne videntur tibi opera ad
voluntatem dei & ex eius ope facta, aliquid ad
iustificationem facere? Cur ex Christianis mul-
ti per fidem in Christū iustificari pereunt? Nimi-
tum quia vocationi suæ & iustificationi per opa

Negligē-
tes iustifi-
cationē.

bona non rñderunt. Cur saluātur multi quod di-
 uinae voluntati sese per grām a deo acceptā ac-
 commodauerunt. Vna vtrorūq; vocatio, vnaq; Augu. de
 iustificatio, sed non vna salutis portio. Isti collau- si. & op.
 dabuntur opæ perfectæ, illi vituperabuntur ne-
 glectæ. Fides ergo sine opibus mortua est, inqt
 apostolus, qua voce, vt inquit Augustinus, nihil
 verius, nihil breuius, nihil vehemētius dici potuit

¶ Aduersarij

¶ Ei qui operatur, merces non imputat
 secundum gratiam, sed secundum debitū.

¶ Responſio Catholica.

¶ Agnoscimus plane hoc apost. paradoxū, quo
 nihil verius esse potest, sed nihil officit doctrinae
 catholicae, imo expungit desidem, vt magis bo-
 nis operibus insistat. Tam bene operanti vt opus
 sit mercede dignum, meritum & merces laboris
 fit precium operis. Profecto ei qui sic operatur,
 merces non imputatur secundū gratiā sed secun- Exegetis
 dū debitū. Et ad hunc sensum loquitur Paulus. Cō catholica
 futat em̄ eos qui ipsi opera sua magnificabāt, & verbi
 sola ad salutem consequendā sufficere male con- Pauli.
 fidebāt. Cum vero alicui alienæ opis indigo, opu-
 lentior quispiam commiserationis affectu pmo-
 tus ob exiguū opus magnū, imo operis rationem
 multis modis sup̄grediens, donū pollicetur: cum
 dederit aut̄ quod pollicitus est, non tā opus quam
 hominis penuriā pensans, dat secundū gratiam,
 non secundum debitum.

¶ Accipe & aliā huius dicti ephesim. Pone
 esse aliquot qui regi ob perpetrātū facinus obno-

DE IUSTIFIC.

Alia ex xij. iussi sunt exulare & in extrema paupertate
gelis co- vivere. Tandem rex eorum misertus, iubet eos
undem ad se venire, & commissi peccati veniam pete-
verb. re. Addit pro sua clementia se eis non solum non
 nociturum, sed in gratiam recepturum, imo pau-
 pertatem eorum multa rerum copia subleuaturū
 Isti ne, si tantam boni principis nō audiunt vocē,
 iuste in egestate & in indignatione regis permanē-
 tē Contra, si obaudiāt, faciātque, qđ decet eos
 qui ob peccatū rei sunt, putas regem verbis suis
 re ipsa quam promisit, non responsurum? **Mini-**
me, sed si bonus vir erit, aget sedulo, ne verbis
 facta discrepent: nō quod illi digni sint, sed quod
 principem deceat clementia.

¶ **Applica** hęc si videtur, ad regis regū domi-
 nicę dominorum supremā maiestātē, quā vt est
 clemēs ita & iusta est. Quod si adeat eā quis gra-
 ui peccatorū pondere onustus, eū quidem si desit
 deret exonerat, non desiderantem vero negligit
 Quod illum fasce leuat gratiæ est, quod istū cōtē-
 nit, iustitię. Non merētur quidē illius opera, vt tā-
 ta Maieestas sese pctōri & tāto pctōri accōmodet
 sed q̄a lachrymis, ieiunijs, inedia, eleemosyna, et
 toto pectore incessātē petit, facit quod decet suā
 clemētiā, hñficiētiā, bonitatēq; & largitatē. Et
 tamē quicquid facit, gratis facit. Quātula enim
 sunt humana opera ad exuberantissimū illum
 omnium honorum fontem, vnde in homines
 idoneos defluit multa gratiæ abūdātia? Hac ra-
 tione arbitror Christiano lectori satisfactum.

Deus q̄s
audiat q̄s
reprobet.

¶ **Aduersarij.**

¶ **Augu.** expresse testat hōiem iustificari
 gratis, id est, nullis suorū operū præcedem

tibus meritis, alioq gratia iā nō esset grā.

¶ Responſio catholica.

¶ Longe aliter atq; isti obijciunt vbiq; habet Augustin^o. Et vehemēter admiror quod istos homines mēdaciorem nō pudet tam apertū. Augustinus itaq; libro de spiritu & litera tamen si gratiā magnificet operūq; merita attenuet, docuit tamē, vt paulo ante prægustatū est, per fidē informem quæredā esse et imperrandā iustificatē gratiā. Si autem, quod nemo negabit, quærere et orare actiones sunt, relinquitur, opera præcedere iustificatē gratiā quæ eā impetrent. Vt autē id magis elucescat, loquat iterū idem Augustin.

¶ Iusto, inquit, non est lex posita, quæ tamē bona est, si quis ea legitime vtatur. Hæc duo Apostolus velut inter se cōtraria connectens, monet mouetq; lectorē ad perſcrutandā q̄stionē atq; solvendā. Quō em̄ bona est lex, si q̄s ea legitime vtatur? Si em̄ quod sequit̄, verū est, sciens hoc quia iusto lex nō est posita. Nā quis legitime vtatur lege, nisi iustus? At ei non est posita, sed iniustus. An & iniustus vt iustificet̄, i. iustus fiat, legitime lege vti debet, q̄ tanq̄ pædagogō pducatur ad grām, p̄ quā solā qd lex iubet possit implere? p̄ ipsam qp̄pe iustificat̄ gratis, i. nullis suorū operū præcedētib; meritis. Alioq grā iā non est grā, q̄n̄ quidem ideo dat̄, nō q̄a bona opa fecimus, sed vt ea face re valeamus, i. non q̄a legē impleuimus, sed vt legē implere possimus. Ille em̄ dixit: Nō veni solvere legē sed implere, de q̄ dictū est: Vidim^o gloriā eius gloriā q̄si vnigenitā a p̄re, plenū grā & veritate. Hæc est gloria de qua dictum est: Omnes enim peccauerunt & egerunt gloria dei. Et hæc est

Mēdaciū
arguunt̄.

Aug. de
spū & li.
ca. 10

Lex cur
iniustis
posita.

DE IUSTIFIC.

gratia de qua continue dicit: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Iniustus ergo legitime lege utitur ut iustus fiat. Quod cum factus fuerit, ea iam non utitur tanquam vehiculo cum peruenerit, vel potius, ut supradicta similitudine apostoli utar, tanquam pedagogo cum eruditus fuerit. Quomodo enim iusto non est lex posita, si & iusto est necessaria, non qua iustus ad iustificantem gratiam perducatur, sed qua legitime iam iustus utatur. An forte imo vero non forte, sed certe sic legitime utatur lege iam iustus, cum eam terrendis imponit iniustis, ut cum & in ipsis coeperit inolitæ concupiscentiæ incentiuo prohibitionis & cumulo præuaricationis augeri, confugiant per fidem ad iustificantem gratiam & per donum spiritus suavitate iustitiæ delectari, pœnam literæ minantis euadant? Ita non erunt contraria, neq; inter se duo ista pugnabunt, ut etiam iustus bona lege legitime utatur, & tamen iusto lex posita nō sit, nō enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei, quæ credidit nullo modo posse suæ infirmitati ad implenda ea quæ lex factorum iuberet, nisi diuina gratia subueniri. Hæc Augustinus.

¶ Qui hæc ad viuum excusserit, deprehēdet Augustinum istorum ora mēdacijs nata, occludere. Non enim dicit expresse imo neq; suppressse hominem iustificari gratis, nullis suorum operum præcedentibus meritis, sed sic dicit: Iniustus per legem tanquam per pedagogū perducitur ad gratiam, ut iustus fiat. Quamdiu iniustus est & ductur, non est iustificatus, credit tamen, quamuis fide necdum formata. Cum peruenerit autem, iustificatur, & credit perfecte, & non ducitur am-

plius, sed suapte spōte vt iam iustificatus, implet legem. Vides igitur ingenue lector, quam fallaciter, quam mendaciter isti blaterones istum b. virum contendunt dicere, quæ nunquam cogitauit. Vide iterum Augustinum, nam institutū est aduersario eius viri autoritate frangere.

¶ Lege operum dicit deus, inquit, fac quod iubeo, lege fidei dicitur deo, da quod iubes. Ideo em̄ iubet lex, vt admoneat quid faciat fides, i. vt cui iubetur, si nondum potest, sciat quid perat.

Augu. de
spi. & lit.
capit. 13.

¶ Audis etiam hic peccatori per fidem aliqd obcundum esse operis, quo iustificantem gratiā impetret. Quid vero obire debeat peccator vt iustificantem gratiam accipiat, sepe numero dictū est. Animaduertant hic Cæsa. Ma. & alij Illustriss. nobilissimiq; viri, si q forte Lutherana sunt farina conspersi, quam fraudulenter, quam callide isti ex Augustino passim surriperint, quæ suum videbantur errorem protegere, relictis interim ijs, quæ ad nasum erāt, quæq; eos rursus erroris arguere poterāt. Ideo nos non surreptitias sed integras adnotauimus sententias, vt ipse per se lector iudicet, cui palma debeat.

¶ Aduersarij

¶ Paulus inquit: Euangelium est potentia dei ad salutem omni credēti. Item fides est ex auditu. Et vel hinc argumentum sumi potest, quod fides iustificet, quasi tantum fit iustificatio per verbū, & verbum tantum fide apprehenditur, sequis

DE IUSTIFIC.

tur quod fides iustificet.

¶ Respon. Catholica

Verbi au-
ditu ne-
mo iusti-
ficatur.

¶ Dignum plane patella operculum. Magnū aliquod se putant aduersarij fecisse, cum tamē nihil fecerint. Vtrunque enim tam probatio quam probatum non constat. Vbi amabo vnquam lectum est, quod per verbum iustificetur peccator. Si per verbum dei iustificantur homines, triūphat rursum cum apostolis Iudas, neq̄ reprobati sunt Iudæi, qui toties ipsum audierunt Christū. Sed id absit, vtriq̄ enim damnati sunt. Nam & plurimi qui Christiani censentur, vbi in iudicio cœperit ille iudex detonare, audient: *Discedite a me operarij iniquitatis, & cæt. quæ superius docuimus.* Persuadere sibi possunt aduersarij, quod sola fide iustificentur, sed nisi voluntatem patris fecerint, audient: *Ite maledicti in ignem æternū. Esuriui enim & non dedistis mihi manducare, & cæt. Sic improbato antecedente necessum est & alia non cohærere.*

Matth. 7

Matt. 25.

¶ Aduersarij

¶ Consequi remissionem peccatorum est iustificari iuxta illud: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates.*

¶ Sola fide in Christum non pp dilectionem aut opera consequimur remissionem peccatorum, & si dilectio sequitur.

¶ Igitur fide iustificamur, intelligēdo iustificationem ex iniusto iustum effici.

¶ Cathol. Responſio.

¶ Maiorem propoſitionem accipimus, Mino-
rem vero vt hæreticam improbat ipſe Iohannes
dicens: Qui nõ diligit, manet in morte, culpæ ſci-
licet. Quemadmodum enim, vt ſimilitudine vtrius-
que euangelica, nemo duobus dominis ex dia-
metro pugnantibus ſeruire poteſt, ſed alterum di-
liget, alterum odio infectabitur: ita nemo ſimul
deo placere & diſplicere, neq; ab eo diligi & odio
haberi poteſt. Sed hoc imprudenter hic colligunt
aduerſarij. Qui a deo accipit remiſſionem pecca-
torum, utiq; a deo diligitur, & acceptus eſt ei.
Atqui hæc iuſtificatio, vtcunque credas, nunquã
fit abſq; diuinæ gratiæ infuſione, dicente Apoſto-
lo: Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et: gra-
tia eſtis ſaluati per fidem. Qui vero deum non di-
ligit, viciffim neq; diligitur a deo. Ego inquit di-
ligentes me diligo. Et iterum ipſe Chriſtus: Qui
diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam
eum. Vt deus diligit eos qui ſe diligunt, ita eos q
charitate vacant, auerſatur, deteſtatur, odit. Et
impoſſibile eſt hominem deo eodem tempore
charum & odioſum eſſe. Quod ſi verum eſt, ſi-
cut vere eſt, ſequitur fidem per dilectionem ſem-
per, ſine dilectione nunquam iuſtificare.

¶ SED hic obiter admonitum te velim ami-
ce lector, quod alicubi iſti contenderunt, fi-
dem nunquam informem, id eſt, ſine charita-
te eſſe. Hic ruruſus ſui obliti, cum oporteret men-
taces ſemper eſſe memores, dicunt: & ſi dilectio
ſequitur, fidem ſcilicet. Sic autẽ cuerſis præmiſſis

Matth. 6

Roma. 5.

Proue. 8.
Dilectio
ad iuſtifi-
catiõem
neceſſar.

DE IUSTIFIC.

neceſſe eſt etiam conſequentia non conſiſtere.

¶ Aduerſarij

¶ Ira dei nõ poteſt placari ſi opponamus opera noſtra, quia Chriſtus propoſitus eſt propitiator, vt propter ipſum fiat nobis placatus pater.

¶ Chriſtus autem non apprehenditur tanquam mediator niſi fide.

¶ Igitur ſola fide conſequimur remiſſiõem peccatorum, cum erigimus corda fiducia miſericordiæ propter Chriſtum promiſſæ.

¶ Catholica Reſpõſio

¶ Tam & ſi ſola fide cognoscamus Chriſtum mediatorẽ, redẽptorẽ, propitiatorẽ, redẽptionẽ tñ & propitiationẽ nõ niſi per fidem, quæ p̄ charitatem operatur, cõſequimur. Necq̄ ſola fides, ſed dilectio ex fide mediatorẽ Chriſtum apprehendit. Nam authore Iohãne, deus charitas eſt & q̄ manet in charitate in deo manet & deus in eo. Præterea licet redẽptorem per fidem ſolã agnoſcamus ipſam tamen redẽptionem (iterum dico) niſi per poenitentiam accipimus. Quicquid vero accipimus, quicquid bene agimus, eius munus eſt. Si eius munus eſt, quicquid bene agimus, non eſt, q̄ iſti dicant, irã dei placari nõ poſſe, ſi opponamus opera noſtra, quæ non tam noſtra ſunt quam dei qui nunquam non in creaturis ſuis operatur. Igit̄ necq̄ hac parte aduerſarij Catho. euicerũt veritatẽ

Fide charitate formata fit rem. peccata.

1. Ioan. 4.

Deus operatur in hominibus ſicut in alijs creaturis.

¶ Aduersarij.

¶ Paulus ait: Per ipsum habemus accessum ad patrem per fidem. Igitur fide accipimus remissionem peccatorum.

¶ Responso. Cathol.

¶ Pauli vocem vbiq; libenter accipimus, sed hanc frigidam collectionem eorum, nisi aliter docuerint, contemnimus. Aliter enim edocti, fidei etiam charitatem connectimus, quæ est vinculum perfectionis.

¶ Aduersarij.

¶ Petrus ait: Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Quia igitur omnes in Christum credentes remissionem peccatorum per nomē, hoc est propter eum accipiunt, ergo non propter nostra merita, contritionem, attritionem, dilectionem cultus & opera.

¶ Respon. Catholica

¶ Nemo est, qui neget per Christum dari remissionem peccatorum, sed controuersia est, an ad solam fidem donetur. Hic enim idem Petrus, vt clauum clauo repellamus, aliud præter fidem esse necessarium. Nam in Actis apostolicis etiam sic dixit: Pœnitimini & conuertimini, vt Actu.

DE IVSTIFIC.

2. Petri. 1.
Multa
ad iustifi-
cationem
necessar.

deleantur pctā vestra. Et idē alibi: Vos autē minif-
strate in fide v̄ra virtutē, in virtute sciam, in sci-
entia autē abstinentiam, patientiam, pietatem
amorem fraternitatis, charitatem. Cui nō p̄sto-
sunt hęc, cæcus est, Ex iussione beati pat. Augu.
non potui ista non recitare aduersus eos, qui ita
fidei omnia tribuunt, vt etiam charitatem eius-
que munia contendant non esse necessaria.

¶ Aduersarij

¶ Peccatorum remissio est res promif-
sa propter Christum, igitur non potest ac-
cipi nisi sola fide. Ideo ex fide vt sit firma
promissio secundum gratiam. Si enim p̄-
deret res ex meritis nostris, incerta & inus-
tilis esset promissio, quia nunquam cōstis-
tuere possemus, quando satis meriti esse-
mus. Ideo Paulus ait: Conclufit deus oīa
sub peccato, vt p̄missio ex fide Iesu Chris-
ti detur credentibus.

¶ Respon. Catholica.

¶ Hoc putant argumentum esse tam validū
tam efficax, vt nullo ariete euerti possit. Sed qd
est tam forte munimen, quod ipsam veritatem
subuertat? Certe non est sapientia, non est prudē-
tia, non est consilium aduersus dominum. Remif-
sio peccatorum est quidem propter Christū pro-
missa, imo datur propter Christum, sed sola fide
nemini contingit. Sed id toties dictum est, vt for-
te aliquibus nauseam pepererit. Neq̄ satis firmā

ter ex sola fide promissionem expectat, id est, remissionem peccatorum, qui Christo semel per baptismum inauthoratus est: & candidam illam vestem quam ibi induit, & male viuendo exuit, non consequetur nisi per pœnitentiam. Nam qd deberent facere peccantes, inqt inuictus ille martyr Cyprianus, magisteria diuina docuerunt.

Operationibus iustis deo satisfieri, misericordiæ meritis peccata purgari, & apud Salomonem legimus: Conclude elemosynam in sinu pauperis, & cæt. Neq; enim promereri misericordiam domini poterit, qui misericors ipse non fuerit, aut impetrabit de diuina pietate aliquid in precibus, qui ad precem pauperis nõ fuerit humanus. Iam si quid habet hæc vna omnium sententia impedimenti, expostulent etiam ipsi cum hoc sacro pontifice, qui hac fide robustus ceruicem licitori hilariter obtulit.

Cypria.
ser. de elemosy.
Ecclesi. 29

¶ Porro remissio peccatorum non pender solũ ex nostris meritis, sed neque ex sola fide. Si ex solis meritis penderet, proculdubio incerta esset & inutilis: quia nunquam constituere possemus, quando satis meriti essemus. Rursum si ex sola fide penderet, iterum hæsitandum esset an fides complecteretur quæ complecti oportuit, præsertim cum fidei non est annexa dilectio. Quomodo enim credas de eo grandia, cuius bonitatem charitate non complecteris? Quomodo credes quod inimicus inimico benefaciat? Quamobrem cum & hoc incertum sit, profuerit vtracq; connectere, charitatem fidei, fidemq; charitati, & sic secundum doctrinam Petri satagere, vt quisque per bona opera certam faciat vocationẽ suã &

Remissio peccator vnde pendeat.

2. Petri. 1.

DE IUSTIFIC.

electionem. Et ne quis putaret bona opera ad iustificationem non pertinere: addit: Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum domini & saluatoris nostri.

¶ Conclufit quidem deus omnia sub peccato vt ex fide Iesu Christi promiffio detur credentibus, quæ promiffio nulli contingit infideli. Sed cur conclufit omnia sub peccato? Si retuliffent fe hic aduerfarij ad catholicos fcripturarum expofitores, didiciffent, ideo omnia cõelufa effe sub peccato, vt agnofcerent homines fe deliquiffe compellerenturque ad peccati veniam depofcendam, & ad Chriflum confugere, qui hanc pollet præftare. Detrahit meritum, fed quibus? Qui ad iudaicas reuerfi erant fuperftitiones, quas putabant etiam ad iuftificationem pertinere. Et merito quidem tollit eis de falfa honorum operum opinione fupercilium, qui fuam volentes iuftitiam conftituere, iuftitiæ dei non erant fubiekti. Quibus dicebat: Quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuo feruire vultis? Item: Quoniam fi circumcidamini, Chriflus vobis nihil proderit. Quæ autem collatio eft circumcifionis, & honorum operum, quæ faciunt Chriftiani?

**Meritum
quibus de-
trahatur.**

Rom. 10.

Galat. 4.

Galat. 3.

Actuu. 10.

Corneli.

Cen ad-

hucgēt.

q̄no me-

ruiſiſſo

nē angeli

¶ In Actis Apoftolorum legis de Cornelio quidam cohortis Italicæ centurione, quod religioſus fuerit ac timens deum cum omni domo ſua, quod que fecerit multas eleemoſynas plebi. Sed iſta gētilis adhuc fecit. Et hac ratione meruiſſe videtur, vt ad iuſtificationem reciperetur. Sic enim dixit ei angelus: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcē

derunt in memoriã in cõspectu dei, Si istius bona opera, quæ fecit cum adhuc expers esset Christianæ fidei, meruerunt visionem angelicam, & vt p̄sentarent deo, quãto magis grata sunt deo opera, quæ ex fide facit Christianus? Quare non est satis ad remissionem peccatorum vt credas eam tibi per Christum contingere, nisi opera fidem tuam viuificent, quæ sola mortua est.

¶ Iam cum volunt disputationis suæ finem facere, vt simplicibus fidem faciant, ista sequentia ponunt paradoxa.

¶ Aduersarij.

¶ Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impiũ, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositũ gratiæ dei.

¶ Nos in Christo Iesu credimus vt iustificemur ex fide Christi, et nõ ex operibus legis.

¶ Sicut Moses exaltauit serpẽtem in deserto, ita exaltari oportet filiũ hominis, vt omnis qui credit in ipsum non pereat.

¶ Non misit deus filium suum in mundũ vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur.

¶ Notum sit vobis viri fratres, q̄ per hunc vobis remissio peccatorũ nuntiatur,

DE IUSTIFIC.

& ab omnibus quibus non potuistis in lege iustificari. In hoc autem omnis qui credit, iustificatur.

¶ **Cathol. Responſio**

¶ **O**mnia iſta loca, & ſi quæ alia demonſtrari poſſunt, de fide loquuntur charitate formata, quæ ſolâ iuſtificare cum Paulo dicunt Catholici. Col ligunt circumcirca aduerſarij ea quæ ſolam fidei habent nomenclaturam, ſed non aduertunt incô moda, quæ fides illa habeat, ſi non ſit charitate formata. Colligere quidem & nos poſſemus lō gum eorum catalogum quæ operum præ ſe fer rent nomenclationem. Sed id ridiculum eſſet non minus quam illud eorum facinus. Neq; vero de cet Catholicos ceu ſine cerebro indifcriminatim ſcripturis abuti. Quod iſti ſcripturarum loci, q̄s citant hic aduerſarij, & alij quotquot tandē ad duci poſſunt, de fide charitate formata intelligi debeant, neque ipſi aduerſarij negare poſſunt. Nam ipſi dicunt fidem nunquam informem eſſe .i. ſine charitate, quæ nunquam non iuſtificat. Sed iſta ſæpenumero diximus. Allegant etiã alia ni hil nobis ſi nollēt contēdere, officiētia, nēpe iſta:

¶ **Fide purificans corda eorum.**

¶ **Iuſtus ex fide viuit.**

¶ **Notitia eius iuſtificabit multos.**

¶ **Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui nō ex ſanguinibus, & cæt.**

¶ Quod ex fide tantum & notitia Christi nemo iustificetur iſdem ipſi docent, quando aſſerunt fidem illam de qua locuti ſunt Apoſtoli, non eſſe ocioſam notitiam. Quam obrem ſi non eſt ocioſa notitia, operæ precium eſt eam aliquid operari, quo ſpiritus ſanctus, qui in ocioſos ſeſe non ingerit, illapſus, vim ſuam explicet, vt fides cum charitate iuſtificare poſſit. Quid vero fides illa informis facere debeat, vt ſpiritus ſanctum mereatur, ocioſum forte fuerit reſumere, propter vitiligatores tamē dicimus, quod orare, quæſere & pulſare oporteat: & quod qui ſedulo orando, quærendo, pulſando deſiderabundi eam efflagrant, voluntatis ſuæ compotes fiant. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Et: Voluntatem timentium ſe faciet & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. Hinc quoque dictum eſſe omnium eſt ſententia: Dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, & cæt. Poteſtas enim illa hominibus data, qua tam ardua poſſunt, voluntas eſt & ingens cupido deum promerendi per bona opera, quæ non niſi ex fide eſt in Ieſum Chriſtum, tametiſi rudis ſit & informis.

¶ Auſim dicere, ſi aduertiffent Antagoniſtæ poſterioris ſententiæ incommodum, opinio- nem ſuam maximopere impediens, nunquam eam Catholicis obtruſiffent. Id ego docebo, ita tamen vt lectori *ωάρετρον* ſit. Non itaque ab re monuit apoſtulus, eis præcipue datam eſſe poteſtatem filios dei fieri, qui iam ex deo nati filij dei ſunt. Si autem iam filij DEI ſunt, quomodo datur eis poteſtas, vt filij DEI.

Matth. 7

Pſal. 144.

Iohann. 3

Dedit eis
poteſta.
& c. quō
intelliga
tur.

DE IVSTIFIC.

fiant? Quocirca norabis, vt te ab hoc absoluas labyrintho, cum in fide Christi, qui poenitet, baptizatur, vtiq; deo nascitur, & filius dei constituitur. Quod si post baptismum mortalibus sese rursus polluat maculis, ex filio dei filius fit diaboli, dicente Iohanne: Qui facit peccatum, ex diabolo est. Et alibi de similibus dicebat Christus: Vos ex patre diabolo estis. Qui si per fidem licet infor mem, quam semper retinent, per poenitentiam reuertantur ad deum, probe sua potestate defuncti sunt. Huc ergo spectat illa potestas diuinitus tibi data, vt si quãdo forte agitante diabolo pecces, protinus adnitaris poenitere peccati. Vide nunc, quantum profuerit aduersarijs ista contra catholicam veritatem adnotasse.

1. Ioha. 3.

Iohann. 3

Capiuntur hic aduersarij.

¶ Iam si vellent sibi ipsis constare, catholicæ sententiæ haud multum refragarentur. Docent enim in Apologia sentiendum esse de Christo, quod penes ipsam quærenda sit remissio peccatorum, quodq; tam a Christo quærere summus sit cultus. Si sola fide percipitur remissio peccatorum vt supra docuerunt, quæsum opus est quærere. Si autem quærere oportet, quæ admodum hic catholice cõfiteretur, quomodo sola fide percipitur? Sic solent parum in sacra pagina eruditi, nunc istud nunc illud dicere, & infantiliter sæpe offendere.

Falso citatus Ilias.

¶ Demum illud: Iustus ex fide viuit, accipimus: sed quod ex sola fide iustificetur impius, minime. Et illud: Notitia eius iustificabit multos, nescio quomodo distorqueant, vt suum statuunt errorem. Nam neq; Hieronymus neq; Lxx, neq; ille qui nuper multa Biblijs adnotauit, huius tam singularis meminit interpretationis, quam forte Lutherus,

nemine iubente mundo inuexit. Neque nos hebraici idiomatis tam ignari sumus, quin videamus hic in Hebræo scriptum esse, **ברעתו יצריק צריק עברי לרבים**. Quod recte interpretatus est Hieronymus. In scientia sua iustificabit iustus seruus meus multos. Isti ut statuant suum errorem, data opera omittunt primum **ב**. quæ d positionem in significat, deinde **צריק עברי**. .i. iustus seruus meus. An Lutherus hunc locum iura vertet, nescio, certe isti data opera corrumpunt prophetæ sensum, ne videatur scientia pro doctrina sed pro fide accipi debere, cum tamen Hieronymus & alij catholici scripturarum expositores hic scientiam pro doctrina cõcorditer acceperint. In re certe nihil esset periculi, etiam si ita essent interpretati, cum omnia ad vnum scopum fidei cui, ut iustificet, charitatem annectimus, referantur, sed detestamur istorum audaciam, qui pro sua ipsorum libidine fallendique animo omnia inuertunt.

¶ Citant quoque aduersarij in testimonium beatum Ambrosium, quasi ille eorum patrocinetur errori, sic cuidam Ireneo per epistolam dicentem: Subditus autem mundus eo per legem factus est, quia ex præscripto legis omnes conueniuntur, & ex operibus legis nemo iustificatur, id est, quia per legem peccatum cognoscitur, sed culpa non relaxatur. Videbatur lex nocuisse, quæ omnes fecerat peccatores. Sed veniens dominus Iesus peccatum omnibus, quod nemo poterat euitare donauit, & chirographum nostrum sui sanguinis effusione deleuit. Hoc est quod ait: Vbi abundauit peccatum per legem, superabundauit

Ambro.

DE IUSTIFIC:

Iohann. 1. gratia per Iesum. Quia postquam totus mundus subditus factus, totius mundi peccatum abstulit, sicut testificatus est Iohannes dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et ideo nemo gloriatur in operibus, quia nemo factis suis iustificatur. Sed qui iustus est, donatum habet, quia post lauachrum iustificatus est. Fides ergo est quæ liberat per sanguinem Christi, quia beatus ille cui peccatum remittitur & venia donatur.

Ambrosium vna cum catholica sua sententia accipimus: sed hanc malā alienamque istorum non recipimus interpretationem. Nam Ambrosius aperte loquitur de operibus legis Mosiacæ, utpote de circumcisione, sacrificijs, baptis-
2. Thef. 1. quæ iam fecisse peccatum est. Non excludit opa legis nouæ, quæ nisi facias, interibis. Nam ut auctor est Apostolus, qui non obediunt euangelio, poenas dabunt in interitu æternas. Dicit virtute passionis Christi gratiam dari qua iustificentur homines, non efficacia operum, quæ precium esse nequeunt iustificantis gratiæ, quæ eam toto conatu persequentibus gratis datur. Hinc dicit
Ambro. idem sacer *ὁρθόμους* Qui iustus est, donatum habet. Quomodo donatum habet, nisi per fidem charitate operantem? Vnde subdit, fides est quæ liberat per sanguinem Christi. Quomodo liberat, nisi gratiam quæ iustificat oratione, ieiunio & elemosyna impetret? Iustificat ergo fides absque operibus legis, quæ ita fiunt, ut qui ea facit, gratiam Christi sibi non putet esse necessariam. Non iustificat autem sine

operibus ex fide factis, de quibus quid sentiat Ambrosius audiant. Nam hoc aperiet eorum sensum, quæ hic aduersus veritatem obijciunt aduersarij, cum tamen ipsis magis, qui obiecerunt, repugnet. Sic itaque ait:

¶ Dicit scriptura diuina, sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccata. Magna plane & cunctis ambienda sententia, quæ hominibus pene iam mortuis & peccatorum suorum incendio arefactis, rediuuuum quoddam beneficium pollicetur, vt interueniente eleemosyna sicut inter mortuis succus refrigerium arefcentibus infundatur, hoc est vt miseri homines qui in mortem peccatis aruerat, ad vitã eleemosynis reuiuiscant, sitq; illis misericordia fons salutis, quibus auaritia fuerat mortis incendium. Hactenus Ambrosius. Vides ne lector, quam longe aliter iste atq; illi sentiant? vides ne quod illa quæ citantur pro se aduersarij, pro se nihil faciãt, quodque de veteris non de nouæ legis operibus intelligenda sint? Audi eundem iterum:

¶ Emat, inq; peccator sibi quodam modo innocentiam, qui sibi emerat aliquãdo peccatum. Dicit enim dominus ad discipulos suos: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Quamuis ergo pollutus, quamuis multis criminibus circumseptus, si eleemosynas feceris, innocens esse cœpisti. Abstergit enim eleemosyna, quæ auaritia polluebat: & maculam, quam rem alienam diripiendo, contraxeras, tuas erogando pacificas. Vide ergo quæ sit misericordiæ gratia, quæ vna & sola virtus redemptio est cunctorum peccatorum.

¶ Videant etiã hic an putauerit Ambro. hoïem

Amb. ser
mo. 30. q̄
est de elec
mosy.

Eleemo-
synarum
magna
virtus.

Ibidem

DE IUSTIFIC.

sine vllis operibus iustificari posse. Eleemosyna inquit, ad vitam reuiuiscant, eleemosyna innocē-
tiam emāt, eleemosyna peccata abstergāt. Non
ne tibi eleemosyna opus esse videtur? Quod hic
eleemosynæ tribuit, idem alibi peccatorum Con-
fessionī ascribit: Si vis iustificari, inquit, fatere
delictum tuum. Soluit enim criminum nexus ve-
recunda confessio peccatorum. Aliud est elee-
mosyna, aliud confessio, aliud fides: tātum abest
vt ex Ambrosio errorem suum muniant.

¶ Rursus aduersarij nihil nō attentantes vt sentē-
tiam suam statuunt, abutuntur verbis Augustini
quæ scripsit contra Pelagianos, libro de spū & li-
tera, sic loquentis.

Pelagia-
nos no-
tat.

¶ Ideo quippe proponitur iustitia legis, quod q̄
fecerit eam, viuet in ea, vt cum quisq̄ infirmita-
tem suam cognouerit, nō per suas vires neq̄ per
literam ipsius legis, quod fieri non potest: sed per
fidem cōcilians iustificatorem perueniat, & faci-
at & viuat in ea. Opus rectum quod qui fecerit
viuet in eo, non fit nisi in iustificato. Iustificatio
autem ex fide impetratur.

¶ Hæc Augustini verba non tam Catholicorū
sententiam, quod factū iri putant aduersarij, ener-
uant, quam obfirmant. Idem dices quisquis ex-
penderis ea ad viuum. Nam illis loquitur, qui hu-
manis viribus virtutem attribuebant efficiendæ
salutis, vbi maxime gratiam commēdare oportuit,
ne id sibi quisquam arrogaret, quod in pri-
mis a deo dependet. Porro si istam totā Augusti-
ni disputationem discendi non fallendi animo
perlectitassent, sane reperissent idem quod do-
cent nūc Catholici, nepe per fidē iustificātem gra-

tiam quærendam esse: Quò vero utiliter quæ-
tur, dictum est. Nunc vero furtim excipiunt, quæ
suo iustituto prima facie videntur quadrare. Hoc
mendacij genus tanto est deterius, quanto occultus.
Mendacium esse dicet, quisquis librum de spi.
& litera vel tenuiter euoluerit.

¶ Nam si velint pedibus ire in Augustini senten-
tiam, ilico arbitror proposito exciderēt. Nam Ca-
tholicis & Augustino semper conuenit, opera plu-
rimum valere ad iustificationem, sine fide vero
nihil. Sed vt audias quid de operibus sentiat Au-
gustinus nunquam sui non memor, nō grauabor
ex omnibus pauca delegere, vt fidem habe-
as verbis illius. Obtestor autē deū immortalē, me
genuinū eius sensum esse imitatū. Sic igit̄ habet.

¶ Arbitramur hominem iustificari per fidem
sine operibus. Nō tamen ita intelligendum est vt
accepta fide, si vixerit, dicam⁹ eū iustū, etiā si ma-
le vixerit. Ideo exemplo Abraæ & Apost. Pau-
lus vtitur, quia sine operibus legis, quam nō ac-
ceperat per fidem iustificatus est. Et Iaco. q̄a fidē
ipsius Abraæ opera bona consecuta esse demō-
strat, ostendens quomodo intelligendum sit quod
Paulus apostolus prædicauit. Nam qui purant i-
stam Iacobi Apostoli sententiam contrariam ef-
se illi Pauli apostoli sententiæ, possunt arbitrari
etiam ipsum Paulum sibi esse contrarium, quia
dicit alio loco: Nō enim auditores legis iusti sunt
apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et
alio loco: Sed fides quæ per charitatem operatur
Et iterum: Si enim secundum carnem vixeritis
moriemini: si spiritu facta carnis mortificaueri-
tis, viuetis. Et per ordinem multa alia enumerat

Augu. li.
83. q. c. 78

Opera q̄
ti faciat
August.

DE IUSTIFIC.

quæ ipsi reluctarent Paulo, si fidem putaret solâ ad iustificationem esse sufficere. Et post hæc sequitur

¶ Apostolus Paulus satis aperte prædicat, recte viuendum omnibus, qui in Christo crediderunt, ne ad pœnas perueniant. Quod & ipse dñs commemorat dicens: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Hoc est quod hætenus docuerunt Catholici, videlicet non solam fidem sufficere ad iustificationem, sed præter eam requiri etiâ bonâ vitâ, bona opera. Audi eundem denuo. ¶ Illud quoque non video cur dominus dixerit: Si vis venire ad vitam, serua mandata. Et commemorauit ea quæ ad bonos mores pertinent, si etiâ his non seruatis ad vitam venire potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quomodo verum erit, quod eis quos ad sinistram positurus est, dicit: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius? Quos non increpabit quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquam de fide, quæ sine operibus mortua est, vitam promittat æternam, propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ permixtæ eisdem pascuis utebantur, vt appareat eos illi dicturos: Domine quando te vidimus illa & illa patientem, & non ministrauimus tibi? qui in eum crediderant, sed bona operari non curauerant, tanquam de ipsa fide mortua, ad vitam perueniretur æternam. An forte ibunt in ignem æternum qui opera misericordiæ non fecerunt, & non ibunt qui aliena rapuerunt? vel qui

corrumpendo in se templum dei in seipfos immisericordes fuerunt? Puras aliquid dici posse aper-
tius, quod aduersariorum sententiam labefacta-
ret? Non arbitror. Audi eundem etiam tertio:
Nam idem aduersarios expugnabit pro Catho-
licis, quem sibi illi tutorem delegerant.

¶ Quid igitur sit si se homo iustificauerit & de
iustitia sua præsumpserit? Cadit si considerans et
cogitans infirmitatem suam, & præsumens de
misericordia dei neglexerit vitam suam munda-
re a peccatis suis, & se omni gurgite flagitiorum
demerserit, & ipse cadit. Præsumptio de iustitia
quasi dextera est, & cogitatio impunitatis pecca-
torum quasi sinistra est. Et post hæc cum recita-
set illud Pauli: Credidit Abraam deo & reputa-
tum est illi ad iustitiam, adiecit:

¶ Vides ergo quia ex fide non ex operibus iu-
stificatus est Abraam, faciam ergo quicquid vo-
lo, quia etsi bona opera non habuero & tantum
credidero in deum, deputabitur mihi ad iustitiam
Si dixit & decreuit, lapsus demersus est. Si adhuc
cogitat & fluctuat periclitatur. Hæc ille. Pone
hic ex aduerso ea, quæ superius attigimus ad-
uersariorum decreta, videlicet:

¶ Semper statuere debemus, quod ip-
sum placatum habeamus deum, etiam si
indigni simus. Et illud:

¶ Semper statuendum est quod fide
propter Christum iusti reputemur.

¶ Pone, inquam, ista hic ex aduerso,

Augusti:
in præfa.
Psalm. 31

Ibidem.

DE IVSTIFIC.

& vide quanto intervallo invicem diffideant isti & Augustinus. Iste cadere dicit eos, qui se iustos neglecta pœnitentia pro peccatis, arbitrantur: illi semper statuunt, quod deum habeant placatū, quodque fide propter Christum semper iusti reputentur. Iste hoc pœsumptionem, illi putant esse virtutem. Cui iam potissimum manū dabis? Augustio an aduersarijs? Scio te malle Augustino cū Catholicis acquiescere, quam aduersariorum peregrinæ incertæque & ante centum annos cum Ioanne Huss. cinesactæ doctrinæ subscribere.

Veniæ
spes sine
pœniten
tia pœs
sumptio
est.

¶ Ambrosius etiam putauit pœsumptionem esse, si veniam quis speraret sine pœnitentia. Agēdam, inquit, pœnitentiam & tribuendam veniam credere nos conuenit, vt veniam tamen tanquā ex fide sperem⁹, nō tanq̄ ex debito. Aliud est em̄ mereri, aliud p̄sumere. Tanquā ex syngrapha fides impetrat, pœsumptio autem arrogāti prior quam roganti. Prius solue debitum, vt quod speraueris, impetrare merearis. Hæc obiter ex Ambrosio recitauerim, vt videas quam belle inter se Augustinus & Ambrosius conueniant. Nam solus Augustinus cum aduersarijs expositulare debebat de iniurijs, quibus illi eum afficiunt. Audi igitur eum iam quarto.

Augusti
de doct.
tri. Chri.
cap. 17.
Fides si
ne operi
bus ianis
ad iustifi.

¶ Si nullum crimen, inquit, sed sola perfidia cōdemnatur, ergo securi peccamus & liberi & sine causa. Sine causa dedit deus mandata iustitiæ si sola sine iustitiæ operibus fides prodest. Vnde hic tam impius, tam scelestus, tam perfidus ignorantia error obrepserit, scire non possum, nisi forte ex illis, qui hoc exemplo in lege veteri populū seducebant, Vides Augustino errorem esse lon-

ge pestilentissimum, quem isti ceu oraculum publicitus priuatimque securi prædicant. Nunc eundem audi vel quinto, alio loco sic docentem:

¶ Homines non intelligentes quod ait apostolus: Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus legis, putauerunt eum dicere, sufficere homini fidem, etiam si male uiuat, & bona opera non habeat. Quod absit ut sentiret vas electionis. Qui cum dixisset in quodam loco: In CHRISTO enim Iesu neque circuncisio aliquid valet neque præputium, mox addidit, sed fides quæ per dilectionem operatur.

¶ Postremo addam etiam tamen si laboriosum sit, illud quod de hac re scribit Augustinus libro de fide & operibus. Hic qui fidem habet Augustino ecclesiasticam sententiam defensanti, hæc ut longiore filo deducta, non ut inutilia aut ad rem non facientia, præterire poterit. Qui id nolet, Augustinum se non nostra legere certo credat. Nam quod item superius dicere me memini, institutum est huius viri autoritate aduersarios ut falsarios opprimere. Sic ita quæ ibi disputat.

¶ Illud iam videamus, inquit, quod excutendum est a cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam solam fidem sufficere putauerint, bene autem uiuere & bonis operibus viam dei tenere neglexerint. Nam temporibus apostolorum non intellectis quibusdam subobscuris sententijs apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati sunt dicere: Faciamus mala, ut veniant bona, quia dixerat: Lex subintravit ut abundaret delictum, ubi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia. Quod

Idem de gratia et libero arbitrio cap. 7

Idem libro de fide & operibus cap. 14

DE IUSTIFIC.

ideo verum est, quia legem accipientes homines, qui de suis viribus superbissime præsumebant, nec diuinum adiutorium vincendarum malorum concupiscentiarum recta fide impetrantes, pluribus grauioribusque delictis etiam lege præuaticata, onerati sunt. Ac sic magno reatu compellente confugerunt ad fidem, qua misericordiam indulgentiæ mererentur, & auxilium a domino, qui fecit coelum & terram, vt diffusa per spiritum sanctum charitate in cordibus suis, cum dilectione quæ contra seculi huius concupiscentias iuberentur. Secundum id quod prædictum erat in Psalmo: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Cum ergo dicit Apostolus, arbitrari se hominem iustificari per fidem sine operibus legis, non hoc agit, vt percepta ac professæ fide opera iustitiæ contemnantur, sed vt sciat se quisque per fidem posse iustificari, etiam si legis opera non præcesserunt. Sequuntur enim iustificatum. Vñ in præfenti opere non est latius disputare, quia modo de hac quæstione prolixum librum ædidi, qui inscribitur de spiritu & litera. Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Epistolæ Petri, Iohannis, Iacobi, Iudæ contra eam maxime dirigunt intentionem, vt vehementer astruant fidem sine operibus nihil prodesse. Sicut etiam ipse PAVLVS, non quamlibet fidem, qua in deum creditur, sed eam salubrem planeque euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt; Et fides inquit, quæ per dilectionem o-

Arbitramur iustificari hominem per fidem sine opere. quomodo intell.

peratur. Vnde illam fidem quæ sufficere ad salutem quibusdam videtur, ita nihil prodesse asseuerat, vt dicat: si habeam omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur, sine dubio bene viuatur: plenitudo enim legis charitas. Vnde euidenter in secunda epistola Petrus cum ad vitæ & morum sanctitatē hortaretur, mundumque istum transiturum prænuntiaret, cælos vero novos & terram nouam expectari, quæ iustis inhabitanda traderetur, vt ex hoc attēderent, qualiter eos oporteret viuere, vt habitatione illa digni fierent, sciens de apostoli Pauli quibusdam subobscuris sententijs, nonnullos ini quos accepisse occasiōem, vt tanquam securi de salute quæ in fide est, bene viuere non curarent, commemorauit quædam ad intelligendum difficillima esse in epistola eius, quæ homines peruerterent, sicut alias scripturas ad proprium suum interitum, cum tamen & ille apostolus de salute æterna, quæ nisi bene viuentibus non daretur eadem sentiret, quæ cæteri apostoli. Sic itaque Petrus: His itaque, inquit, hominibus pereuntibus, quales oportet vos esse in sanctis cōuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes ad præsentiam diei domini, per quam cæli ardentes soluentur, & elementa ardore ignis decoquentur, novos vero cælos & terram nouam secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Quapropter charissimi hæc expectantes, satagite inuiolati & immaculati apud eum reperiri in pace, & D O M I N I nostri

1. Cor. 13

2. Petri. 3.

DE IUSTIFIC.

patientiam salutem existimate, sicut & dilectis-
 simus frater noster Paulus secundum eam, quæ
 data est illi sapientiam, scripsit vobis, vt & in o-
 mnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus
 sunt difficilia quædam intellectu quæ indocti &
 instabiles peruertunt, sicut & cæteras scripturas
 ad proprium suum interitum. Vos igitur aman-
 tissimi præscientes caute, ne in fallacum errore
 seducti decidatis a corroboratione vestra: cre-
 scite vero in gratia & intellectu domini nostri et
 saluatoris Iesu Christi. Iacobus autem vehemē-
 ter infestus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus
 valere ad salutem, vt illos etiam dæmonibus cō-
 paret dicens: Tu credis quoniam vnus est Deus,
 benefacis, & dæmones credunt & contremiscunt
 Quid verius, breuius, vehemētius dici potuit, cū
 & in euangelio legamus hoc dixisse dæmonia,
 cum Christum filium dei faterentur & ab illo cor-
 riperentur, quod in Petri confessione laudatū est.
 Quid proderit, ait Iacobus, fratres mei si fidem dē-
 cat quis se habere, opera autem non habeat, nun-
 quid fides poterit saluare eum? Dixit etiam: quia
 fides sine operibus mortua est. Quousque igitur
 falluntur, quæ fide mortua sibi vitam perpetuam
 pollicentur. Hactenus ipse August. omnē aduer-
 sariæ partis structuram pro nobis demolitus est.
 ¶ Ex his iam satis compertum est erroneum esse
 quicquid hactenus de sua speciali fide concrepu-
 erunt aduersarij, nēpe fidem sine operibus nihil
 valere ad salutem consequendam. Desinant er-
 go ponantque suæ temeritatis modū, non amplius
 illud male intellectum: Arbitramur iustificari ho-
 minem sine operibus legis, aut alia id genus ob-

strepant. Discant prius ab Augustino, eique simili-
 bus reuoluâtque prius omnia, quâ scripsit, quæq;
 docuit, quam errorem suum sese lancinantem,
 in vulgus dispergant, quâ sancto viro hæreseos
 notâ inurât. Quid dicent hic illustrissimi princi-
 pes, quibus isti verba dederunt, cum audient lon-
 ge aliter docuisse veteres, quam ab istis persuasi
 sunt? Quid dicet inquam, cum ob oculos videat
 hanc opinionem fidei ad salutem adipiscendam
 inefficacis, rudibus hominû auribus instillatam,
 iam dudû ab orthodoxis recetioris ecclesiæ Chri-
 sti columinibus damnatam esse? Quid dicent
 cum viderint istos errorem suum offutijs menda-
 crijsq; protegere, insontes mendacijs, quæ non
 docuerunt, onerare. Obrestor itaque omnes bo-
 nos principes per sacra Christianæ religionis my-
 steria, vti sese discendi studio post apostolos post
 euangelistas referant ad sacros ecclesiæ catholi-
 cæ doctores, Cyprianum dico, Athanasium, Au-
 gustinum, Ambrosium, Hieronymû, Gregoriû
 Chrysoft. Origenem, Cyrillum, Bedam, & ali-
 os tam vetustiores quam recetiores, qui idem do-
 cent, idem sapiunt, idem damnant quod nunc do-
 cent, sapiunt, damnât Catholici. Et si non est oci-
 um credant saltem ijs qui Catholicam sententi-
 am quam ex ipso veritatis fonte exhauerunt, to-
 ti mundo inuitis aduersariorum dentibus euul-
 gant tam communitam, tam fortem, tam im-
 perterritam, tamque inexpugnabilem, vt ne in-
 ferorum portæ quidē eam euertere possint. Tam
 firmam, vt præter mendacia & scripturas turpi-
 ter detortas nihil habeant aduersarij, quod obij-
 ciant. Qui hoc velit pernoscere, conferat ista,

Appellat
 omnes
 principes.

DE IVSTIFIC.

(quæ licet simplici veritatis oratione humili re-
punt sed tamen Catholica.) cum ijs quæ glo-
riose, sed fallaciter sed mendaciter in Apologia
superbiunt, & deprehendit, q̄ impudenter isti ad
uersus veritatē ceu de Gygis annulo gloriantur.

Apolo-
giæ cur ne
mo respō-
derit

¶ Nunc reliquum est, vt etiam peruestigemus,
quibus artibus, quibusue technis Catholicas ve-
ritates subruere conentur. Miraberis hic fraudes
& dolos, quibus ipsam veritatem perfrictis fron-
tibus adoriuntur. Et quia omnis Apologia men-
dacijs scæteret & nugis, nemo forte Catholicorum
respondit hactenus, q̄ recte secum statuunt, aper-
tis mendacijs non esse respondendum. Ego verò
reputans mecum hoc silentium malum parere,
& circumcirca promiscuum vulgus, cui potissi-
mum subscribat, sententiã vertere, non debui,
imo non potui non reclamare, ne mea negligē-
tia, torpore, ignauiã, a caulis dominicis oues ab-
ducerentur. Ego, inquam, qui licet nouissimus o-
uili diuini custos, primus hãc obuii prouinciã,
haud desperans fore, vt alij expergefacti custo-
des acrius lupos istos nocentissimos insectentur.
Audiamus itaq; qd aduersus Cath. remurmuret

¶ Aduersarij.

¶ Facile erit diluere ea quæ aduersarij
obijciunt. Citant enim dicta de lege & o-
peribus, & omittunt dicta de promissiõis
bus. Semel autem responderi ad oēs sen-
tentias de lege potest, quod lex nõ potest
fieri sine Christo, & si qua fiũt ciuilia opa
sine Christo, non placent deo. Quare cũ

prædicantur opera, necesse est addere quod fides requiratur, quod propter fidem prædicentur, quod sint fructus & testimonia fidei.

¶ Respon. Catholica

¶ Vide hic apertam calumniam, vide apertum mendacium istorum, qui mendacium posuerunt spem suam, putantque eo errorem suum de sensatum iri. Quis enim non videt Catholicos semper promissionibus opera & ediuerso operibus promissiones coniungere? Hæc enim adeo inter se cohærent, vt vix seiungi possint. Cum ergo docent opera, docent pariter & promissionem. Nam opus promissio necessario sequitur, modo illud sine fide non fiat. Vis hoc videre? Constitue docere Catholicos illud: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas, vides hic opus: neque tacent ibi, sed addunt, propter retributionem, ecce promissionem. Et illud: Moses negauit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum, improprium Christi. Ecce opus, hic quoque addunt: Aspiciebat enim in remunerationem, ecce promissionem. Cum docent: Poenitentiam agite, opus docent, cum addunt, quod addi oportet, appropinquabit regnum cælorum, promissionem docent. Rursus illud operis est doctrina: Beati qui patiuntur propter iustitiam, quod sequitur, quoniam ipsorum est regnum cælorum, promissionis. Sic Beati misericordes, operum est argumentum quo

Promissionem docent Catholicos cum operibus
Psal. 118.
Hebr. 118.

Matth. 4.

Matth. 5.

Ibidem.

DE IVSTIFIC.

niam ipsi misericordiam cōsequentur, promissio-
 num. Sic vide in istis simul & promissionem &
 opera: Date & dabitur vobis. Dimittite & dimit-
 tetur vobis. Perite & accipietis. Pulsate & ape-
 rietur vobis. Si vis ad vitam ingredi, serua man-
 data. Benefaciētes non deficiamus, tempe enim
 suo metemus non deficientes. Qui semināt in be-
 nedictionibus, de benedictionibus & metet. Hi-
 larem datorem diligit deus. Gloria autem & ho-
 nor & pax omni operanti bonum, Iudæo primū
 & Græco. Deficiet mihi prius charta papyra-
 cea, quā omnia enumerem q̄ promissionem ha-
 bent operibus annexam. Si hactenus Catholicī
 omiserunt promissionem, vnde ergo nata est in
 cordibus hominū spes felicitatis æternæ, cur tan-
 tam gnauant opam, cur frustra sese ieiunijs, ora-
 tionibus afflictant? Nam vt isti dicunt, necdum
 edocti sunt esse regnum dēi: aut si sciunt, nesciunt
 tamē promissum esse fidelibus. Quid hoc posset
 dici ineptius? Si vero non nesciunt, æternā felici-
 tatem promissam esse sibi, relinquitur, id eos a
 Catholicis doctoribus accepisse, & Catholicos
 iniuria ab istis mendaciter affectos esse. Nolo hic
 iniuriam hāc iniuria compensare, ne ab aduersa-
 rijs nullo nomine discrepem: tametsi digni essent
 quibus mēdacitatis inureretur nota. Vindictam
 refero omnem ad pias aures, nō vt vlciscantur
 sed vt caueant deinceps, ne mendacium senten-
 tiæ subscribant, ne hoc doctrinæ intoxicō inescen-
 tur. Est enim & hoc quoddam in istos vindi-
 candi genus, nolle falsitati eorum acquiescere.
 Sed Paulo ante haud minus aperte Catholicos
 calumniati sunt.

Matth. 7

Matt. 11.

Gal. 6.

2. Cor. 6.

Rom. 2.

Mēdaciū
 conuincū
 tur.

¶ Aduersarij.

¶ Prædicant se legē implere, cum hæc gloria proprie debeat Christò. Et fiduciam priorum operum opponunt iudicio dei: dicunt enim se de condigno mereri gratiam & vitam æternam.

¶ Catholica Responsio

¶ Prædicant quidem, & quidem bene prædicant, quod qui iustificati sunt per gratiã dei mandata eius impleant, legemque faciant. Qui enim iustus est charitatem habet, diligiturque ei deus ex toto corde. Qui vero deum diligit & proximum, si tamen Paulo habenda est fides, legem impleuit. Nã eo auctore, plenitudo legis est dilectio. Quid est ergo incommodi, si dixerò eum legem seruare qui deum super omnia & proximum sicut seipsum diligit, præsertim cum hoc non ex me sed ex Paulo dicam? Cur Paulum voco testem, cum euidentiſſimum habeam ex CHRISTO argumentum? Si quis diligit me, inquit, sermonem meum seruabit: perinde atque diceret, legem obseruat, quisquis deum diligit. Quid ergo hic periculi est?

¶ Neque quicquam diuinæ derogatur gloriæ, si dicant se fideles Christi mandatis paruissse. Nõ enim ideo venit Christus vt solus legem impleat, nam voluit & suos fideles pedisse quos legi suæ obtemperare, dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Rursus alibi obiurgat quod

Legē dei
qui im-
pleant.

Legē ali-
ter Christ.
aliter ho-
mines im-
plent.
Matt. 19:

DE IUSTIFIC.

dam vehementerque increpat quod parum legi obtemperauissent: Quid inquit, vocatis me magister & domine, & non facitis quæ dico? Est vero proprius atque peculiaris seruandæ implendæque legis modus, ita Christo vni seruatori nostro adpropriatus, vt nullus proprie hunc sibi temere arrogare audeat, & si arroget, nihil tamen hic posset nempe vt imperfecta & quæ omnino rudia sunt prorsusque rustica legis abroget, tollat, & vt iam dudum mortua sepeliat, ne sit vlla earum rerum memoria. Ita inquam ei proprius & reseruatus vt illis extinctis, nemini concessum sit absolutiora statuere, vmbra rerum veritate permutare, vt nullus in hoc negotio ei possit suffragari. Hinc de eo ad Ephesios dicit apostolus Paulus, quod descenderit primum in inferiores partes terræ, & deinde ascenderit super omnes cælos vt adimpleret omnia. Prior ille obseruandæ legis modus, solis ihs, qui in sacramenta euangelij iurarunt, quique Christo sunt inauthorati ita peculiaris est atque proprius, vt non obseruasse Christo sit inimicatum esse: obseruauisse vero amicitia est. Hinc in vniuersum omnibus dicebat fidelibus: Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis. Perinde atque diceret: Parum vestro nomini responderitis, parum fuerit nominetenus Christianum esse, & propter exiguum fidei lumen sese amicum dei appellare, nisi hoc etiam rebus ipsis & professione testemini, quod audire vultis. Qui ergo legi Christi sic obtemperant, nullam plane Christo vnico seruatori nostro gloriam auferunt, sed vt meritissimo deserunt.

Ephes. 4.

Iohan. 14

¶ At nunc inquit, fiduciam propriorum operum opponunt iudicio dei. Hic breuiter, sed aperte respondent Catholici, quod propter fidem quam habent in Christum bonorum operum suorum mercedem sperent. Persuasissimum enim est eis, quod largissim⁹ omnium bonorum compensator Christus inestimabile & incomparabile promiserit *ἡσασθησθε* his, qui bonis operibus ad diuinæ Maiestatis æternam gloriam infatigabiliter insistunt. Quod promisit autem haud diffidunt eum copiose præstiturum.

Qui facit voluntatem patris mei, inquit in *Matthæo*, ipse intrabit in regnum cœlorum. Quis hic Christo tam fideli domino non credat? Si est in hoc aliquid periculi, quod firmiter stant promissis diuinis, habent Christum huius flagitij auctorem, qui multis sermonibus hoc eis consuluit, cū quo si reprehensione Catholici ob hoc digni sunt expostulare possunt. Ipse pro nobis nostram tueatur causam, qui consoluit nobis vt bene operantes constanter expectemus exantlati laboris cœlestem fructum. Sed quid vbiq; magis vrgent aduersarij nostri, quam vt spe mentem in deum erigamus, vtpote qui possit & velit solam fidem eorum multa mercede p̄sare? Spe inquam meritorum **CHRISTI** volunt vt mentem erigamus, nam nihil omnino volunt nos de nostro addere, ne vllam spem concipiamus de bono opere.

¶ Sed quam feliciter ipsi expectent

Merita
q̄modo
euehant
Catholi:

Matth. 7

DE IUSTIFIC.

promissionem, ipsi interim viderint.

¶ Absit vero vt bona opera sua, quod calum-
niant aduersarij, sic iactitent, sic euehāt, vt ea pu-
tent mereri vitam æternam. Hoc enim impium
esset. Sic vero efferunt, non quia ex sese ipsi, sed a
deo per gratiam moti ea fecerint. Si enim ex no-
bis essent, quod nemo secum statuit, sua pte natu-
ra mala essent & supplicio digna. Nunc vero q̄a
bona sunt, alieno, id est, diuino suffragio, nō pos-
sunt non bona esse, ideoq; ex eo qui fidem dedit
mercedem propositam expectant. Iam si iusti
animo hæsitarent sua bona opera non esse æter-
na mercede compēnsanda, modo ab hoc statu nō
deuiant, re ipsa declararent se Christo diffidere.

Quid ergo incommoditatis h̄ ista Catholicorū
sententia, si isti iusmodi bona opera iudicio dei op-
ponant, non vt arrogant sibi vitam æternam, sed
vt mercedem reposcant iureiurando promissam

¶ Quod addunt aduersarij: Dicunt se de condi-
gno mereri gratiam & vitam æternam, aptum
est mendacium, impudens est calumnia. Hoc em̄
sentire pelagianum esse docuerunt. Subit hic ani-
mum meum ingens suspitio, quod isti aut nunq̄
Catholicorum legerint sententiam, aut si lege-
runt, data opera excogitaraq; malitia suppresse-
runt, imo inuenterunt. Quis hoc non suspicetur ex
tam manifesto mendacio? Quantum vero habe-
ant ista virium, docent ea quæ superius distinxi-
mus. Sed pergant iam calumniari, qui sunt ca-
lumnijs nati.

¶ Aduersarij

¶ Sed aduersarij nostri sunt suauēs Theo

Merita
vnde ha-
beāt q̄d
bōa sunt

Mēdaciū
arguun-
tur.

logi. Intuentur secundam tabulam & opa politica, primam nihil curant quasi nihil pertineat ad rem, aut certe tantum externos cultus requirunt. Illam æternam legē & longe positam supra omnium creaturarum sensum atq; intellectū diligens dominum deum tuum ex toto corde, prorsus non considerant.

¶ Respon. Catholica.

¶ Hæc vt falsissime ita impudentissime Catholicis imponunt. Quam enim diligenter primæ tabulæ præcepta intuiti sint, docent vel ipsa eorum volumina, fidei charitatis & spei tractatibus plenissima. Docent nihilominus eadem magna illa volumina internum cultum cum primis esse necessarium, externum quoq; , si fide vacet & dilectione, neminem saluare. Qui hæc Catholicos docuisse obseruauerunt, ilico mendaciæ arguent istos calumniatores magis quam Theologos, locutuleios potius quam doctores. An putant isti se veritatem mendacio expugnare posse? An nesciunt, eum, qui mendacijs nititur iuxta sacrū Salomonis apophthegma, vêtum pascere? Hoc autem inuento mendacitatis asylo in sinum gaudent, nam huc quoties autoritate, quoties scripturis artabuntur, refugient. Sed id nunc videmus.

Mendaciæ arguuntur.

Proue. 30

¶ Aduersarij

¶ Lex non potest fieri sine Christo, &

DE IUSTIFIC.

si qua fiunt seruilia opera sine Christo, nō placent deo. Quare cum prædicantur opera, necesse est addere quod fides requiratur, & quod propter fidem prædicetur, & quod sint fructus & testimonia fidei.

¶ Cathol. Responsio

Fides in
omni bo
no opere
necessa-
ria.

¶ Non video quibus ista dicant, & cur dicant. Nam hætenus Catholici docuerunt adeo in bene operando fidem esse necessariam, vt nullum opus sine ea valere putarent, neque rennuerunt fidei fructum esse opera. Num ob hoc quod opera requirunt fidem, suntque fructus fidei, nihil valēt opera misericordiæ, nihil valet elemosinas conferre, alienis culpis indulgere, supplicare & gratiam iustificantem quærere? Sed suspicari potest eos dicere velle, quod omnia ista et quot quot tandem sunt bona opera, fidem requirant, & quod sint fidei fructus. Igitur primum credere oportet, quam quicquam boni operis absoluas. Et qui fidem habet iam iustus est, & ob hoc nihil conducunt opera ad iustificationem, quæcunque etiam sint illa. Haberet quidem ista enumerationem aliquid neruorum, si omnia bona opera ex fide nascerentur, charitate formata. Si fides informis diuinitus homini subministrata, omnino nihil esset, & ad nullas eum operationes excitaret, prorsus staret aduersariorum sententia. Si hoc docuissent aliquid statuisse viderentur. Catholici vero docent fidem informem esse donum dei, quod nullo peccato præter infidelitatem, corrumpi potest. Ex hac informi fide publi-

caus ille apud Lucam poenitens, misericordiamque deprecans exauditus est & iustificantem accepit gratiam. Et non solum iste publicanus, verum multi etiam alij hac fide imbuti, poenitendo iustificantem gratiam meruerunt. Si nemo alius quam iustus, salubriter orat, fallit nos ipsa veritas quae orare voluit etiam necdum iustificatos. Si nemo praeterquam iustus recte facit, frustra laborat illi, qui vt veniam consequantur peccatorum, noctu dieque sese ieiunijs, orationibus, gemitibus, affligunt, in pauperes elemosinas conferunt, qui nudos vestiunt, qui famelicos pascunt. Et non vident hic monophthalmi, quantum incommodi habeat ista sententia. Sequitur enim secundum istos neminem posse iustificationem recte quaerere, quam iam iustificatum. Sed quid necesse est iustificato, iustificationem quaerere? Quaeunt ergo vtiliter gratiam nondum iustificati.

¶ Si quod isti somniant, nunquam fides est sine dilectione, sequetur necessario peccatorem, qui charitatem non habet, credere & consequenter iustificari non posse. Quid ergo? num isti desperandum erit? Num qui cecidit, non adiciet vt resurgat? Cur ergo istiusmodi expergiscit Paulus, dicens: Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus? Vbi est illa praedara consolatio, qua pauidas trepidantesque demulcent conscientias? Sane hic proesus elanguit.

Ephes. 5.

¶ Hic dicet: Imo conabitur resurgere p fide qua credit se pp Chrm in gratia recipi. Quo possunt haec sibi cohaerere? Qua fide credet se in gratiam

DE IUSTIFIC.

recipi, quum ex fide informi, quam ipsi historicæ vocant, nemo iustificetur, & alia nihilominus quæ per charitatem operatur, vacet? Si alia aliqua sine de sine charitate iustificatur, relinquitur plane illa fidem informem esse, & sine charitate salutem mereri. Quid hic dicent Momi isti, quibus solum sua placent, qui in re tam manifesta impingunt? Et dum volunt aliena carpere, sua negligunt. Sic foris oculata, domi cæcæ sunt Lamix.

¶ Aduersarij.

¶ Docemus operibus fidelium proposita & promissa esse præmia. Docemus bona opera meritoria esse, non remissionis peccatorum gratiæ aut iustificationis: hæc enim tantum fide consequimur: sed aliorum præmiorum corporalium & spiritualium in hac vita & post hanc vitam.

¶ Respon. Catholica

Opera esse merito
ria ipsi confitentur
aduersa.

¶ Bene habet, quod qui bona opera tam aperte Marte impugnabant, nunc compulsi ea meritoria esse confitentur. Excipiunt tamen hic, iustificationem, gratiam aut remissionem peccatorum, quæ ut ipsi putant, sola fide percipiuntur. Si de merito proprie dicto, id est, de merito condigni, loquuntur, tuebuntur etiam Catholici aduersariorum partes. Ineptiores enim sunt peccatores, quam ut de condigno gratiam iustificantem & remissionem peccatorum percipiant, quæ ex vnus Christi meritis misericorditer profluunt. Et non in quosuis, sed in eos, qui per bona opera

diuinæ gratiæ sese, vt ex deo possunt, coaptant. Si vero de merito improprie dicto, idest, de opere quod hominem coaptat diuinæ gratiæ, vt misericorditer iustificantem gratiam percipiat. (Non est enim æquum vt donum illud omnium excellentissimum accipiant, qui animo sunt pertinaci qui gratiæ reluctantur, q̄ obstinati sunt, Nam si non est negligenda Sapiētīæ autoritas, nō transfert se spiritus sanctus alio quam in animas sanctas, nec habitat in corpore peccatis subdito.) Si de hoc merito inquam, quonon de condigno sed de congruo meretur, vt iustificantem gratiā accipiat, vtcunq̄ aduersentur isti merito, admittant tamen necesse est, imo re ipsa nescij tribuunt quod fides de congruo gratiam mereatur iustificantem. Id vero non aliud est, quam quod fides idoneum faciat atq̄ coapter peccatorem vt gratiam illam consequatur. Quomodo vero idoneū faciat non video, nisi quod ostendit peccatori, in quo versetur vitæ discrimine, simulq̄ indicans nihil sibi esse roboris, nihilq̄ iustarum virium, vt illud euadat, nisi gratia Christi adiuuerit. Hinc experge facit simulq̄ extimulat eum, vt ad orationem ceu ad sacram ancoram, qua adiutricem gratiam impleret, refugiat. Hæc vero gratia desiderantibus datur, reluctantibus & inuitis iuste negatur. Constat igitur, ista bona opera, quibus se peccator diuinæ gratiæ coaptat, de cōgruo mereri remissionem peccatorum, gratiam & iustificationem, secundum scripturas & omnium veterum sententiam.

¶ Cōcedunt item hic bona opera meritoria esse præmiorum spiritualiū & corporalium i hac

Sapient. 1.

Fides in-
formis
quid fa-
ciat.

DE IVSTIFIC.

Capiuntur vita & post hanc vitam. Si hoc largiuntur, iam suis ipsorum verbis capti sunt. Quæ sunt illa spiritualia et corporalia præmia in hac vita & post hanc vitam hominibus tribuenda? Sed agendum de spiritualibus primū disseramus. Ista spiritualia bonorum operum præmia, nihil aliud esse possunt, quàm dona dei, quibus vel percipitur, vel augmentatur gratia, idque potissimum in hac vita. Vni cuique enim datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Post hanc vitam pro bonis operibus quæ possit fieri retributio, non video præterquam æternæ gloriæ. Nam in vinea domini ad opus strenue vigilantibus denarius promittitur perpetuæ felicitatis. Sequitur ergo ex ipsis aduersariorum verbis, quod ipsi negatū, Catholicis probatum iri volebant, videlicet bona opera in hac vita gratiam & post hanc vitam gloriam mereri. Neque possunt ipsi nobis alia spiritualia præmia quæ in hac vita & post hanc vitam dantur, enumerare.

Bona temporalia omnibus indifferenter datur.

¶ Quod de corporalibus præmijs hic dicunt aduersarij, somniasse eos arbitror, aut certe graui eos lethargo, dum hæc ineptirent, fuisse consopitos. Quæ enim in hac vita contingunt hominibus bona, omnibus communiter datur, tam bonis quam malis: tam gratis quam ingratius elementa ministrant, venti spirant, iniustis æque ac iustis messes grandescunt, fructus maturescunt, frondescunt nemora, exuberant pomis arbuta, florescunt prata. Et secundum sententiam Christi, æqualiter deus super bonos & malos nasci facit diem & lumen solis oboriri, & cum imbribus terram rigat, nemora a beneficijs eius excluditur. Datur quidem

Ista bene operantibus, sed minutiora sunt, quam
 quæ talibus laboribus coæquantur, utpote quæ
 etiam iniquis non negantur. Si ista debentur so-
 lum bonis operibus, cur participant etiam faci-
 norosæ? cur cum ijs coicant impij? Si ista debentur
 bonis operibus, cur nõ solis administratur bñ
 operatib? Si solis ista debent bõis opib, cur mul-
 ti bñ fideles, beneq; operosi in summa omnium
 rerum penuria vitam exigunt, cur Lazarus vlce-
 ribus plenus, egestate plenus, dolore plenus, fide
 tamen præcipua, patiëntia inaudita, omnibus istis
 caruit? Sane qui pro temporalibus rebus, quæ om-
 nibus præsto sunt, deũ solum colit, quasi quod
 ait Augustinus, adhuc ut pecus est. At nunc tẽpo-
 rali labore æterna comparant homines bona.
 Corporalia præmia post hanc vitam nulla sunt
 præter immortalitatem illam longe felicissimã,
 qua perfuerunt quotquot regno cœlesti se non fe-
 cerint indignos. Dicunt ergo ipsi iterum bona o-
 pera remissionem peccatorum, gratiam, & iusti-
 ficationem mereri. Nam qui hac perfuerunt im-
 mortalitate, a peccatis absolutus, gratus, & iu-
 stificatus est. Hic rursus obijciunt.

Augusti.
 in comẽ
 psal.

¶ Aduersarij.

¶ Gratia qua iustificamur de cõdigno
 non potest mereri, ergo nec æterna beatis-
 tudo, ea enim debetur iustificatis, ergo nõ
 meretur.

¶ Responsio Catholica.

¶ Citius exolueris hunc nodum, si expendas

DE IUSTIFIC.

Gratiā
iustifican-
tem cur
deus det
homini.
Apoca. 2
Matt. 25.

Exem-
plum ad
optionis
filiorum
dei.

Consciē-
tia aduer-
sarior. cō-
stringitur

cur iustificantem gratiam peccatoribus deus largiatur. Nam non dat ob aliam causam quam ut secundum præscriptum mandatorum viuentes, regnum mereantur æternum, quod alioqui fideliter sibi ministrantibus pollicetur. Hinc dicit alicubi animæ fidei: Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Et apud Marth. dicit fidei illi œconomus: Supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Contra infideli seruulo, qui nō misit manum suam ad fortia, sed infrugi fuit & ociosus, cœlestis illa beatitudo negatur. Quemadmodū enim si prædiues nullum habens bonorum suorum hæredem, pauperem quempiam ea lege ut sibi semper fideliter seruiat, in filium adoptet. Quod si desit data fidei, iure hæreditatis spe priuatur: Ita & nos non natura sed gratia filij dei adoptitiij ad fidem acciti sumus, ut fideliter ei seruiantes, perpetuæ felicissimæque hæreditatis efficiamur participes. Facile igitur labascit elumbis ista aduersariorum collectio. Audi nunc quam parum sibi consent, quamque vacillantis sint animi. Persuasissimum est mihi nesciuisse eos dum hæc commentarentur, quid præcipue dicerent, quem sententiæ suæ statum constituerent. Id ut plurimum solet vsu venire ijs, qui ceu inter sacrum & saxum constituti, vtrinque comprimuntur, hinc conscientie oppugnatae veritatis stimulo, hinc rursus aduersariorum apud omnes inuiolata authoritas, & quod magis vrget, ambiguus doctrinæ finis. Nam cum aliud statuunt, cauendum est, ne aliud non minus probabile subuertant. Audi itaque quid hic statuant.

¶ Aduersarij.

¶ His præconijs bonorū operū monentur ad bene operandum. Interim etiā prædicatur doctrina pœnitentiæ aduersus eos qui male operantur, ostēditur ira dei, quā minatus est omnibus, qui non agunt pœnitentiam.

¶ Responsio Catholica.

¶ Confer ista cū ijs quæ cum primis dicit istius sectæ Coryphæus lib. de cap. Bab. Baptizatus etiam volens, non potest perdere salutem suam, quantiscunq; peccatis, nisi nolet credere. Et cum his quæ isti superius nugati sunt, scilicet peccator semper statuatur quod propter Christum iustus reputatur: etiā si indignus sit. Et: credat tātum se per fidem in gratiam recipi. Si sufficit solum credere, si iustificat sola fides. Si cuilibet credenti iam peccata sunt remissa, quid opus est multis præconijs ad bene operandum admonere? Si iustificat sola fides, inaniter prædicatur doctrina pœnitentiæ. Si ad solam fidem peccator deo pacificatus est, quid necesse est ei minari irarumq; fulgura intetare, utpote per fidem iam reconciliato. Si vero quod nunc coacti confitentur, pœnitentiam agere debent, qui deliquerunt in Deum, modo velint minas dei & iram euadere, cur hæctenus docuerunt peccatorem per solam fidem iustificatū esse. Obseruabis hic etiā aduersarios informem fidē, quam hæctenus aduersus Catholicos oppugna-

Luthe.

Capiunt
iterū ad-
uersarij.

DE IUSTIFIC.

uerunt, suapte sponte docere. Nam docere suos
 confitentur poenitentiam & alia, quæ audis.
 Quando uero sui isti obsequuntur doctrinæ, pa-
 lam est eos necdum iustificatos esse. Si autem iu-
 stificati non sunt, & tamen poenitent, necesse est
 eos fidem habere qua iustitiam querant, & sum-
 mo animi conatu eam persequantur. Ea uero nõ
 potest esse charitate formata fides. Nam si for-
 mata esset charitate, iam deo essent reconciliati
 & necessitudine quadam ineffabili arctius cum
 eo deincti. His autem qui tali charitatis vin-
 culo deo cohærent, ut non est lex posita, ita legis
 minas seu dei iram male opposueris. Amplectũ
 tur quidem Catholici hanc ceu e suis deprom-
 ptam cellarijs sententiam, sed in aduersarijs
 πολυπολογῶν vehementer detestantur.
 Et cur non odirent eam, quando quam plurimos
 vident priori sententiæ subscribere, posteriorem
 uero nescire. Illa enim facilem promittit iusti-
 ficationis normam, ista laboriosam, & per-
 actu difficilem. Adde quod ista iam po-
 sterior vix paucissimis quibusque innotuit. Qua-
 tusquisque enim est, cui hæc lecta est Apologia? Et
 quotquot legunt, mature resipiscunt, Nam qui eã
 cum iudicio legunt, omnia illa mala ter malis pe-
 iora secum reputant iudicantque istinc deriuas-
 se. Sed reuertamur ad rem. ¶ Quando Catho-
 lici in Confutatione Confessionis recte dicerent
 nullam fidẽ secundum Apostolum sine dilectio-
 ne iustificare, isti ausi sunt etiam idem docere.
 ¶ Aiũt (nimirũ putãt Cath.) hic loes Pau-
 li regit dilectionẽ, hæc regrimus & nos.
 ¶ Rursus si hic dilectionem requirunt fidei an

nexam ad hominis iustificationem, perperam docuerunt solam fidem iustificare sine dilectione, male dixerunt dilectionem fidem sequi. Si enim fidem sequitur dilectio, & si sola iustificabat fides, oportebat interim dilectionem errandam exulare. Si cum fide quod nunc aiunt, charitatem requirunt ad hominis iustificationem, non oportebat tantam in hoc unico Christianismi angulo tragediam excitare, quo factum est, ut apud exteros Christianum nomen nunc pessime audiat. Nunc aliam struunt calumniam.

Capitulum
iterum,

¶ Aduersarij.

¶ Prepostere faciunt aduersarij hunc unum locum citantes, in quo Paulus docet de fructibus, alios locos plurimos omittunt, in quibus ordine disputat de modo iustificationis. Ad hoc in aliis locis qui de fide loquuntur, semper ascribunt correctionem, quod intelligi debeat de fide formata. Hic nullam ascribunt correctionem, quod etiam fide opus sit sentiēte, quod reputemur iusti propter Christum propitiatorem. Ita aduersarii excludunt Christum a iustificatione, & tantum docent iustitiam legis.

¶ Respon. Catholica

¶ Prepostere se et ut se decet faciunt isti, qui Catholicis, ubique mendacis laceſſunt. Unum locum dicunt Catholicis citare, cum tamen fere innumeros citent. Charitatem non negant, imo publicitus confitentur, fructum esse spiritus, tamen

Mendacis
arguuntur

DE IUSTIFIC.

quia nisi a spiritu datur, tum quia sine ea spiritus hominis fructum salutis non operetur. Cū vero docent nri, non nullos scripturarum locos, qui fidei nomē claturā habēt, de fide charitate formata loqui, nō corrigūt eos, sed catholicū genuinūq; eorum intellectum aperiunt. Cur vero isti loco quem sic dixit Paulus, sed fides quę per charitatē operatur, nullam correctionem adnotent, præcipua causa est, quod iste & cum eo pariter omnes correctissimi sint, tam& si nonnulli, quod dicit

Scripturæ
vnde interpretati
onē accipere debeant.

Augustinus, subobscuri sint, quibus aliquid oportet luminis adhibere, vt visum humani intellectus admittant. Hoc vero lumen extra vnam sanctam catholicam ecclesiam non recipiunt. Aliunde plus caliginis quam lucis eis accrescere exploratum est. Admonuit quoq; superius Augustinus, vt omnes loci qui fidei titulo insigniti sunt ad hanc formam explicentur, ne sibi ipsi Paulus alijsque item apostolicis scripturis, contradicere videatur. Si ergo est aliquid periculi, expostulare possunt si libet, cum Augustino, cum quo nos nuper male expostulatum miserunt.

¶ Præterea non statim sequitur, Catholicos Christum excludere a iustificatione, quia non ad dunt hic correctionē quod opus sit fide sentiente, imo ex hoc sequitur aduersarios semper calumnias struere, & nanijs offutijq; simplicium animos dementare. Hoc igitur labili fluidoque iacto fundamento sic sophisticè superstruunt.

¶ Aduersarij.

Sophis.

¶ Fatemur dilectionē esse necessariā, sicut necessariū ē nō furari. Non tamē sequitur:

Non furari est necessarium . Igitur non furari iustificat . Quia iustificatio non est certi operis approbatio , sed totius personæ .

¶ Responsio Catholica

¶ Hanc cauillationem si diligentius perspexeris , offendes pro Catholicis plurimum , nihil pro aduersarijs facere . Nam vt breuibus me absol-uam , quantūuis non furari non iustificet , tamen a deo ad iustificationē exigitur , vt vel nemo quā tumlibet credat iustificetur , si rem furto abla tā apud se retineat , seu rapiendi habeat animū . Vt autem cum hoc furandi proposito , ita sine charitate nemo iustificatur . Imo si quod ipsi dicunt , iustificatio est totius personæ approbatio , sine charitate nemo iustificatur . Neminem enim charitate vacuum deus approbare potest . Sicut diligētes se diligit , sic odientes odit . Vides igitur eos eodē laqueo quem alijs absconderunt , comprehensos esse . Audaciam tamen & animum addit hæc excogitata cauillatio , sed vt omnia alia , elumbis . Aiunt enim .

¶ Nec est iustificatio somniāda amisso propitiatore Christo .

¶ Non admittit res tam deplorata risum , alioqui posset hic lector ridere . Non intelligunt isti suaues Theologi mediatorē Christum p̄ charitatem non tantum a cordibus humanis non exulare , sed præsentissimum esse eis . Nonne deus charitas est , & qui manet in charitate in deo manet ? Si per charitatē quisq; manet in deo & vicissim

1. Ioha. 4.

DE IUSTIFIC:

Deus in eo, quomodo etiam excluditur? Si verò exulat, si excluditur p̄ charitatem, quomodo manet? An simul exulare & manere potest? Quid hoc dici posset absurdius? Quis hic non admiret̄ prudentiū scilicet istorū hominū obcæcationē qui audent vel sole clariora tam pertinaciter negare? Hac vero eorum insania permoti, cū nostrates Theologi charitatem fidei adnectunt, vt possit iustificare, præsertim quod maxima inter virtutes sit charitas, sitq; vinculum perfectionis, sic ineptiunt.

¶ Si dilectio efficit perfectos, nihil igit opus est propitiatore Christo. Nam fides tantum apprehendit propitiatorem Christum. Hoc autem longissime abest à sententijs Pauli, qui nunquam patitur excludi propitiatorem Christum.

Paulo a-
p̄tere relu-
ctantur.
Gal. 5.

¶ Paulus dicit dilectionē vinculū esse p̄fectionis, isti negant, Paulus dicit fidem q̄ per charitatem operat̄ iustificare, isti negant, & contendunt solam fidē ad hoc sufficere. Quid faciemus, quando scripturis nolunt habere fidē? Si dilectio, inquit, efficit perfectos, nihil igitur opus est propitiatore Christo. Et Christo propitiatore, & fide, & dilectione & tribus simul ad iustificationē opus est. Christus propitiator est atq; hominū iustificatōr. Fides est qua agnoscit homo Christum propitiatorē, quē agnoscunt & demones non vt propitiatorē, sed vt sui sceleris vindicem. Charitas seu dilectio nota est, qua discernuntur fideles a demonibus, & rursus fideles a seinuicem. Sunt enim

fideles nonnulli & non fideles. Fideles nomine-
 tenus, non fideles quia dæmonibus similes odiunt,
 quem diligere oportuit. Nolo hic audire, quod
 ego istos prior dæmonibus comparauerim, nam
 iamdudum Augustinus ante se Iacobum aposto-
 lum id fecisse commemorat. At dicat hic an pos-
 sit quisquam sine Christo veram dilectionem
 habere. An non Iohānes statim pronuntiavit de
 um esse charitatem, & in charitate manentem,
 in deo manere? Potest ne quisquam in deo mane-
 re qui non diligit, sed qui odit? Nullum enim me-
 dium est inter dilectionem & odiū auctore Chri-
 sto, apud Matthæum dicente: Nemo potest duo-
 bus dominis seruire, aut enim vnum odio habe-
 bit & alterum diligit. Vides hic inter odisse &
 dilexisse, nihil interuenire. Quomodo ergo iusti-
 ficabitur, qui ipm odio insectatur iustificatore?
 Hoc sane ira natura comparatum est, vt quem
 quis odit, de eo haud magna credat, imo vellet in
 inimico famam boni nominis extinctum iri, Et
 quod quidam dixit, quem odit quisque perire cu-
 pit. Aug. q̄q̄ definiuit, nullū bonū ap̄d eum esse
 qui non diligit. Vbi nullum bonum est, ibi sane
 neque fides est quæ sola iustificet. Iam & fides &
 charitas ex vno fonte manant, vtraque de meri-
 tis Christi, cōnexæ quoq̄ iustificāt: vt illa nō iusti-
 ficat sola, ita nec ista. Vt aut̄ magis intelligas
 aduersarios diuerticulū q̄rere audi qd nūc dicāt.

¶ Certū est Paulū de dilectōe pximi loq̄.

¶ Nihil refert de q̄ dilectōe loquatur Paul⁹ cū in
 scripturis cautū sit neminē recte deū diligere pos-
 se, nisi proximū diligit: & ediuerso nemo diligit
 proximū, nisi deū diligit. Hoc mandatū hēmus

Charitas
 nota ē
 discernit
 inter bo-
 nos &
 malos.
 1. Iohā. 4.

Math. 6.

Quē quia
 odit, de eo
 magna
 nō credit

August.

DE IVSTIFIC.

1. Ioha. 4. a deo, inquit Apostolus, vt qui diligit deum, diligit & fratrem suum. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et: Si diligimus inuicē, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta. Dilectio igitur dei vna est cum ea qua diligitur proximus. Hinc dicit apostolus: Omnis lex in vno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ista duo præcepta vt testatur Augustinus, ita ex alterutro connexa reperiuntur, vt nec dilectio dei possit esse in hoīe, si nō diligit proximum: nec dilectio proximi, si non diligit deū. Et Ideo aliquādo alterum sine altero, siue illud siue illud pro plena doctrina inuenitur scriptura commemorare, vt etiam hoc modo intelligatur, alterum sine altero esse non posse. Nihil ergo refert, siue de dilectiōe dei siue de dilectiōe proximi loquatur ibi apostolus. qm̄ tam arctiss. duo quasi vnū coherent. Pari arte putant sententiam Petri deprauari posse ne Catholicorum deseruiat instituto, istā videlicet: Charitas operit multitudinē peccatorū
1. Petri. 4.

¶ Constat & Petrum, inquit, loqui de dilectione proximi.

- ¶ Huc spectant omnia, quæ iam de necessaria dilectionis dei & proximi coherentia dicta sunt. Hoc forte non ab re addidero, quod dicit Chrysostomus: Sicut rex in imagine sua honoratur, sic deus in homine diligitur & oditur. Non potest hominem odisse, qui deum amat, nec potest deum amare, qui hominem odit. Ad hoc nunquam est vera dilectio sine spiritu sancto, quia charitas, vt ait Paulus, diffunditur in cordibus nostris per spi
- Chrysol.
- Roma. 5.

ritum sanctum qui datus est nobis. Quemadmodum vero spiritus sanctus sine mediatore Christo non datur, ita dilectio absque Christi merito in cordibus nostris non diffunditur. Quomodo negabimus per charitatem delicta operiri, imo hominem iustificari (ex charitate enim fides, non ex fide charitas metienda est) cum constet sine spiritu sancto nunquam veram charitatem infusam nunquam sine charitate fidem formatam esse.

Quamobrem necesse erit ut admittant fidem per charitatem iustificare, sicut dicit apostolus, fide valere, quæ per charitatem operatur. Quod etiam vel ex peccati quo peccator obnoxius est, natura, & charitatis energia doceri potest. Patres citra controuersiam, charitatem sæpenumero ignem, peccatum vero frigus appellauerunt. Ut autem ut ignis frigus, ita calentis charitatis feruore, vniuersus iniquitatis algor propellitur. Non potuisset ergo Petrus appositius dicere quàm dixit. Porro si non deficit frigus nisi in ipsa ignis accessione, si non operiuntur peccata nisi per charitatem, relinquitur neminem iustificari, qui charitatem non habet. Iustificari enim nemo potest, nisi etiam a peccatis absoluat. Necesse ergo fuerit ut simul fides & charitas operentur ad hominis iustificationem.

¶ Nunc extenuemus etiam alias malas artes, quibus scripturas Catholicis suffragantes labefactare sed incassum moliuntur. Stat enim inuicta & semper inexpugnabilis ipsa veritas. Diui Iacobi de fide sine operibus dicta, quibus Catholici suam sententiam statuunt, sic conantur eluere.

Fides sine charitate non iustificat

Galat. 5.

Simile.

Charitas in igne, peccatum in frigore significatur.

¶ Aduersarij

P 3

¶ Iacobi verba nihil habent incommodi, si non assuant aduersarii suas opiniones de meritis operum. Sed vbiuncq; fit mentio operum, aduersarii affingunt suas impias opiniones quod per bona opera mereamur remissionem peccatorum, quod bona opera sint propitiatio ac precium propter quod nobis deus reconcilietur, quod opera coram deo propter suam bonitatem sint accepta, nec egeant misericordia & propitiatore Christo.

Mēdaci-
um turpe

¶ Respon. Catholica

Mēdaci-
um arguuntur

¶ Huiusmodi mendacis inescant bonos principes ac rudē populū, qui ista, quod melius instructi nō sūt, ab eis ceu a Delphico oraculo excipiūt. Prætextu em̄ emendationis a se inuentæ religiōis docent nō q̄ verā sunt (nā veritas, quæ vna est, in catholica ecclesia p̄seuerat) sed quæ suū protegunt errorē, nulla neq; scripturarū, neq; decretorū patrū habita rōne. Quicuncq; nostratiū ista aduersariorū legunt falsa cōmentā, tametsi nō nihil essent eis addicti, actutū resipiscunt, p̄nitentq; simulatq; ista dignoscūt mēdacia. Neq; ego despero fore, vt & isti boni principes simul cū vulgo ad cor redeant, perspectis tā apertis istorū in Catholicos calūnijs, qbus seipsos magis q̄ catholicos contaminant. Confidenter dicūt Cath. ea docere, quæ nunquā vel docuerunt velsenserūt, vq; quod bona opa sint precium, propter quod nobis deus recōcilietur. Hoc primū est mēdaciū. Scdm̄

quod docuerint, opera coram deo propter suam bonitatem esse tam accepta, vt non egeant misericordia aut propitiatore Christo. Miserendū sane est his, quibus hac falsissima persuasione imponitur. Nec tam apertis respondendum est mendacijs, quæ vel se ipsa transfodiunt, vel response indigna sunt. Sciunt enim omnes pij, recte docuisse Catholicos, quatenus bona opera ad iustificationem pertineant, tametsi hæc nostra a principio non lectitauerint. Triphariam vero extenuant sententiam Iacobi, ne Catholicis ad defensionem suam sit vsui. Primum in hunc modum.

¶ Aduersarij.

¶ Hic locus magis contra aduersarios facit, quam contra nos. Aduersarii enim docent hominem iustificari dilectione & operibus. De fide qua apprehendimus propitiatorē Chr̄m, nihil dicūt. Iaco. aut̄ nō subiicit pro fide dilectionē, sed retinet fidē ne propitiator Chr̄s excludat̄ i iustificatiōe

Mendacium.

¶ Respon. Catholica

¶ Dispiciamus an pro aduersarijs faciat Iacobi sententia, sed primū arguamus eos mendacij. Nusquam docent Catholicos hominem iustificari sola dilectione, aut solis operibus, aut vtrisque simul: sed fidem docuerunt esse necessariam. Nouerunt enim impossibile esse, quod sine fide quisquam placeat deo. Sed vt Iacobus, ita & ipsi fidem exigunt. Exigit vero Iacobus non illam mor-

Mendacij arguuntur

DE IUSTIFIC.

tuam aut ociosam fidem, sed per charitatē operantem, qua possit homo iustificari.

¶ Talis est fidei & charitatis qua alterne deū. ciuntur, necessitudo, vt separari a se inuicem nō debeant, modo quenquam debeant iustificare. Potest itaque fides sine dilectione, sed dilectio sine fide esse nequit. Huiusmodi sentiunt fidem esse debere, quæ iustificet: fidem vero informē negant ad iustificationem sufficere. Quod quātumuis impugnent aduersarij, coguntur tamen vel inuiti concedere. Nam si nolent suis verbis excidere, docuerunt fidem nunquam esse sine charitate. Quod si nunquam sine charitate est (quod negant Catholici) ergo nunquam sine charitate iustificat. Secundo Iacobi sententiam aduersus Catholicos sic expediunt.

¶ Aduersarij

¶ Res ipsa loquitur hic de operibus dici, quæ fidem sequuntur, sed ostendunt fidem non esse mortuam sed viuam. Non igitur sensit Iacobus nos per bona opera mereri remissionem peccatorū & gratiam.

¶ Respon. Catholica

Fidem opera quo modo sequantur,

¶ Catholice Respondent hic nostrates fidē dupliciter opera sequi, quod alia sequantur fidē informem, alia fidem formatam. Illa inchoant iustificationem, ista perfectiorem reddunt. De vtriusque differit hic Iacobus, & vtrunq; asseuerat. Sed id doceamus, Beatus iste apostolus, vt de humanis mentibus eriperet perniciosam istam fidem

tiam, qua superbiunt nunc multi tanquam ex ea possint sine operibus iustificari & saluari, confidenter pronuntiat suam apostolicamq; adeo sententiam, dicens: Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habere? Nunquid fides potest saluare eum? Si autem frater & soror nudi sint & indigeant victu quotidiano, dicat autē aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calescite, & saturemini, non dederitis autem eis, quę necessaria sunt corpori, quid proderit: ita & fides si non habeat opera, mortua est in semet ipsa. Vides hic Iacobo fidem sine operibus saluare non posse, neque viuificare, quia sola in semet ipsa est mortua. Quod probat euidentissime in dæmonibus, qui credunt & contremiscunt.

Iacobi. 1.

Credulitatem demonstrant, quum dicit vnus aliquis ex eis: Quid mihi & tibi Iesu fili dei altissimi? Tremorem vero, quando adiurati per nomē Christi ab hominibus quos possederunt, exeunt. Quod si sine operibus non viuificat fides neque saluat, multominus iustificat, quia iustificatio est quædā spiritualis renascentia, aut viuificatio qua saluatur saltem in spe: quia iustis salus promissa debetur. Subiecit etiam opera, quę cum ex informi, tum ex fide formata fieri possunt. Nam primum loquitur de operibus misericordię, quę vt ex fide formata charitatē iustus, ita ex fide informi ad diuini nominis maiestatem peccator facere potest. Quę sic peccator facit, non nihil cooperant eum, vt gratiam diuinitus accipiat. Vnde nimirum dictum est a Christo: Date elemosynam & omnia munda sunt vobis. Hinc superior multa sunt recensita, quibus quintus Confes

Marc. 5.

Opera fidei viuificant. Iustificatio quod sit.

Lucæ. 11.

DE IUSTIFIC.

Gene. 22. sionis articulus eneruatus est. Subinde commemo-
 rat etiã opera, q̄ ex fide formata fecit Abra-
 am, inter quæ præsertim extollit illud præclarum
 facinus, quod deo obedierit, neglecta in vnicum
 filium pietate. Hæc qui legit quicq; mente secum
 pertractat, haud dubitat Abraamum fidem ha-
 buisse charitate formatam, qui tam prompte, tã
 sine controuersia dominicæ iussioni paruerit. Di-
 cit autem eum ex operibus iustificatum esse, eo
 q̄ ex opibus p̄ fidē factis magis iustificatus sit.
 Hic signãter subnexuit apost. Vides qm̄ fides co-
 operabat operib. illius, & ex operib. cõsumma-
 ta est? ¶ Postremo subiunxit opera, q̄ ex fi-
 de informi fiant, dicens: Similiter & Raab mere-
 trix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens
 nuntios & alia via eiciens? Hic dicet forte aduer-
 sarij, fidē simpliciter pro fidelitate, q̄ viri illi Ra-
 habæ hac lege vt eos nõ proderet & p̄ fenestrã de-
 mitteret, adstrinxerunt accipi debere. Quibus edi-
 uerso rñdebitur: Iaco. dixisse iustificatã, nõ ab in-
 ternetione saluatã esse ratione operum. Hinc vt
 plurimum dicunt scripturarum expositores, eam
 tum Mosi esse iniciatam, cum viris istis hanc fi-
 dem faceret, & quod hac fide meruerit, vt tam
 sanctæ cognationi insereretur. Neq; nos si multũ
 velint obstrepere aduersarij, eius sumus animi,
 vt in re tam nullius momenti, velimus diu vehem-
 enterq; velitare. Docuimus enim luce claris-
 us quid sit & quantum possit informis fides.
 Nunc tertio sententiam Iacobi sic exponunt.

Abraam
 quam fi-
 dem ha-
 buerit.

Iosue, 2

¶ Aduersarij

¶ Iacobus paulo añ dixit de regeneratiõe

quod fiat per euangelium. Sic ait: Volens genuit nos verbo veritatis vt essemus primitiæ creaturarum eius, cum dicit nos euangelio renatos esse, docet quod fide & nati & iustificati sumus. Non igitur sentit Iacobus nos per opera renasci.

¶ Responsio Catholica

¶ Bella plane & si deo placet, pulchra collectio. Per euangelium renati sumus, ergo sola fide absq; operibus renati sumus, quasi euangelium præter fidem nihil doceat. Docet quidem fidem, docet & quod per fidem peccator renascatur, sed non per solam fidem. Nam docet cum fide pñiam, sicut Christus præcipuus euangelij contionalis testatur dicens: Pœnitementi & credite euang. Sed & hoc superius vehementer inculcatum est. Docet proinde vnumquẽq; per baptismũ regenerari debere: Nisi quis renatus fuerit, inquit apud Iohannẽ, ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Hic autem regenerationis modus ad eos præsertim pertinet, qui ex gentilitate conuersi Christo credunt. Quando vero sacrũ baptismum, quo Christo commorimur & consepelimum peccatis & mundo, resurgimus vero in nouitatem vitæ, qua deo viuimus, reiterari non potest, sicut Christus tantum semel mortuus est, ne semper peccantibus deesset vnde resurgerent, instituit sacrum pœnitentiæ sacramentũ, præsentissimum peccati antidotũ, vt q̄ prius diabolo ancillabatur per concupiscẽtias, iam Christo per nouam conuersationem famuletur. Iustificatiõis

Iohann. 3

Roma. 6

DE IUSTIFIC:

**Cōfessio
peccato-
rum**

ordinem superius profecuti sumus affatim, hoc excepto quod de Confessione peccatorum nihil diximus, hoc tantum obiter hic adnotauerimus de ea. Quando peccator cum pœnitet, petit, quærit, pulsatur, omniaque quæ potest ex instinctu diuino facit, adhuc animo secum hæsitat, vtrum iusto labore gratiam quæsierit, vtrum ex auditu sit & gratiam acceperit, iterum succurrit piissimus dominus, vt fidei certitudine certiozem redderet eum an gratiam receperit, mittit ad sacerdotem sacramenti sui dispensatorem & ministrum, vt peccata sua confiteatur integre cum magna animi contritione, accipiatque ab eo absoluti onem proponens deinceps pro arbitrio sacerdotis, cui confessus est, vitam instituere & facere quæ ex persona dei iussit. Quod si in hoc corrigendæ vitæ proposito & animi humilitate perstiterit precipiens pro peccato suo satisfacere, quamquam id non possit plene, accipit nimirum gratiam, accipit & charitatem, vt iustificari, vt a peccatis possit emaculari: & repentina mutatione ex filio diaboli renascitur filius dei.

Iacobi. 2.

¶ Appositissime igitur dixit Iacobus omnia illa de fide sine operibus, quæ quia mortua est, iustificare non potest. Ideoque sic conuenienter cōcluserit: Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum? Perinde atque diceret: Sola fides neminem iustificat, sed oportet quod fidem opera comitent. Neque in hoc refragatur Paulo, qui dicit se arbitrari hominem per fidem sine operibus legis iustificari. Nam Paulus, quod in propatulo est, a iustificatione excludit opera legis, quæ fiunt ante fidem, & ideo non ex fide,

Roma. 7.

quæ Augustinus lib. de spi. & lit. proprie dicit esse opera legis. Non excludit autem opera, quæ ex fide licet informi fiunt, quæ gratiæ accipiendæ præparatoria esse sæpe iam dixim⁹. Arbitror nunc abunde explicatum esse quam insynceriter, quam fraudulenter isti Iacobi verba tractauerint. Audi nunc aliam quam eidem irrogant, iniuriam.

Augusti.

¶ Aduersarij.

¶ Hæc fides cum sit noua vita, necessario parit novos motus & opera. Ideo Iacob⁹ recte negat nos tali fide iustificari, quæ est sine operibus. Quod autem dicit nos iustificari fide & operibus, certe non dicit nos per opera renasci, neque hoc dicit quod partim Christus sit propitiator, partim opera nostra sint propitiatio. Neque describit hic modum iustificationis, sed describit quales sint iusti, postquam iam sunt iustificati & renati. Et iustificati significat hic non ex impio fieri iustum, sed vsu forensi, iustum pronuntiarī.

¶ Responsio Catholica.

¶ Hæc fides proculdubio, quæ charitate formata est, qua pollet iam iustificatus, cum sit noua vita, parit novos motus & opera. Ideo Iacob⁹ recte negat, nos tali fide iustificari, vtpote iā iustificatos. Qui enim iustificatus est, non operitur vltorius iustificatorem, sed operatur iam ex se

DE IVSTIFIC.

de charitate formata voluntatem dei, vt iustifi-
 Apoc. 22 cetur magis. Qui enim iustus est, dicit in Apocaly-
 pli angelus, iustificetur adhuc: & qui sanctus
 est, sanctificetur adhuc. Si sic intellexissent aduer-
 sarij, catholice sensissent. Neq; sentiunt Catholi-
 ci quod per opera renascatur quisquã, neq; quod
 opera propitiatio sint pro peccatis, sed prepara-
 tiones sunt ad spiritualem renascentiam, ad iusti-
 ficationem, sed principia sunt expectatæ propi-
 tiationis atq; salutis.

Iustifica-
 ri quid sit

¶ Rursus video hic nõ
 candorem animi istorum, sed excogitatam ma-
 litiã, quando verba apostoli ne Catholicorum
 robovent sententiam, tam aperte deprauant. Iu-
 stificati inquit, significat hic non ex impio iu-
 stum fieri, sed vsu forensi, iustum pronuntiarì, q̃si
 apostolo curæ esset, quis pronuntietur, & non ma-
 gis quis apud deum censeretur iustus. Sed sic sane
 interpretari imo corrumpere debebant, mō vel-
 lent suum errorem consistere. Iacobus vero, quo
 errorem istorum multo nocentissimum commi-
 nueret, quem vt copiosus testis est Augustinus, ex
 subobscuris aliquot Pauli verbis vna cum istis
 iam olim conceperunt, haud recte intelligentes
 ea, quæ de legis operibus ille dixisset, hæc, quæ in
 manibus habemus, aduersus eos iaculatus est. Si
 imitati essent isti catholicam Iacobi sententiam
 & genuinam Catholicorum interpretationem,
 nihil opus fuisset nodum in scirpo quærere, nihil
 opus fuisset incommodum quærere, vbi res per
 se clara est. Sed si hunc sensum essent imitati, pa-
 rum feliciter suum statuissent errorem, parum fe-
 liciter suis Galactophagis verba dedissent. Sed
 prosequamur etiam alia.

¶ Aduersarij.

¶ Citantur aduersus nos & alia quædam sententiæ de operibus, scilicet: Remittite & remittetur vobis. Frange esurienti panem tuum, & c. Tunc inuocabis & dominus exaudiet. Peccata tua elemosynis redime. Beati pauperes spiritu, quoniam talium est regnum cælorum. Item beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Hæ sententiæ etiam nihil haberent incommodi, si nihil affingerent aduersarij. Duo enim continent. Alterũ est prædicatio seu legis seu pniæ, quæ & arguit malefacientes & iubet benefacere. Alterum est promissio quæ additur.

¶ Respon. Catholica.

¶ Catholici nunquam inficiati sunt, citra gratiam dei neminem legem implere posse, imo libere prædicant fidem cum primis esse necessariam, peccatorem per CHRISTVM accessum habere ad patrem. Sed fidem requirunt non ociosam sed operantem, per quam quæ decreuit, faciant, vt digni sint quibus indulgentiam peccatorum, iustitiam, salutem tribuat DEVS. Ex fide agunt homines pœnitentiam, ex fide largiuntur elemosynas, ex fide opitulantur oppressorum inopiæ. Ex fide misereantur proximorum, quatenus & ipsi a DEO hac

fidei ma-
ta inlig-
nia.

DE IUSTIFIC.

ratione misericordiam impetrent. Ex fide ignoscunt in se peccatibus, ut vicissim a deo criminis absoluantur. Ex fide iustificationem a deo flagitant gratiam, quam etiam fide accipiunt. Citra fidem quantum ad diuinam voluntatem, nihil profus agunt. Hortatur vero nos omnis fere scriptura, ut gratiam quaeramus & misericordiam, quod fieri non potest nisi per fidem informem. Qui fide charitate formata imbutus est, iam misericordiam consecutus est, neque necesse est ei misericordiam aut gratiam quaerere, quarum iam compos est. Neque alijs dici debuit aut potuit quam necdum iustificatis. *Isaias dixit: Cū extenderitis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestrae sanguine plene sunt. Lauamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersa, discite benefacere. Quaerite iudicium, subuenite oppresso. Et caetera quae ibi sequuntur. Quibus ista dicta sunt peccatoribus an iustificatis? Non potuit iustificatis dici, quorum si sanguine plenae essent manus, si adhuc malis aestuarēt cogitationibus, si peruersa agerent, iustorum nomine omnino essent indigni. Relinquitur itaque peccatoribus dictum esse, & non quibusuis peccatoribus, sed his tantummodo qui vnius dei fidem haberēt, id est, Iudaeis. Relinquitur nihilominus contra aduersariorum sententiam, peccatorem facere posse secundum legem bona opera, idque ex fide informi, quorum intuitu deus misericordiae animum suum flectens, tandem sese misere afflictantium misereri possit. Eliciuntur hic duo quae aduersarij haud auspicate haec tenus*

Isa. 1.

impugnauerūt. Alterum quod informē fidem habeant peccatores. Nisi enim crederent, manus ad orationem non extenderēt, neq; orationes multiplicarent. Alterum quod peccator de cōgruō per exercitiū boni operis mereatur remissionem peccatorum. Impium est enim credere, deū promissionem, quam iureiurando peccatoribus per poenitentia ad cor reuersis pollicitus est, retractare velle.

¶ Duo continent, inquit, Alterum prædicatio seu legis seu poenitentia. Quibus prædicatur lex & poenitentia? Num iustis? Sed istis non est lex posita, neq; indigent poenitentia. Prædicatur ergo peccatoribus. Frustra prædicaretur si non crederent. Cur vero prædicatur eis lex & poenitentia? Num vt non faciant? Quorsum ergo opus erat prædicatione? Cur inaniter perditur opera? Prædicatur haud dubie, vt faciāt. Cum audiūt & cum nō faciunt fideles nimirum sunt, tamen hac fide iustificati non sunt. Excipiunt autē hac fide verbum dei, quo arguuntur peccatorum, vt deinceps bene faciant. Ipsi ergo cum Catholicis sentiunt in peccatore remanere fidem informem, quod hactenus confidenter inficiati sunt. Ex altero, quod in illis sententijs contineri dicunt, idem elici posset. Hic tamen nefas forte fuerit ea, quæ itidem ex altero aduersus eos doceri possunt, præterisse. Non ita longe abhinc negabant Catholicos promissiones docere, hic nescij aiunt. Citantur inquit, Capiuntur aduersus nos et alia quædam sententia & c. Duo hic aduersus illos a Catholicis sententia, quæ promissionem continent, quomodo non docetur apud eos promissio? Si autem docetur cur tã impuden

Docet q
peccator
ex fide in
for. decō
gruo mereat rem.
peccat.

missio
sententia
aduersus
nos

Capiuntur
hic aduersus
sarij.

DE IVSTIFIC.

et mendax laxant os suum: cur negant eos docere, quod docent, sed tantum opera magnificare? Sic non vident monoculi, quæ loquantur.

¶ Neq; ascriptū est, inquit, peccatā remitti sine fide, aut opera propitiationem esse

Alijs modis eandem cantilenā sæpe canunt. Recentī memoria tenes lector huic dīcterio rīsum esse, quod Catholici nūquā senserint sine fide peccata remitti, & propitiationē esse. Inaniē & sine vlla fruge aduersus falsas calumnias disceptatur

¶ Postremo vt etiā breuiter conclusioni eorum respondeatur, nō excludunt Catholici Christum a prædicatione pœnitentiæ. Nam docent pœnitentes vt ad Christum ceu ad sacram ancoram refugientes omnem spem in eo collocent, expectentque ab eo solo remissionem peccatorum: sed vt interim tñ non negligant ea, quæ certo certius ei placent, quæque veræ pœnitentiæ aperta sunt indicia, nempe oratiōem, ieiunium, lacrymas, singultus, misericordiam. Si hoc est Christum a prædicatione pœnitentiæ excludere, iudicent omnes boni viri. Bene autē habet quod conditionaliter subindicant Catholicos Christum a prædicatione pœnitentiæ excludere, quia simul significant eos hæc nunquam docuisse. Si docuissent, profecto durius eos tractassent, neque dixissent: Si excludant aduersarij a prædi. &c. sed apertis tibijs proclamarent: Aduersarij blasphemī sunt, quia excludunt Christi euangelium a prædicatione pœnitentiæ. Sed audi nunc, quid contra se ipsi sentiāt

¶ Aduersarij

¶ Redimuntur autem peccata per pœni

Christus
pœnitēti-
bus tutissi-
mū azylon.

tentiã, id est obligatio seu reatus tollitur, quia deus ignoscit agentibus pœnitentiã sicut Ezechiel. 18. scriptum est.

¶ Responsio Catholica.

¶ Non video an possent manifestius aduersum sese pugnare. Nam quod hæcenus aperto Marte impugnarunt, nunc aperto peccatore ipsi prædicant. Si quod nunc confidenter loquuntur, peccata per pœnitentiã redimuntur, si tollitur pœnitentiã obligatio seu reatus peccati, si ignoscit deus agentibus pœnitentiã, sequitur sola fide in Christum neminẽ iustificari, sed vt pœnitentiã agat necesse est ei q̄ cupit a peccatis absolui. Pœnitentiã autem agere nihil aliud est, quam a priore male viuendi consuetudine sese abducere, orationibus, lachrymis, elemosynis, alijsque pijs exercitijs peccatorum indulgẽtiã quærere. Hæc autem omnia & quotquot præter ea ad pœnitentiã pertinent, opera sunt, & talia opera, quibus vt ipsi hic confitentur, peccata redimuntur, quibus obligatio seu reatus tollitur, propter quæ deus ignoscit pœnitentibus. Iam ipsi suapte sponte dixerunt Catholicorum sententiã & doctrinã nihil habere incõmodi, imo sanã esse & ceu admussim euãgelio correspõdere. Quorsum spectabat ergo tantam tragediã excitare? Cur vtrinq; tandiu inalter velitarũ est? Conferat autẽ prudẽs lector cũ istis omnia illa, quæ superius a nobis impugnata & certe nunc expugnata, & videbit quã luxa, quã incerta, quã elũbis sit istorũ doctrina. Sed audi iã aliã calũniã priorib; illis haud multũ absimilem

Capiunt
ipsi sese
aduersarij

DE IUSTIFIC.

¶ Aduersarij.

¶ Aduersarij nostri vbiq; omissis promissionibus tantum præcepta intuentur, & affingunt humanam opiniõem, quod propter opera contingat remissio, cū hoc textus non dicat, sed multo magis fidẽ requirat. Nam vbiq; promissio est, fides ibi requiritur, non enim potest accipi promissio nisi fide.

¶ Respon. Catholica

¶ Hic reuertuntur ad consuetum calumniandi studium. Non longe abhinc dictum est nobis Catholicos omissis promissionibus nunquam pœnitentiam seu opera docuisse, neq; quicquam præterquam quod in euangelio aut scripturis explicatur, docuisse. Nunquam docuerunt quod propter sola opera absq; fide contingat remissio peccatorum, sed aperte docuerunt neminem velle aut posse vtiliter pœnitere, nisi idem etiam credat. Pœnitentiam enim fides necessario præcedit. Non est ergo quod huiusmodi calumnijs Catholicos laceffant, de bona & sana doctrina bene meritos. Adde quod sicut textus non semper

Fidei qñ
sola poni
tur in tex
tu, adde
opera, cõ
tra quan
do opera
adde fidẽ

opera, sic nec fidem semper memorat, vt discas, quando opera ponit, fidem, quando fidem, opera subintelligi debere, & alterum sine altero nõ posse iustificare. Non negant etiam fidem promissionibus esse habendam, sed negant eas sola fide sine bono opere accipi posse. Nam ocio torpere & in sinu manum gestare, & nihilominus sola

fide promissionem expectare, presumptio est, ea que vanissima. Sed iam ipsi docuerunt, opera ad iustificationem necessario pertinere.

¶ Aduersarij.

¶ Teneamus igitur has regulas in omnibus encomijs operum, in prædicatione legis, quod lex non fiat sine Christo. Ipse inquit: Sine me nihil potestis facere. Item quod sine fide impossibile sit placere deo. Certissimum est enim quod doctrina legis non vult tollere euangelium non vult tollere propitiatorem Christum. Et maledicti sint Pharisei aduersarij nostri, qui legem ita interpretantur, vt operibus tribuant gloriam Christi, videlicet quod sint propitiatio, quod mereantur remissionem peccatorum,

¶ Respon. Catholica

¶ Non tam frequenter vnum idemq; mendacium isti congeminant, nisi in eis fons prorsus & verecundia perissent. Sæpe & vsq; ad nauseam fere dictum est, Catholicos nunquam legem ita interpretatos esse, vt gloriam soli Christo debitam operibus tribuant, neq; semel meminerunt, vt opera vocarent propitiationem. Sed hoc docuerunt quod per opera ex fide facta mereantur a Christo remissionem peccatorum, a quo quicquid sunt quicquid agunt, quicquid cogitant, supereffluen

Mendacij
arguuntur

DE IVSTIFIC.

ter acceperunt. Qui sic docet, ille ne gloriā operibus, & nō Ch̄o tribuit? Qui sic docet, ille ne maledictus audire meruit? ille ne hæreseos turpē merē notā, ille ne Pharisæus audire dignus est? Hic rursus spectēt illustrissimi principes, simulq; oēs boni viri non candorē sed anī istorū fuliginē aut etiānum tenebras, q̄bus obtenebrati neq; veritatē, neq; deū, neq; seipsos agnoscūt: sed quæcūq; primū in buccā venerint, quo Catholicos apud suos exosos reddant, quo corū fidē exinaniant, suamq; statuunt, turpiter, & inuerecunde effutiunt. Sane qui pergit dicere quæ vult, quæ nō vult, audivit. Temperabimus tñ interim a mēdacijs, a cōvitijs, a maledictis, ne vt Cretēses dicamur cum Cretensibus cretizasse. Et, quod istis vñsuenisse palam est, inter mendacia, inter rixas, & scōmata, sæpenumero intercidit veritas. ¶ Catholicī doctores gloriā non operibus, sed Christo qui humanis conatibus cooperatur, attribuūt. Sciūt enim opera hominum nihil habere meriti, nisi ex meritis & gratia Christi. Docent item Christum operibus bonis non contemni, sed honorari, idq; potissimum cum Paulo dicente & Colossenses admonente: Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo patri per ip̄m. Et: Siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud faciatis, omnia in gloriā dei facite. Si vero, quod hic liquet, bonis operibus DEVS honoratur & colitur, modo ea ex fide fiant saltem vel informi, non est quod isti Catholicos maledicant, & condemnent in DEVM impieratis. Nam quæ ex fide charitate formata fiunt,

Veritas
vbi periclitetur
Opera
vnde efficitur
catia sint

Colos. 3.

1. Cor. 10.

de condigno merentur vitā æternā, ista, q̄ ex fide
informi fiūt, de cōgruo merentī grām. Quō ergo
maledicūt Catholicos, quō insultant vt Pharisæ
is, cū tam ista quā illa ex fide cū Ch̄o fiant, per
quē habemus accessum ad deū, & non per opera
nisi ex fide & cum Christo propitiatore fiant.
Nunc alio sese confœdant mendacio, quo se Ca-
tholicos credebant contra minaturus.

¶ Aduersarij.

¶ Quāq̄ enim scholastici nihil oīno Menda-
cium.
de fide, in doctrina pœnitentiæ dixerunt:
tamen arbitramur neminem aduersario-
rum esse tam furiosum, vt neget absoluti-
onem euangelij vocem esse. Porro abso-
lutio fide accipi debet, vt erigat perterres
factam conscientiam.

¶ Cathol. Responſio

¶ Quod Scholastici nihil omnino de fide in do- Mēdaciū
arguūtur
ctrina pœnitentię dicant, mendacium est manife-
stum. Docent enim q̄ p̄nia nō nascatur nisi ex fi-
de, neq; oīno potest aliunde nasci. Supra diximus
neminem recte pœnitere velle, q̄ fidei sit expers.
Porro cum absolutionē dicunt esse vocem euan-
gelij quæ fide accipi debet, nescij suam ipsorum
impugnant sententiā. Significant enim tātum
esse credendum absolutionem. Sed si sacramētū Capiūtur
pœnitentiæ ita accipiendum est, vt peccatorum
consequamur remissionem, relinquatur peccato-
rē non sola fide, sed sacramēto ex fide accepto lu-
stificati. Vbi est nunc acumē istorū, vbi mēs, vbi

DE IVSTIFIC.

ratio? Qui volunt omnia pro libidine sua corrigere se ipsos non intelligunt, quod non fit, nisi ex quadam philautia qui se putant vel ipsas sacras Musas eruditione antecire.

¶ Aduersarij.

¶ Itaque doctrina pœnitentiæ, quæ non solum noua opera præcipit, sed etiã promittit remissionem peccatorum, requirit fidem. Non enim accipitur remissio peccatorum nisi fide. Semper enim in his locis de pœnitentia, intelligere oportet, quod non solum opera sed etiam fides requiratur. Verum est enim, quod in doctrina pœnitentiæ requiruntur opera, quia certe noua vita requiritur. Sed hic male assuunt aduersarij, quod talibus operibus mereamur remissionem peccatorum aut iustificationem,

¶ Cathol. Responso

Pœnitentia ad iustific. necessaria.

¶ Quid necesse fuit ut tot verbis tot argumentis docerent in doctrina pœnitentiæ non solum opera sed & fidem necessario requiri, cum hoc ex Catholicis nemo vnquam inficias ierit. At iam, ut vides, vel nolentes coacti sunt confiteri, non modo fidem sed & opera ad pœnitentiam pertinere. Nam ut ipsi dicunt & admodum catholice dicunt, noua vita requiritur. Quod si noua vita requiritur, certum est veterem ut malam relin-

quēdam esse. Ista vero noua vita vt feliciter trā-
figatur, multa requirit. Primum vt simulatq; ve-
terem exueris hoīem, induas nouum qui secūdu
deum creatus est. Deinde vt peccata detestatus,
gratiā quæras qua deiceps malum tibi suggeren-
tibus inimicis fortiter obsistas. Si ergo ad remissi-
onem peccatorum & iustificationem requirun-
tur opera, si requiritur pœnitētia, nemo sola fide
percipit remissionem peccatorum. Idem docue-
runt Catholici, videlicet quod non sola fide, neq;
solis operibus, sed vtrisque coniunctis, remissio
peccatorum percipiatur. Quid igitur necesse fuit
iterum dico, tot tragedias excitare, tot mēdacijs
Catholicorū famā falso polluere? Arbitror plane
vbi hæc ad manus principū peruenerint, & vbi
viderint istos solis mendacijs & calumnijs hanc
tantam rem tractauisse, recociliabuntur eis, qui-
bus hæcenus vt inimicissimis, infensi fuerunt.

¶ Non assuunt Catholici quod talibus operi-
bus mereamur remissionem peccatorum aut iu-
stificationem, sed docent idem quod isti, videlicet
quod per opera quæ ex fide fiūt, mereamur remis-
sionem peccatorum de congruo, non vt isti fal-
so Catholicos docere nugantur, de condigno.
Quid autem intersit inter congruum & condig-
num, supra affatim declaratum est. Hoc solum
non conuenit inter Catholicos & istos, quod Ca-
tholici in peccatoribus fidem informem esse di-
cunt, isti negant. Quomodo vero in peccatoribus
fides informis sit, qua pleracq; multa bona opera
& quæ deo placent, faciant, superius multis scri-
pturis ostendimus. Superfluum fuerit omnia huc
reuocare. Tantum sufficit offutias & tricas qui-

Catholi-
ci quātū
ab aduer-
sarijs dif-
ferant.

DE IUSTIFIC.

bus simplicibus imponunt, ostendisse.

¶ Aduersarij.

¶ Christus sæpe annectit promissionem remissionis peccatorum bonis operibus non quod velit bona opera propitiationem esse, sequuntur enim reconciliationem sed propter duas causas. Altera est quia necessario sequi debent boni fructus. Monet igitur hypocrisim & fictam penitentiam esse si non sequuntur boni fructus. Altera causa est, quia nobis opus est habere externa signa tantæ promissionis, quia conscientia pauida multiplici consolatione opus habet.

¶ Respon. Catholica

Capitulum
hic aduer-
sarij.

¶ Hic isti ut fere ubique proponunt sua signa docentque sua verba. Christus inquit, sæpe annectit promissionem remissionis peccatorum bonis operibus, non quod velit bona opera propitiationem esse. Hic cogunt Catholici aduersarios ut ipsi sponte dicant, an Christus promiserit bonis operibus propitiationem, an non. Si non promiserit, certant ipsi secum, dicunt enim hic operibus esse promissionem annexam. Si promiserit, ergo opera remissionem impetrant peccatorum, & catholice dicit Iacobus, quod ex operibus iustificetur homo & non ex fide tantum. Si vero facientibus opera quibus deus promiserit remissionem peccatorum, non propitiatur, fallit nos ipsa veritas deus, & non est fidelis. ¶ Præterea non sponte bona opera, quibus remissionem peccatorum annectit deus, sequuntur reconciliationem, sed naturæ ordine ante

Iacobi. 2.

Opera
ordie na-
turæ ante

cedunt, alioq inanis esset promissio. Nihil enim aliud est, quā si deus diceret alicui iam iustificato & remissionē pecc. adepto: Fac hoc vel illud, et si feceris remittam tibi pctā. Hic iam rñdere posset ille: Iam pridem remisisti mihi pctā credenti & denuo cogis vt hoc vel illud faciā vt remittātur mihi peccata. Hæc iam exemplo tibi sunt. His, qui pœnitent, quiq; ad deū se conuertūt, pollicetur dñs veniam, pollicetur se orantes exauditurum, pulsantibus a perturum. Vides pñiam pcedere veniam, orationem exauditionem, pulsationem a pertionem antecedere. Licet em̄ nonnū quā tempore vno simul sunt causæ & effectus, tñ naturæ ordine causa antecedit effectū, vt patet et mater prole. Sic licet aliquñ peccator simulatq; orauerit exaudiatur, oratio tñ natura, imo frequētius etiam nū tempore antecedit exauditionem. Audit quidem deus orantes, sed non protinus exaudit eos, nec pollicitus est se simul ac orauerint hoies, exauditurq; iussit autem vt crebro orarent fideles. Constat ergo quod opera, quibus annectitur promissio remissionis pec. non semper sequantur reconciliationem sed vt plurimū antecedunt. Si non antecederent, frustra promitteretur remissio pctōrum, cum ea iam data esset. ¶ At hic dicunt q̄ propter duas causas opera sequantur iā iustificatū, quodq; prior sit bonorū fructuum necessaria consequētia. Hic rñdent Catholici, si bonorū operū fructus necessario sequuntur iustificationē, ita quod iustificatus bonorū operū fructus non possit non proferre, inutile fuerit iustificatū tot promissionibus, vt deinceps hñ operet, ille stare. Profuerit vero peccatori vt sæpenumero

cedunt re
concilia-
tionem.

Orantes
non cōti-
nuo exau-
diuntur.

Iustifica-
tum par
peccato-
rem pluri-
mum iu-
uant præ-
dicatio, p
missio nū
vt hñope-
tetur.

DE IUSTIFIC.

bonorum coelestium dulcedine, ad agendum, quæ iussit Christus, illectetur. Altera causa, cur iustificatum sequantur boni fructus, nulla est, vanaque adeo ut illudi possit. Nam opera externa iustificationis signa sunt incertissima. Vt enim iustus, ita potest & iniustus orare. Vt mitis, ita potest & animo turbulentus ieiunare, eleemosynas dare & omnia externa opera facere. Humilibus & superbis, inuidis & philadelphis, continentibus & salacibus, externa opera faciendi æqualis facta est potestas. Certissimum vero iustificationis signum, est testimonium bonæ conscientie, cum quod apost. ait, spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro, quod filij dei sumus. Hinc etiam num idem alibi dicit: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ. Non igitur signi gratia tantum, sed & meriti, allecantur tam iusti quam peccatores ut bene faciant, mereanturque illi ex fide charitate formata, ut magis iustificentur, isti ex fide informi de congruo mereantur gratiam, misericordiam, & peccatorum remissionem

Roma. 8

2. Corin. 1

¶ Aduersarij.

¶ Placent igitur eleemosynæ deo, quæ sequuntur reconciliationem, non quæ præcedunt.

Lucæ. 11.
Eleemo-
synæ an-
te recõci-
liatiõem
placent
deo.

¶ Respon. Catholica

¶ Breuibus ista absolui possunt utpote profr commentitia. Christus dicit: Date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis. Si tam diu immunda sunt omnia & polluta, donec eleemosynas faciant homines, ut tunc omnia mundentur,

quid dicunt isti eleemosynas illas tantum Deo placere, quæ reconciliationem sequuntur, nõ quæ præcedunt? Ante eleemosynam immunda sunt quibusdam omnia. Quando immundus est quisquam non potest etiam simul mundus esse, & præ consequens neque iustificatus. Ideo præcepit deus immundis & necdum iustificatis, vt facerent eleemosynas, quibus possent omnes maculæ abluui & omnis peccatorum rubigo abradi. Huc spectat & illud quod Tobias docuit filium suum: Ex substantia tua inquit, fac eleemosynam. Ita enim fiet vt nec a te auertatur facies domini. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat. Si non placent deo eleemosynæ, quæ præcedunt reconciliationem, quid imposuit Christo, vt doceret eleemosynam abluere immundos & necdum iustificatos? Quid venit isti sancto seni in mentem, vt confidenter diceret filio, eleemosyna ab omni peccato liberat, si eleemosynæ quæ præcedunt propitiationem. Deo non placent? Nam qui reconciliatus est deo, non habet peccatum, neque obnoxius est morti vt per eleemosynam liberetur. Habet autem peccator multa, a quibus eum eleemosyna liberare possit. Rursus audis Christum confidenter dicentem: Quicumque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Quicumque inquit. Neminem excipit, neque reconciliatum, neque non reconciliatum, sed quicumque dederit, non perdet mercedem suam: Quomodo non placent deo eleemosynæ, pro quibus deus beneficiũ refundet? Tã frigidæ sunt oēs istorum obiectiões

Tobiæ 4

Matt. 10.

DE IVSTIFIC.

Matth. 5. Item alio loco promittit deus misericordiam his qui aliorum miserentur. Constat reconciliatos miā iam cōsecutos esse. Qui vero deo per pctm̄ offenso necdum reconciliatus est, indiget prorsus vt sui misereatur. Miserebitur autem, quod hic audis, si fuerit ipse in pauperes beneficus atq; miserificors. Potuissent hæc quidem pluribus scripturarum argumentis deduci, sed in re tam aperta, nemineq; non peruestigata atque probata, non est quod lectorem oneremus. Hoc tamen saltem non ostendisse fortasse negligentia sit, quod Cyprianus, inuictissimus ille ἀγωνιστὴς sermonem, quem de eleemosyna scripsit, sic concludit: Præclara res & diuina fratres charissimi (de eleemosyna loquitur) salutaris operatio, solatiū grande credentium, securitatis nostræ salubre præsidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati, & res posita in potestate facientis, res grandis & facilis, verum Dei munus, & maximum, infirmis necessarium, fortibus gloriosum, quo Christus anus adiutus præ se effert gratiam spiritualem, promeretur Christum iudicem, cum purat deum debitorem. Ex his facile colligis tam non reconciliatis quam reconciliatis prodesse eleemosynam, & aduersariorum collectionem elumbem esse & vanam,

Cyp. ser.
de eleem.

¶ Aduersarij.

¶ Concedimus & hoc quod eleemosynæ mereantur multa beneficia dei, mitigent pœnas, quod mereantur vt defendamur in periculis peccatorum & mortis.

¶ Responsio Catholica.

¶ Vide nūc quam belle hæc quadrent cum ijs quæ nunc refellimus, videlicet quod eleemosynæ quæ præcedunt reconciliationem non placēt deo. Si ante reconciliationē eleemosynæ Deo nō placēt, quō dicūt hic, q̄ eleemosynæ mereant̄ multa bñficia dei? Si tales deo nō placēt eleemosynæ, quomodo merentur efficaciam defendendi in periculis peccatorum & mortis? Contra si merentur multa bñficia dei, mix̄ est sane cur eadē deo non placeant. Secundum istorum opinionem cōpēs ar deus bñficijs mala opa. Quid hoc dici posset absurdius? Sed hic rñdebunt fortasse, hæc se de iā iustificatis de recōciliatis itelligere. Habet multū vel hic sensus incōmodi. Concedimus inquit & hoc &c. Cur hoc non concedant, de quo nulla vnq̄ fuit controuersia, de quo nunquam disputatum est? Omnes consentiunt eleemosynas reconciliatorum plurima beneficia mereri, mereri etiā vt a periculis peccatorum defendantur. Vides quod vtcunq̄ hæc intelligant aduersarij, semper eis officiūt. Iam si multa beneficia merentur non reconciliatorum eleemosynæ, cur non mereantur item gratiam qua iustificentur? Sic semper non vident isti quæ loquantur.

Capitū
suis ver-
bis aduer-
sarij.

¶ Aduersarij.

¶ Hactenus recensuimus præcipuos locos, q̄s aduersarij cōtra nos citāt, vt ostēdāt q̄ fides non iustificet, & q̄ mereamur remissionem peccatorū & gratiam per opa

DE IVSTIFIC.

nostra sed speramus nos pijs conscientijs
satis ostendisse, quod hi loci non aduersus
sentur sententiæ nostræ.

¶ Respon. Catholica

¶ Recensuerunt quidem multa, sed non ci-
tra nostram nauseam, si tamen hoc recensere est
& non magis veritatis ordinem inturbare &
prorsus confundere. Nauseant autem, & non ab-
re nauseant, q̄t quot has nugas, has sutellas, hæc
mendacia, & hæc dicteria reuoluunt, Tam enim
impudenter, tam fallaciter, & tam inepte detor-
quent imo deprauant scripturas, vt opinioni sue
quadrant, vt videantur non peruestigendæ veri-
tatis amore, sed Catholicorum odio eas peruer-
tisse. Quemadmodum vero hætenus rem suam
mendacijs, vt sæpe ostendimus, peregerunt, ita
etiamnum Epilogon duobus mendacijs defœ-
dant. Catholici nunquam dixerunt quod fides nō
iustificet, sed defenderunt eam semper iustificare
quando adherent ei opera. Hoc primum est mē-
dadium. Secundum est, quod dixerint Catholici,
hominem per opera sua remissionem peccato-
rum & gratiam mereri posse. Hic, vt de cōgruo
peccatores mereantur gratiam & remissionem
peccatorum, iterum fidei annectunt bona opera
vt pote orationem, ieiuniū, elemosynas & alia
misericordiæ opera. Hoc sentire quod isti eis fal-
so imponunt, Pelagianum esse definierunt. Præ-
terea non admodum bene consolatæ sunt piæ cō-
sciæ, q̄ his imposturis & mēdacijs inescatæ sunt,
quæque nesciunt, quid opponant, aut quid doce-
ant Catholici. Qui vero hæc legent, quibus vni

Arguunt
mendati-
orum.

versalis ecclesie sententia aperitur, haud dubitū,
nisi velint pertinaces esse, sentient sibi nugis &
verborum fucis fallaciter impositum esse.

¶ **Aduersarij.**

¶ **Tota doctrina aduersariorū partim est a ratione humana sumpta, partim est doctrina legis, non euangelij. Duos enim modos iustificationis tradunt, quorum alter est sumptus a ratione, alter ex lege non ex euāgelio seu promissione de Christo. Prior modus iustificationis apud ipsos quod docent homines per bona opera mereri gratiam, tum de cōgruo, tum de condigno. Hic modus est rationis doctrina. Quia ratio non videns immundiciem cordis sentit se ita placare deum, si bene operetur, & propterea subinde alia opera, alij cultus, ab hominibus ī magnis periculis excogitati sunt aduersus terrores conscientie.**

Hic nihil est veritas

¶ **Hic nihil respōdent Catholici, partim quod hic nihil prorsus veritatis sit, partim quod omnibus istis mendacijs supra copiose responsum est, quantumuis mendacia tam manifesta nulla sint rōsione digna. Sed obnixē precantur omnes bonos principes, istorū impudentium mendaciumq; hominum protectores, pessimæq; aūthorum phi**

Cut hic nihil respōdeatur

Iosophiæ Meccenates per viscera misericordiæ Iesu Christi solius seruatoris nostri obsecrant, vt cogant istos garrulos magis quam Theologos, ne verbis suis facta non respondeant. Cogāt inquā eos, vt ostendant, vt doceant, qui sint illi Pelagianæ hæreseos assertores, quibus tam crebro obijciunt, quod docuerint peccatorem suis operibus de condigno mereri gratiam iustificantem, vt in fidelitatis suæ peruersæq; doctrinæ iustā dēt pœnam. Quod si neminem ostendere potuerint, subeant ipsi pœnam, quæ sibi iure debetur, vt possit illustriss. principes & nobilissimi viri vna cū alijs bonis viris, hæreseos istius tenebris forte aliquatenus implicati, Catholicam veritatem agnoscere. Audi nunc iterum aduersarios.

¶ Aduersarij.

¶ Alter modus iustificationis traditur a Theologis, cum docent quod iusti sumus per quendam habitum a deo infusum, qui est dilectio. Et quod hoc habitu adiuti intus & foris faciamus legem DEI. Et quod illa impletio legis fit digna gratia & vita æterna. Hæc doctrina plane est doctrina legis. Verum est enim, quod lex inquit: Diliges dominum Deum tuum &cæt. Diliges proximum tuum, &cæt. Dilectio igitur est impletio legis. Facile est autem iudicium hominī Christiano de vtroque modo, quia vterq;

que modus excludit Christum, ideo reprehendendi sunt.

¶ Respon. Catholica

¶ Bene docent Catholici, quod postquam fidei accesserit dilectio, incipiat homo deum diligere, & mandata eius obseruare, & sic per ordinem vbi legem impleuit, dilectiois illa operatio meretur iustificationem & vitam æternam.

Nam auctore Christo hoc docent, qui sic ait apud Iohannem: Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Vides hic dilectionem, vides & legis impletionem, quæ vt in propatulo est, nascitur ex dilectione. Vis etiam videre iustificationem & vitam æternam? Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus & mansionem, &c. Iam quis eum neget esse iustificatum, quem pater diligit, quemque idem pater cum filio inhabitat? Aduerte igitur primum in homine esse fidem, quam sequitur dilectio, quæ tamen non necessario sequitur. Sed cum sequitur, operatur legem, id est, mandata CHRISTI. Obseruantibus vero mandata Christi, promittitur tum hic tum alibi vita æterna. Alibi: Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnū cælorum. Quid ergo nugantur isti quod Christum excludant, qui docent dilectionem esse impletionem legis? Non excludunt Christum, non excludunt deum, verum arctissima quadam necessitudine ei adhærēt, sicut dicit Ioh. Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet & deus in

Dilectionis opera
tio meretur
vitā æternam.

Iohan. 14

Matth. 7

1. Ioha. 3

DE IVSTIFIC.

eo. Recte igitur docent Catholici, quod absq; dilectione nemo cōsequatur remissionem peccatorum. Vt enim inter se cōueniunt, simul amicum esse & inimicum, simul deo placere & displicere, iustū esse & iniustum, ita repugnat vt quispiam per fidem sine charitate iustificetur, aut quod charitas sequatur iustificationē, aut q̄ quis filius dei prius sit, quam diligat deum. Theologi quando docent ad iustificationem hominis dilectionem pertinere, non excludunt inde fidem, imo decernunt eam in primis esse necessariā, quia nunquā est vera dilectio sine vera fide. Inuisa enim diligere possumus, incognita nequaquam. Deus autem satis agnosci non potest nisi per fidē. Requiritur ergo fidem, sed fidem per charitatem operantem quam & apostolus amplexatur. Quod si hanc non regrunt aduersarij, nō video quid requirant. Ipsi enim dicunt fidem sine dilectione, veram fidem non esse sed historicam, qua nemo iustificatur. Concluduntur ergo aduersarij sua ipsorum sententia, vt necessario dicant eam solum fidem iustificare, quæ per charitatem operatur.

Capiunt
aduers. su
is ipsorū
verbis.

¶ Quis hic non videat quam parum isti sese intelligant. Aiunt fidem sed non informem illam fidē, sed viuā, sed efficacē, ad iustificationē hoīs pertinere, qua iustificetur, deinde iustificatum sequi charitatem. Arbitror nulla duo magis posse in se pugnare. Sed cur excludūt hic charitatē? Plane non ob aliud, quā vt solā fidem sine charitate tā præclarum facinus perpetrassē demonstrēt. Si fidei charitatem coniungerent, viderentur, quod cum primis cauent, legem docuisse neglecto euangelio, quasi euangelium non doceat etiam chari-

ratē ad iustificationem facere. Quod vero ista sit eorum sententia, colliges facile ex his quę Catholicis nequiter impropertant. O ingenia, o vesaniam. Num ille euangelium deserit qui charitatē prædicat? Quid proinde inculcat euangelium atq; charitatem, totius legis, veteris & nouę finē atq; plenitudinē? Quemadmodum autem charitas totius legis plenitudo est, ita fidei, spei oimq; virtutum vita est, qua sine nulla opera, nulla virtus tamen si omnes simul eliquaueris, peccatorem aut iustificat aut viuificat. Stat em̄ firma Ioh. sententia: Qui nō diligit manet ī morte. Et ista Pauli Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autē non habuero, nihil sum. Et alibi dicit fidem quę p̄ charitatem operatur, potentem esse. Et rursus alio in loco anathemate de uincit eum, qui ita credit Christo, vt ipsum interi non diligit. Vtinam aperirent hic oculos his malis artibus seducti principes, intuerenturq; penitus istorum fraudes & dolos, haud dubium detestata eorum uafritie, manum denuo Catholicę ecclesię porrigerent, reddereturque tandem ecclesię pax iam dudum ab omnibus vehementer desiderata.

¶ Aduersarij.

¶ Nam quod aduersarii cauillantur multos impios ac diabolos etiam crederet sæpe iam diximus nos de fide in Christum, hoc est, de fide remissionis peccatorum, de fide quę vera & ex corde assentit promissioni gratiæ, loqui. Hęc non fit sus

1. Iohann. 3
1. Cori. 13.

Galat. 5.
1. Cori. 16

ne magno agone in cordibus humanis.
 Et homines sani facile iudicare possunt il-
 lam fidem quæ credit nos a deo respici,
 nobis ignosci, nos exaudiri, rem esse su-
 pra naturam. Nam humanus animus per
 sese nihil tale de deo statuit. Itaque neque
 in impijs, neque in diabolo hæc fides est,
 de qua loquimur.

¶ Respon. Catholica

¶ Oedipo hic opus habent Catholici, qui di-
 uinet quam fidem isti putent iustificare. Neque e-
 nim historicam illam fidem, neque informem, ne-
 que charitate formatam fidem iustificare contē-
 dunt, sed assuunt etiã nescio quod nouū gñs fidei
 vere vt ipsi ineptiunt, iustificantis. Et tamen eam
 appellāt, quæ in Christum credat, quæ credat re-
 missionem peccatorum, quæ vere & ex corde
 assentiat promissioi gratiæ, quæ in impijs esse
 nequit, neque in dæmonibus: & cum hac dicunt
 nunquam esse peccatum mortale: sed hoc supra
 dixerunt. Dixerunt etiam supra fidem iustifican-
 tem esse eam, quæ assentitur promissioni dei, in
 qua gratis propter Christū offertur remissio pec-
 catorum & iustificatio, modo sit aliquis, qui ve-
 lit accipere. Hæc omnia prodigiosa istius fidei
 monilia, tribuunt Catholici fidei charitate forma-
 tæ. Colligunt vero ex his omnibus aduersarij no-
 stri, quod quisquis assentitur diuinę promissioni,
 remissionem peccatorum gratis propter Christū
 offerenti, & vult eam saltem accipere, dicto citi⁹

Et suæ voluntatis compos.

¶ Pone iam Epicurum quempiam, nominete nus Christianum, qui Christo credit, vere & ex corde diuinis promissis assentitur, credit & remissionem peccatorum, & proinde petit, vt sibi remittantur peccata. Nam hæc credunt omnes peccatores infirmitate magis quam peruersitate delinquentes, & interrogati hoc libere confitebuntur. Num hac sola fide iustificantur, qui cum hac fide odium, rācorem, in corde retinent? Minime, alioqui idem homo & iustus esset & iniustus. Requiritur ergo alia quam informis illa fides, quæ est fides charitate formata, ad iustificationem impij.

¶ Aduersarij

¶ Ita cultus euangelij est accipere bona a deo. Ecōtra cultus legis est bona nostra deo offerre & exhibere. Nihil autem possumus deo offerre nisi antea reconciliati & renati. Plurimum autem consolationis affert hic locus, quod cultus in euangelio præcipuus est, velle a deo accipere remissionem peccatorum, gratiam & iustitiā. Aduersarij de obediētia erga legē dicūt, nō dicūt de obseruātia erga euāgeliū

¶ Responſio Catholica.

¶ Prodigiosa est ista Theologia, & vix paucissimis quibusque intellecta. Audiunt quidem vocem, quid vero velit, ignorant. Si dixissent aperte nihil magis ad euangelij culturam

DE IUSTIFIC.

pettinere, quam velle accipere bona a deo, intelligi potuissent etiam a rudioribus. Nam ista sententia obscura est, tam & si non sit omnino falsa. Qui iam Christo credunt & credulitatis suae aperta habent indicia, qui fidem habent charitate formatam, qui eam iustis operibus adornant haud inique coluerint euangelium, si expectent bona a deo. Frustra vero expectat, si quod isti vident, sola fide stet. Cultus legis est (sicut legem supra intelligi debere docuimus) ut iusti operentur bene propter aeternam retributionem, iniusti ut ex informi fide de congruo accipiant remissionem peccatorum & iustificationem. Possumus autem hoc modo deo aliquid offerre, prius quam reconciliati & a peccato renati simus. Si vellent aduersarij fidem informem esse in peccatore, confiteri, quod alioqui dicere sunt coacti, iam sublata esset totius controuersiae ansa. Sed tam pertinaces sunt ut nolint cedere. Sic igitur ego intelligo cultum euangelij & cultum legis, neque admittent Catholici ut puto, alium intellectum.

¶ Iam non video quid apud Iohannem de hoc cultu Christus dixerit. Nam audio hic visionem filij & in filium fidem, nihil audio de cultu euangelij. Et hunc locum Catholici sic fere exponunt, ut sit voluntas patris, qui misit filium suum Iesum Christum redemptorem & seruatorem omnium, quod omnis qui videt filium suum mundo corde, nam sic potissimum videtur & credit in eum, fide scilicet charitate formata, habeat vitam aeternam. Hic est genuinus sententiae illius intellectus, neque possunt aduersarij alium assignare, nisi forte credere totaqueant ad suam solam fidem.

¶ Sed vide hic mihi candidè lector, quam belle hic ratiocinentur: Pater dicit, inquit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite, ergo precipuus cultus est in euangelio, velle accipere a deo remissionē peccatorum, gratiam & iustitiam. Nunquid hæc non est pulchra collectio, qua fidē suā solā muniant? imo aries est idē que fortis, quo eam Catholici funditus euertant, Nam pater, vt fidem faceret circumstanti populo Iesum Christum esse filium suum naturalem, hæc voce sese declarauit. Et nō solū fidē eis fecit verū etiā imperauit, vt verbis filij sui p̄ opera respōderent. Nam audisse solum & non fecisse, temerariū est. Quid vero locutus sit, breuis sermo non explicauerit. Raro aperte sui fidem docuit (nisi quod omnia fere opera eius inuolutius eum esse deum exprimebant) frequentiss. vero manifeste explicauit, quid facere oporteret suos fideles. Docuit inq̄ suos vt si remissionē p̄ctōrū accipere velent, p̄citerent primū prioris vitē in peccatis exactæ, iustisq̄ operibus vniuersas vitiorū maculas eluerent. Hinc diximus eum a p̄nā ceu a re saluberrima euangelij prædicationē auspiciatū eē, vt tu discas nō simulatq̄ credideris, etiā p̄ctm̄ remissum esse, sed q̄d oporteat etiā nū acceptā fidē bonis fructibus adornare. Nā vt nonnulla tradidit euāgelica p̄cepta, addidit: Ois q̄ audit verba hæc & nō facit ea, similis est viro stulto, q̄ ædificauit & c. Et: Seruus q̄ scit voluntatē domini sui & nō faciēs & c. Huic p̄pendiculo debebāt aduersarij doctrinā suā coæquare, si vellēt eā stabilē esse. Iā quādo vni deferunt, alteri derogant, tamen si nusquam legatur in euangelio, quo hæctenus vitur

Stulta argumentatio.

Matth. 3.

Matth. 7

Lucæ. 11.

DE IUSTIFIC:

Jerem. 31.

Catholica ecclesia, quod isti ingerunt, videlicet quod omnes, qui credunt se in gratiam recipi propter Christum remissionem peccatorum, gratiã iustificantem & vitam æternam consequuntur, citra vllum aliud negotium, grauiter peccant in scripturis. Quando ergo hoc docent, suum non Christi docent euang. Christi em̄ Euangeliũ & fide & opa: istorũ vero Euãgeliũ solã fidẽ habet sine operibus. Istorum euangelium a lege dei secretum est, euangelium Christi ipsissima lex dei est. de quo in Ieremia scriptum est: Ecce dies veniẽt dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum. Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorũ, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in deum & ipsi erunt mihi in populum. Hoc est euangelium verum, qd a prophetis prænuntiatũ, per Christũ & apostolos toti mundo euulgatum, & in nos ceu per viuos canales deriuatũ, hætenus inuitis multorum hæreticorum dentibus in Catholica ecclesia perdurauit. Sed hæc forte plus satis dixero.

¶ Aduersarij

¶ Tota ecclesia confitetur quod vita æterna per misericordiam contingat. Sic enim inquit Augustinus de gratia & libero arb. Cum quidem loquimur de operibus sanctorum post iustificationem factis, nõ meritis nostris deus nos ad æternam vitam, sed pro sua miseratione perducit. Et lib. 9. Confess. Væ hominum vi

ræ quātumcunq; laudabili, si remota mi-
 sericordia iudicetur. Et Cyprianus ī enar-
 ratiōe orōis dñicæ : Ne quis sibi quasi in-
 nocens placeat & se extollendo plus pe-
 at, instruitur & docetur peccare quotidie,
 dum quotidie pro peccatis iubetur orare
 Sed res nota est, & habet plurima & cla-
 rissima testimonia in scriptura & ecclesia-
 sticis patribus, qui omnes vno ore prædi-
 cant, nos etiam si habeamus bona opera,
 tamen in illis bonis operibus misericor-
 dia indigere. Hanc misericordiam intuens
 fides, erigit & consolatur nos. Quare ad-
 uersarij male docent, cum ita efferunt me-
 rita, vt nihil addant de hac fide appren-
 dente misericordiam.

¶ Respon. Catholica

¶ Potuissent hic aduersarij labori parce-
 re. Nam & Catholici omnes ingenuè dicunt se
 misericordia diuina egere, & fide quæ quærat
 eam. Controuersia est, an & quomodo eam que-
 rere debeamus. Certe CHRISTVS docet
 quod eis qui proximorum misereantur, miserea-
 tur vicissim Deus. De his inquam controuersia
 est, & bene docuit AVGVSTINVS &
 bene etiam nunc docuit Cyprianus, quod omnes
 misericordia indigeamus. Docuerunt nihilomi-
 nus h̄dē sc̄ti p̄res & præter eos omnes ortho-
 dōxi scriptores, quod in tantum deus misericordiæ

Miseri-
 cordia
 egent o-
 mnes ho-
 mines.

DE IUSTIFIC:

nostræ in omnes delectetur affectu, vt misericordiam suam sit solis misericordibus præstiturus.

Hilarius. Hinc dicit Hilarius: Est quidem ex bonitate dei misericordia, sed promerenda est hæc a nobis studio innocenti, vt in nos respiciat.

**Arguunt
mēdaciū** ¶ Mendacium est quod isti aiunt, Catholicos ita esse merita, vt nihil addāt de hac fide, misericordiam apprehendente. Nam docent, quod q̄ vere fidelis est, quiq̄ bene credit Christo, nullam faciat misericordiam, quin semper in deum fidē cum spe percipiendæ misericordiæ erigat. **Matth. 5.** Credunt enim dicenti Christo: Beati misericordes q̄ nam ipsi misericordiam consequentur. Nolunt sola fide misericordiam expectare, neq̄ falsa spe sese fallere, sed addunt fidei etiam bona opa misericordiæ, vt misericordiā vicissim a deo accipiāt. Hic igit̄ nihil agūt aduersarij, nisi q̄ sese noua mendaciū nota contamināt. Et non solum docēt qua fide quis misericordiam apprehēdat, sed docent & iustis & impijs misericordiam esse necessariam. Istis vt ab impietate ad pietatem redeāt, illis vt in sua innocentia perdurent. Nō est ocium vt referam omnia, quæ Catholici prædicant, misericordiæ encomia: hoc loco dixisse sufficiat, Catholicos ita de misericordia diuina non præsumere, vt interim ipsi in pauperes misericordiæ obliuiscant̄. Sic enim præsumpsisse temeritatis est.

¶ Aduersarij

¶ Ex his iudicare candidus lector potest, nos maxime requirere bona opera, si quidem hanc fidem docemus in poenitentiis

rentia existere, & debere subinde crescere in poenitentia. Et in his rebus perfectione Christianam & spiritualem ponimus: Si simul crescant poenitentia & fides in poenitentia.

¶ Responſio Catholica

¶ Hanc ſententiam a catholica eccleſia mutuati ſunt. Agnoſcunt enim poenitentiam & alia bona cum fide requiri, in quibus Chriſtiana & ſpiritualis perfectio vere conſiſtit, modo ſimul creſcant poenitentia in fide & fides in poenitentia. Idem docuerunt & docent catholici, ſicuti toto hoc tractatu oſtenſum eſt, videlicet ſolam fidem abiq; operibus ad iuſtificationem & ſalutem nō ſufficere, ſed poenitentiam cum fide, fidem cum poenitentia addi oportere. Fidem, inquam, nō ocloſam ſed operantem, ſed bonorum operum fructum per charitatem proferentem. Si hæc ergo prius docuiſſent, non fuiſſet data tam diutinæ velitatiōis anſa. Si inquam hoc prius docuiſſent, omnia alia quæ huc ſpectabant, ad hanc amiſſim meriri potuiſſent. Sed difficile eſt imo proſe impoſſibile, ſuperiora cū his coæquare, niſi velent om̄ino ſcripturā pertinace tortura frangere. Quomodo enim poterunt iſta convenire: Sola fides ſufficit ad ſalutem. Er: Nos maxime requirimus opera? Nemo enim non videt ex diametro iſta pugnare. Nunc deinceps admittunt bona opera, meritum vero confidenter eis ſubtrahunt.

Aduerſarij
docēt
pugnantia-

¶ Aduerſarij.

DE IUSTIFIC.

¶ Sed hic reclamant aduersarij vitam æternam vocari mercedem, quare necesse sit eam de condigno mereri per bona opa. Breuiter & plane respondemus: Paulus Romanos sexto, vitam æternam donum appellat, quia donata iustitia propter Christum simul efficimur filij dei & cohæredes Christi, sicut ait Iohannes. Et Augustinus inquit, & hunc secuti alij multi dixerunt: Dona sua coronat deus in nobis. Alibi vero scriptum est: merces vestra copiosa erit in cœlis. Hæc si videntur aduersarijs pugnare, ipsi expediant. Sed parum æqui iudices, nam doni vocabulum omittunt, omittunt & fontes totius negotii, & excerpunt vocabulum mercedis, id quod acerbissime interpretantur, non solum contra naturam, sed etiam contra sermōis consuetudinem. Hic rōcinatur, quia merces non iatur, ideo opera nostra sunt eiusmodi quæ debeant esse precium pro quo debet vita æterna. Sunt igitur digna gratia & vita æterna, nec indigent minima aut mediatore Christo aut fide.

¶ Responſio Catholica

Vita æterna mer-

¶ Præteriri poterant ista ut meræ calūniæ, sed ne per ea quisquam incautus capiatur, breuiter

absoluentur. Idem Paulus qui vitam æternam donum esse ait, eandem etiam numerum mercedem esse non negauit. Vnusquisque, inquit, mercedem suam accipiet secundum suum laborem. Et Christus vitam æternam vocauit mercedem idcirco multis in locis. Primum citantur aduersarij ex Matth. Secundus est apud eundem: Voca operarios & da eis mercedem. Et apud Lucam est tertius: Ecce enim merces vestra multa est in cælis. Est apud Iohannem: Qui metit mercedem accipit & congregat fructum in vitam æternam, ut simul gaudeat & seminaret & qui metit. Rursus Paulus non negauit vitam æternam mercedem dici. Si volens euangelizauero, mercedem accipio. Et in can. secunda Ioh. Videte vosmetipsos ne perdatis quæ operati estis, sed vitam mercedem plenam accipiatis. Prætereo prophetas prætereo sapientes, qui omnes vitam æternam appellat mercedem. Si quod habet incommodi mercedis nomenclatura, exoptulent cum Christo, cum apost. & cum alijs, qui vitam æternam mercedem appellauerunt. Et ubi cumque veræ mercedis mentionem faciunt, ibi addunt etiam operis nomenclaturam. Sed neque Catholicæ ita vitam æternam mercedem noiant, ut donum esse negent, sed confidenter asserunt & donum esse & mercedem, forte pro personarum qualitate. Iustis mercedem esse insinuat, ut magis magisque se exerceant in bonis operibus ad æternam diuinam Martirum gloriam. Peccatoribus vero vocant donum ne grauitate criminum adacti, animos despondeant, sed meminerint Christum pro peccatis totius mundi passum, & mortuum. Qua verborum suauitate delinuit, incipiant poenitentiam iugo sese subijcere. Donum etiam vocant, ne quis superstitiosus putaretur

ces est bonorum oper.
1. Corin. 3

Matth. 20.

Luca. 6.

Iohan. 4.

1. Corin. 9

2. Ioha. 1.

Vita æterna donum est et merces pro qualitate personarum

DE IVSTIFIC.

se ex solis suis meritis vitā æternā mereri posse.

Donū &
merces q̄
modo dif
ferant.

Math. 20.

Augusti.
de gr̄a &
lib. arbi.

¶ Catholicī qui diuinis promissis tenacius inhærent, bona opera, quæ ex fide fiunt charitate formata, perpetuam gloriā de condigno mereri, negare non possunt, cum tot habeant suæ sententiæ Coryphæos. Distinguant vero sic inter mercedem & dona seu munera, vt merces iusto operi debeat, & detinuisse, iustitiæ sit. Munera vero seu dona sint quæ ex mera liberalitate donantur. Merces requirit meritum, quod si nō præcesserit, non merces est sed donum, quod præstatur. Et ipsa veritas testatur cœlestia regna vt mercedē dari seruis fideliter operantibus. Id iam docuimus: Hoc est em̄ iusti iudicis insigne, vt vnicuiq̄ sc̄dm opera sua mercedem reddat. Iam quemadmodum criminosi iuste & de cōdigno malis suis operibus merentur damnari perpetuo, ita iusti iuste & de condigno merentur æterna gloria remunerari perpetuo. Hoc inter est, quod impij ex sua parte malicia iuste pereunt, iusti non ex sua ipsorum virtute sed diuinitus adiuti salui fiunt. Homo pro sua imbecillitate peccare potest, vt bene operetur ex diuina gratia est, per quam meritorie operari & gloriā mereri potest. Non tamen sine misericordia, non sine mediatore Christo, non sine fide, quod isti contumeliose in aduersarios iaculantur. Nam tam & si de condigno iustus mereatur gloriā, ex dei tamē dono & Christi meritis saluatur. Nisi enim deus propter Christum gratiā ei daret, nihil omnino mereri posset. Idem docuit Augustinus: Apostolus Paulus, inquit, quē certe inuenimus sine vllis meritis bonis, imo cū multis meritis malis dei gratiam consecutum, redderit

tis bona pro malis, sua iam propinquante passio-
ne, scribens ad Timotheum, ista utiq; iam meri-
ta sua bona cōmemorat, vt post pauca merita cō-
sequatur coronā, q post multa mala merita conse-
cutus est gratiam. Deniq; superest, inquit, mihi co-
rona iustitiæ quam reddet mihi dñs in die illa iu-
stus iudex. Cui redderet coronam iustus iudex, si
non donasset gratiam misericors pater? Et quo-
modo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset
gratia quæ iustificat impium? Quomodo ista de-
bita redderentur, nisi prius illa gratuita donaren-
tur? Hactenus Augustinus. Qui sic cum Augusti-
no docet, ille ne misericordiam, Christum, & fidē
a iustificatione excludit? Nihil minus. Desinant
ergo Catholicos iniquis calumnijs laceffere, ne
& ipsi audiant, quæ nolint.

¶ Aduersarij,

¶ Scimus ea, quæ diximus cōsentanea esse
scripturis prophetis & apostolicis, sc̄tis
patribus, Ambrosio, Aug. & plerisque a-
lijs, & vniuersæ ecclesiæ Christi, quæ certe
confitetur Christum esse propitiatorē &
iustificatorem.

¶ Responso Catholica,

¶ Quam consentanea sint quæ de sola fide si-
ne operibus dixerunt, prophetis & apostolicis
scripturis, sanctis patribus Ambrosio, Augusti-
no & alijs, vniuersæ ecclesiæ, haud ita paucis ex-
positum est, vt posthac sperem neminē fore, qui

DE IUSTIFIC.

eorum subscribat sententiæ, præsertim cum videat eos totum negotiū meris mendacijs, nulla vel veritatis specie peregrisse. Quam vero ecclesiā vniuersam nominent, interrogare posset aliquis. Qui hoc interrogat, sciat eos de sua vniuersa ecclesia dicere (si tamen ecclesia dici debent hæreticorum conciliabula) Nam ecclesia, quam Catholici vnā solā agnoscunt, Catholicæ cognomen habet, quæ quidem Christum esse propitiatorem & iustificatorem confitetur, sed non recipit doctrinam istorum qui fidem sine operibus iustificare contendunt, sed fidei opera, operibusq; fidem vt iustificare possint, annectit. Adulterina illa ecclesia ita fidem iustificare contendit, vt tamen opera hinc reiicere trepidet. Hoc dicet, quisquis istorum commenta ad viuum excusserit.

¶ Aduersarij.

¶ Theologos constat plura ex Philosophia admiscuisse doctrinæ Christianæ quàm satis erat. Nec autoritas horum videri debet tanta, vt nusquam dissentiri a disputationibus eorum liceat, cū multi manifesti errores apud eos reperiantur, vt quod possumus ex puris naturalibus Deum supra omnia diligere.

Philosophi
multi
a nobis

¶ Respon. Catholica

¶ A mendacijs telam exorditi sunt, mendacijs perexuerunt, mendacijs præscindere debent

modo iuste vt eos decet, velint ἐπιλεγείν. Quod nihil ex philosophia admiscuerint doctrinæ Christianæ, palam est. Si quid Philosophi nostræ forte doctrinæ simile tradunt, a nobis mutuati sunt. Quare debebant Philosophos, non Catholicos accusare. Neq; debebant temere doctrinam ab vniuersa Catholica ecclesia recepram, omnium calculis approbatam, inuertere sine iudicio eorum, qui Catholicæ ecclesiæ præfunt, apud quos solos est authoritas definiendi, si quid forte euangelicis ac apostolicis scripturis parum videretur quadrare. Si quid habebant quæstionis non ad Vuittembergam, vbi solus definit, quæ vult Lutherus, sed vel ad Vbiorum Colonia, vel ad Parhisiolorum Lutetiam, vel alicubi vbi doctrina Christiana hæcenus integra perdurat, referre debebant. Quod hic nugantur apud Catholicos reperiri, posse hominem ex puris naturalibus deum supra omnia diligere, mendacium est. Nam hoc vt supra docuimus, Catholici vt Pelagianum dogma exprobrant. Iam audi & alia mendacia.

mutuati
sunt.

¶ Aduersarij.

¶ Theologi & monachi docuerunt remissionem peccatorum gratiam & iustitiam per nostra opera & novos cultus querere, qui obscurauerunt Christi officium, & ex CHRISTO non propitiatorem & iustificatorem, sed tantum legilatorem fecerunt.

Calūnia

DE IVSTIFIC.

¶ Respon. Catholica

¶ Vetus est ista calumniā istorum, qui quoad possunt moliuntur, vt sua doctrīna obtineat, & res Christiana prorsus pessum eat. Theologi & monachi, vt breuiter dicam, docuerunt vt per fidem ad bene operandum mouentem imo & operantem, homines salutem & iustificationem querent, quo Christi officium absolutius atque istius expresserunt. Nam si crederent tamen Christum propitiatorē esse & iustificatorem, & hac fiducia salutem expectarent, non peterent neque implorarent gratiam, quam implorare alioqui & perire coguntur. Vide nunc qui magis officium Christi obscurent, aduersarij an Theologi & monachi.

¶ Catholici Christum & iustificatorem & propitiatorem & legislatorem esse dicunt, nam hæc ei scriptura attribuit. Quod iustificatorem & propitiatorem sit apud aduersarios iam obtinuit, tamen per irrisionem dicunt quod Catholici eum vocent & faciant legislatorem. Faciunt quidem eum legislatorem, non ex se sed ex spiritu sancto: Ego dominus deus tuus, inquit in persona Christi spiritus sanctus, docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas, vtinam attendisses mandata mea. Et iterum: Dominus enim iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse saluabit nos. Vides igitur Christum & legislatorem esse, quod derident in nobis aduersarij.

Isaia. 48.

Isaia. 33.

¶ Aduersarij.

¶ Itaque non perturbet pias mentes multitudo aduersariorum qui nostram

doctrinam improbant. Facile enim iudicari de spiritu eorum potest, quia in quibusdā articulis, adeo perspicuam & manifestam veritatem damnauerūt, vt palam appareat eorum impietas. Nam & bulla Leonis decimi damnauit articulum maxime necessarium, quem omnes Christiani teneant & credant, videlicet non esse cōfidendum, quod simus absoluti propter nostram contritionem sed propter verbum Christi: Quodcunq; ligaueris super terram, & cæt. Et nunc in hoc conuentu authores confutationis damnauerunt a pertis verbis, hoc quod fidem diximus partem esse pœnitentiæ.

¶ Responsio Catholica.

¶ Catholici haud multo impari cōsolatione demulcent suorum animos, ne despondeant anios si forte audiant hanc insanam doctrinam vel in Hassia vel in Saxonix altera parte vel alibi totius Christiani orbis exiguo angulo grassari, sed vt primum meminerint Christum dicere venturos esse tales, qui ecclesiam suam aperto Marte impeterent. Deinde, dixisse apostolum, quod oporteat hæreses esse vt manifesti fiant qui probati sunt. Postremo si persecutiones ab eis patiatur rememorent dictum esse a Christo: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam

Quomō
piæ men
tes apud
Catholi
cos conso
lentur.

1. Cori. 11

Matth. 5:

DE IUSTIFIC.

**Luthera
ni euan-
gelij vis.**

ipforum est regnum coelorum. Nam in hoc est o-
mnis Lutherani euangelij vis, vt quos nō possūt
veritate vincere, gladio saltem vel tormento vel
mendacijs superent. Non recensebo hic quā ver-
bera, quas iniurias pertulerint, qui huic noluerūt
acquiescere ac subscribere euangelio. Hinc faci-
le dignosci potest, quo spiritu ferantur hoc euan-
gelio imbuti, qui non tantum ora non concludūt
sed ne manibus quidem imperant. Sed quid mi-
rum, cum tales arbores, tales deceant fructus.

¶ Recte quidem Leo Dicimus Pon. Max. falsi-
tatem istorum sentētiæ damnauit. Enimvero vel
pœniteant peccatores vel nō pœniteant, credant
vel nō credant, stat perpetuo inuiolabilis Christi
sententia: Quodcunq; ligaueris super terrā & c.
Veruntñ ob eā solam non iustificatur pœtōr, nisi
simul cum pnia absolutionē accipiat. Qualiter-
cunq; sese habeant homines, verbum Christi per-
petua soliditate inuitis quoruncunq; aduersario-
rum dentibus persistit. In verbis Christi nulla est
uariatio, sed in homine mutationem esse operæ-
pœcium est. Quod si propter verbum Christi abs-
que vlla nostra opera iustificamur, plane quis-
quis eam credit veram esse, etsi in adulterio vi-
uat aut in quouis alio pessimo crimine viuat, iu-
stus est. Vides ergo iure damnatam esse sententi-
am istorum multo perniciosissimam.

**Fides nō
est pars
pniæ**

¶ Fidem vero Catholici ea ratione partē esse
pœnitentiæ non negant, quod arbitrentur sine ve-
ra fide fructuosam esse pniām, qua iustificari pos-
sit homo: absit enim hoc: sed quod sciunt eam vt
omnium bonarum actionum, ita & pniæ initiū
esse & causam. Haud ita multū conueniet si cau-

ſam poſueris effectus partem. Quemadmodum enim pater filij cauſa eſt, non eſt tamen pars filij, ita fides etiamnum pœnitentiæ cauſa non tamen pars eſt. Sed de hoc ſuo loco plura dicentur.

¶ Haſtenus ergo ſatis ſuperque declaratum ſit, ſolam fidem ſine operibus & ſine charitate non ſufficere, ſed requiri conuerſionem, pœnitentiam, & gratiam ſpiritus ſancti, quæ bonis operibus ex fide factis impetrantur, & de congruo merentur. Expoſitum eſt nihilominus bona opera ex fide ad laudem Dei facta, non eſſe inutilia ſed talia prorsus, quæ iuſtificationem & ſalutem mereantur de congruo. Si vero ea faciat qui iam iuſtificatus eſt, de condigno meretur vitam æternam. Ex quibus omnibus facile colligi poteſt iuſtificationis modum, quem Catholici tradunt ex ipliſſimis ſcripturarum fontibus, multo facillimum, multoque certiffimum eſſe, & dignum quem omnes homines apprehendant. Aduerſariorum vero iuſtificationis modum, labyrinthum magis quam ordinem, ab omnibus explodendum, & ceu malorum Lernam fugiendum eſſe.

¶ Articulus Confeſſionis ſeptimus

¶ Item docent quod vna ſancta eccleſia perpetuo manſura ſit. Eſt autem Eccleſia cõgregatio ſanctorum, in qua euangeliũ recte docetur, & recte adminiſtrant ſacramenta. Et ad verã vnitatem eccleſiæ ſatis eſt cõſentire de doctrina euangeliij &

DE VNA BON. ET

adminiftratione sacramentorum, nec ne-
 cefle efl vbiq; eflle fimiles traditiones hu-
 manas feu ritus aut ceremonias ab homi-
 nibus inflitutas, ficut inquit Paulus: Vna
 fides, vnum baptifma, vnus deus & pater
 omnium, & cæt.



NAM eflle fanctam Catholicamq;
 ecclefiam perpetuo manfuram ad-
 uerfarijs cum Catholicis conuenit,
 fed non fatis exacte Ecclefiam defi-
 nierunt. Non efl enim Ecclefia tantū
 fanctorum congregatio, nam fanctis etiamnum
 peccatores commixti funt, iuxta euangelicam il-
 lam parabolam, quæ fagenam miffam in mare
 omne genus pifcium ad littus attra xiffe, pifcato
 res vero bonos pifces collegiffe, malos vero reie-
 ciffe memorat. Sagenam vocant Catholicici præ-
 dicationem euangelij, bonos & malos pariter
 comprehendentem. Malos vero non feperandos
 a bonis docent, quoufque veniat æquiffimus ille
 iudex, de quo dictū efl, quod feperet oues ab hœ-
 dis, q; purget aream fuam, paleas comburens,
 triticum in horreis recondens.

Matth. 13

Sagena.

Matt. 25.

Augusti.

Idem fignificat parabola de decem virgi-
 nibus, quarum quinque prudentes, quinque fa-
 tuæ funt. Illæ recipiuntur ad nuptias, illæ exclu-
 dunt: illæ lampades habent oleo plenas, illæ va-
 cuas: illæ virgines malæ, illæ bonæ. Quocirca di-
 cit Auguftinus: Illæ quinque & quinque virgines om-
 nes omnino funt animæ Christianorum, non

qualescunq; animæ sed tales animæ, quæ habent catholicam fidem, & habere videntur opera bona in ecclesia dei. Non debebant ergo isti sua auctoritate malos ab Ecclesia sequestrare, cum eos dominus & omnes sancti patres ab ea non separauerint, idq; præsertim, vt per malos exerceantur boni, malique a bonis conuertantur. Omnis malus inquit Augustinus, ideo viuuit vel vt conuertatur, vel vt per eum bonus exerceatur. Hic respondent.

¶ Aduersarij.

¶ Tametsi mali sunt in Ecclesia, tamen non sunt de Ecclesia: quia non sunt de regno Christi, sed de regno diaboli.

¶ Respon. Catholica

¶ Qui Christo credunt quicq; Christo per baptismum inauthorati sunt, tametsi ex humana fragilitate peccent, non tamen mox de corpore Christi, quod est Ecclesia, abscinduntur, nisi forte in hæresim labantur aut in infidelitatem. Cohærent enim mutuo quodam fidei vinculo & sacramentorum participatione. Vt boni, ita mali euangelio Christi credunt, audiunt euangelium, docent euangelium: hoc solum interest, quod boni etiam euangelio obediunt, mali minime: et ob hoc maxime isti mali in ignem æternum destinantur. Boni & mali indifferenter eucharistiam accipiunt, boni ad vitam, mali ad iudicium. Quando ergo boni & mali Christiani vnã habent fidem, vnum euangelium, eadem sacramenta, non est quod isti malos de Ecclesia excludat. Stat

Mali sũt
de eccles.

DE VNA BON. ET

1. Cor. 10. enim fortis Apostoli sententia: Vnus panis, & vnum corpus multi sumus omnes, q̄ de vno pane & de vno calice participamus. Quo dicto declarat Apostolus, q̄ omnes qui de corpore Christi & de sanguine ei⁹ participāt, Christiani sunt siue boni siue mali: licet mali indignæ communicationis arguantur.

¶ Rursum vel hic constat malos Christianos esse de corpore Christi, & cum bonis vnā Ecclesiam constituere, cuius caput Christū esse testatur Apostolus sic Ephesios instruens: Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Vidēs hic Paulo Christum omnis, id est, vniuersalis ecclesiæ caput dici, neq̄ excipi malos. Neq̄ patitur Ecclesiæ ἐτυμολογία, vt malos excipias, nā ἐκκλησία græce, latinis congregationē sonat aut collectionem, certe bonorum & malorum promiscuam. Neq̄ sunt mali Christiani omnino a regno Christi excludendi, quia licet non regnet in eis per gratiam, potentia tamen omnium dominatur. Longanimitate expectat quos perdere poterat. Expectat autem, vt eorum misereatur, vt Isaias de Israele dicebat. Interim tamē dum peccatores sunt, non desinit in eis fidem, ne in errores incidant, præseruare, inspirat bonas cogitationes immittit bonas affectiones, quibus interdum eos ad resipiscentiam perurget.

Isai. 30.

¶ Tam quæadmodum humani corporis membra quantumlibet stupida vel arida sint, si vlla reliqua sit salutis spes, non præciduntur, sed vt saluetur, in corpore relinquuntur: ita deus Opti. Maxi. eos qui in peccatis versant, tam& si cum factis

negent, corde vero credant de eo omnia quæ aut fecit aut pertulit pro eis, a corpore suo non præscindit, sed annuit, vt in corpore suo manentes, opera & sollicitudine sanorum membrorum, medicentur atq; sanentur. Ipse est enim qui hominẽ multis plagis saucium, duxit in stabulũ, id est, ecclesiam, vbi & stabularium conuenit, vti male affecti hominis curam ageret. Neq; possunt aduersarij hoc iure reprehendere q; in ecclesia sint boni & mali, nam ipsimet confitentur multos malos in hac vita bonis esse admixtos, qui habent exterorum societatem signorum cum ijs qui membra sunt Ecclesie.

¶ Sic & ipse Christus ait: Si quis in me nõ manerit, mittet̃ foras sicut palmes & arefcet, & colligent eum & in ignẽ mittent & ardet. Non dicit qui mortali crimine obnoxius, in me non manet per dilectionem, re ipsa iam extra Ecclesiam est, sed mittetur foras, qm̃ angeli ad hanc functionem delecti, separabũt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminũ ignis, hoc est in morte vniuscuiusq; illorũ & in extremo iudicio. Neq; dixit aridus est, quia manet in eo viror diuinæ cognitionis & fidei informis, qua iterũ gratiam quærere põt: nõ signanter dixit, arefcet futuro tpe quod fit in morte, qua omnis decor intercipitur omniscq; viror, adeo vt nulla reliqua sit spes recuperandę sanitatis. Mortuo enim homine impio, quod ait in Prouerbij Salomon, nulla erit vltra spes.

¶ Neque negant Catholici præter hanc externam Ecclesiam, in qua & de qua male Christianos cum bonis esse docent, & aliam absconditam esse Ecclesiam, quæ est sanctorum

Christum significat Samaritanus, saucius peccatorem. Luc. 10.

Iohan. 15

Matth. 13

Prou. 11.

Ecclesia interna ignota.

congregatio. At ista non est ea, quam apostoli & alij p orbē Episcopi vice Chrī regūt, neq; ea est, q̄ si quando nobis scrupulus nascit̄, consultare debemus, tam enim diffusa tam incognita est, vt vbi & quis in ea sit, prorsus ignoretur. Homo enim inquit dominus Samueli, videt ea quæ parent in facie, deus autem intuetur cor. Externa conuersationis, doctrinæ, sacramentorum symbola vel videre vel audire poteris, sed quæ latent internæ sanctitatis ornamenta, nemo neque in semetipso satis perspexit. quia quod est in Ecclesiaste, nescit homo vtrum odio vel amore dignus sit. Præterea credunt & aliam, præter istam externā Ecclesiam, quæ bonos & malos commixtos habet, sanctorum occultam Ecclesiam quæ fide & dilectione deo arctius cohæret, verum de hac rarissimi loquitur scriptura.

¶ Scribitur de Mose, quod Ecclesiam duxerit in solitudinem. Non solum inuisibilem sanctorū coetum eduxit de Aegypto, sed visibilem permixtum bonorū & malorum multitudinem, quæ vnā legem a deo acciperet, eisdemq; viueret decretis, eduxit. Et hinc nomen Ecclesiæ indepta est. Et in actis apostolicis dicit Apostolus: Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo posuit vos spiritus sanctus Episcopos, regere Ecclesiā dei quam acquisiuit sanguine suo. Hinc iterum liquet Episcopos & pastores non tantum internæ, id est, sanctorum cōgregationi sed & externæ Ecclesiæ, rectores constitutos esse. Quō enim spiritualem illā & inuisibilem Ecclesiam, quam non vident, moderarentur? Sane eorum est munus, si eidem Apostolo credimus, vt arguāt delinquentes, vt doceant

1. Re. 18.

Eccl. 9.

Act. 10.

1. Thef. 5.

ignorantes vt obsecrent nolentes, vt erigāt nutantes, vt suscipiāt agrotantes. Hæc officia non quadrant nisi in istam externam Ecclesiã, in qua sunt boni & mali, qui eisdem debent legibus viuere.

¶ Et Christus, vt scribit in epistola ad Ephesios Paulus, ascendens in cœlum, Ecclesiæ suæ dedit Apost. prophetas, euāgelistas, pastores, doctores in cōsumnationē sanctorū i opus ministerij, i adificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filiij dei, in virum perfectum in mensuram atatis plenitudinis Christi, vt iã nō simus paruuli fluctuantes & circūferamur oī vëto doctrinæ in nequitia hominum in astutia ad circumuentionē erroris &c. Cum audis hæc omnia, facile colliges, ista omnia eos obire munia, non propter sanctos tantum nam sancti minori indigēt instructiōe, sed etiam propter peccatores, quibus citius ob fidei exiguitatem, si deessent pastores imponeretur. Qui vero deum toto corde obseruant, diligunt, venerantur, sancti sunt, inuisibilique vt plurimum videntur magistro spiritu sancto, qui eis quicquid ad fidei veritatē, quicquid ad vitæ sanctitatem pertinet, secretius insinuat. De huiusmodi dicebat Iohannes: Non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est & non est mendacium. Satis ergo definiuissent, si Ecclesiã vocassent omnium Christi fidelium recte credentium contionem.

¶ Hanc Catholicam Ecclesiam inquam, consultari voluit Christus, si quando oriantur vel in fide vel in bonis moribus scrupuli. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te &

Eph. 4.

Sancti nō
indigēt do
ctore ho
mine.
1. Iohā 2..

DE VNA BON. ET

ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum ad huc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam aethnicus & publicanus. Vide hic Christi pro membris suis sollicitudinem. Peccat in te frater, si malo exemplo offendat, aut si perigrina doctrina seducat. Si nec te solum, nec eos quos tibi sociaueras, audire velit, dic fratris tui peccatum Ecclesiæ, id est, prælato Ecclesiæ, qui eum, si nolit sanis consilijs acquiescere, excommunicatū toti Ecclesiæ denunciaret, vt ab eius petifera contagione cæteri sese cohibeant fideles.

Ex cōmunicatio.

Matt. 28.

Nauiculam qui regant.

Iohan. 14

¶ Hanc Ecclesiam pollicitus est Christus nunquam se deserturum. Ego vobiscum sum, inquit, omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi. Nō ergo, quod humano timore correptus naufragium metuas, quando suæ nauiculæ ipse Christus nauclerus est, spiritus sanctus velum expandit, pater desuper defendit, angeli remiges sunt. Hanc non cessat spiritus sanctus indies suo lumine illustrare, & ne in fide erret certiores semper reddit. Hinc dicebat Christus: Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternū spiritū veritatis. Et: Paracletus autem spiritus quem mittere pater in nomine meo, ille vos docebit omnia &c. Si vero hæcenus regnat in Ecclesia Christus, si hæcenus inspirat spiritus sanctus que videntur Ecclesiæ prodesse, quid garriunt isti aduersum membra eius, quod in fide errent, quod doceant que non debent docere?

¶ Nunc ex ijs que vel ex euangelijs vel ex Pau

lo recitauimus, hæc colligere facile poteris Corollaria.

¶ Primum Corollarium

¶ Quod vniuersalis Ecclesia a Christo ab Apostolis edocta, credidit & approbavit, credit & approbat in fide & moribus, erroneum esse nequit. Alioqui ipsa Ecclesia ipsius Christi & spiritus sancti gubernatione esset destituta, & iam dudum ab inferorum portis suppressa.

¶ Secundum Corollarium.

¶ Catholica Ecclesia post deum certissimus et supremus iudex est in terris super ea, quæ de rebus dubijs, de fide, de bonis moribus determinare debent. Ratio est quod homines prout quisque eorum affectus est, aut decipi aut decipere potest, præsertim cum suo quisque stare vult iudicio. Hoc est quod magno suo malo deplorat Germania. De quibus dicebat Petrus, quod quasdam Pauli sententias aliasque scripturas in suam ipsorum perditionem corrumpere. Contra Catholica Ecclesia, quia Christum habet caput & spiritum veritatis moderatorem, errare non potest, sed tradit doctoribus germanum scripturarum sensum, quæ confidenter etiamnum alijs inculcare possunt.

¶ Tertium Corollarium.

¶ Cum noua recensque emerit doctrina, aut cum de fide, de iustificatione, de ceremonijs pullauerit scrupuli, nemo debet suæ ipsius prudentiæ aut cuiusuis priuati hominis sententiæ subscribere. Nam tam hoc, quam illud in diuinis scripturis cautum est. Quod nemo debeat suo iudicio stare, cauit Salomon: Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et Paulus: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos. Quo prohibet Apostolus, ne ille cui φιλαυτία imponit

Homo de
cipi & de
cipere potest.

1. Petri. 2.

Nemo de
bet suo i-
psius aut
cuiusuis
priuati
hominis iud-
icio stare.
Prouer. 3
Rom. 12.

DE VNA BON. ET

obliuiscatur & superet ingenioli sui modulum:
 Quod etiam nemo vnus alicuius iudicio, tamen
 si sit ille doctissim^o, stare debeat, vetat in psalmis
 spiritus sanctus, cum dicit omnem hominem mē
 dacem esse. Hęc sententia Paulo a deo placuit vt
 & ipse referret eam in epistola ad Romanos.
 Relinquitur ergo ad solam Catholicam Eccle-
 siam refugiendum esse, si forte qua nasceretur
 dubitatio, cuius solum definitioni acquiescen-
 dum est, postque eam nulla deinceps controuer-
 sia habenda.

Psal. 113.

Roma. 3.

¶ Quartum Corollarium.

Blasphe-
 mia est q
 dicunt q
 dam ec-
 clesiam et-
 rasse

¶ Qui iactitant sese euangelicam veritatem
 a superioribus, vt ipsi nugantur, sepultam, ceu
 ex inferis reuocasse, in Christum & in Paulum
 blasphemi sunt. Perinde enim est ac si dicerent:
 Christus re ipsa non respondit suis promissis, sed
 passus est Ecclesiam suam aliquandiu ad pesti-
 lentium hominum voluntatem agitari atque il-
 ludi, & sic inferorum portis subiacuit. Vbi ergo
 sunt ille pulchrę pollicitationes? Aperta igitur est
 ista blasphemia.

¶ Quintum Corollarium.

Qui eccle-
 się decre-
 ta cōtem-
 nit, spiri-
 tum s. de-
 honestat.

¶ Quisquis vniuersalis Ecclesię decreta & pre-
 cepta contemnit & cum contemptu transgredi-
 tur, Christum contemnit & spiritum sanctum cō-
 tumelia afficit. Nam si quod supra ostensum est,
 Christus est Ecclesię caput, si doctorē habet spi-
 ritum sanctum, quod verba Christi docent, seq-
 tur Ecclesię scita non humano, quod exprobrat
 nobis aduersarij, sed diuino spiritu esse ordinata.
 Hinc dicebat in Prouerbijs spiritus sanctus: Per
 me reges regnant, & legum conditores iuxta de-

Prouer. 8

cernunt. Sed istud facile admittent aduersarij, qm̄
 quidem ipse Lutherus eorum Coryphæus istis su- **Lutherus**
 um addit calculum, præsertim in resolutorio dis-
 putationum Lipsiæ habitarum. Dico magnam
 inquit, & infallibilem esse Ecclesiæ autoritatē,
 quod spiritu sancto regatur, pleno corde confite-
 or. Idem in præceptorio: Dico mea sententiā, nul-
 li esse licitum, suum iudicium, suam opinionem,
 suam deuotionem, sequi, sed autoritatem Eccle-
 siæ, & captiuandum sensum in obsequium Chri-
 sti, qm̄ scriptū est: Stultus est q̄ cōfidit in corde suo. Et
 Ecclesia non potest errare, quilibet potest errare
 in sua deuotione, cum & multi prophetae & san-
 cti reges errauerunt nobis in monitionem & ter-
 rorem. Hactenus pugnauit pro inuiolabili Eccle-
 siæ autoritate, quam sui temere contemntes,
 statuunt pro sua libidine quæ volunt.

¶ Sextum Corollarium

¶ Olim receptæ in Ecclesia ceremoniæ & con-
 suetudines veteres nulla ratione sunt postponen- **Cōsuetu**
 dæ, idque vel maxime quod Ecclesia Christum **do Eccle**
 caput, spiritum sanctum doctorem & rectorem **siæ nō cō**
 habeat: deinde quod Apostoli plerq̄ multa tra- **temnēda**
 diderunt, quorum nulla fere in scripturis est men-
 tio, quæ tamen non minus habent roboris, quam
 si scriptis mundo essent euulgata. Et hinc dixisse
 Apostolum creditur: State & tenete traditiones, **2. Thess. 1**
 quas didicistis siue per sermonem siue per episto-
 lam nostram. Et illud ad Timotheum: Hæc con- **2. Tim. 2.**
 menda fidelibus hominibus, qui & idonei erunt
 & alios docere. Hinc quoque confidenter dixit
 Augustinus: Ecclesiasticarum institutionū quas- **Augusti.**
 dam in scriptis, quasdam vero Apostolica tradi-

DE VNA BONO. ET

Hieron.

tionem per successores in ministerio confirmatas, quasdam vero consuetudine roboratas approbavit vsus, quibus per ritus & idem vtrisque pietatis debetur affectus. Idem: In his rebus de quibus nil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut prauaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. Et Hierony aduersus Luciferianos inter alia sic ait: Si scripturae autoritas non esset, rotius orbis in hanc partem consensus instar precepti obtineret. Nam & multa alia quae in Ecclesijs obseruantur autoritate sibi scriptae legis vsurpauerunt. Idem in Ecclesiasten: Sepis maceoniaeque euulsio ecclesiastica dogmata sunt & institutio ab apostolis prophetisque fundata, quae qui dissoluerit, et voluerit praeterire, in eo ipso quod negligit a serpente percutitur. A deo placuit Paulo Ecclesiae consuetudo, vt Corinthijs diceret: Nos talem consuetudinem non habemus neque Ecclesia dei. Vides igitur quanti periculi res sit consuetudinibus ecclesiasticis obuiaffe.

¶ Septimum Corollarium

¶ Instituta monastica ab vniuersali ecclesia approbata roborataque nulla debent temeritate damnari. Nam quod legitime ecclesia vel probat vel improbat, spiritui sancto eius rectori vel probatum vel improbatum est. Et quicquid tandem aut de delectu ciborum, aut de ieiunijs, aut de ferijs sanctorum decreuit ecclesia, firmiter inuiolabiliterque vt a spiritu sancto statutum, tenendum est sine vlla controuersia.

¶ Octauum Corollarium.

¶ Qui sacrae scripturae expositioni sua praefert commenta & non vult Ecclesiasticis sensis se accommodare, sed pertinaciter resistit, haeticus est, cognocentior, quo fuerit contentiosior. Non alia ratione hoc docet quam superiora. Neque arbitratur aduersarios tam obstrepere velle vt hoc negent quod Luthero an resignano suo haud improbatum est. Hic enim Ambrosio cuidam Catharino sic respodit: Haeticus est, q scripturas sanctas alio sensu, quam spiritus sanctus efflagitat, exponit. Et ibidem: Quicquid ecclesia facit, spiritus sanctus facit.

Lutherus

¶ Nonum Corollarium

¶ Aeternae beatitudinis sese facit indignum, qui dissentienti animo ab ecclesia se subtrahit. Na vt dictum est, Christus ecclesiae est caput, quo si ne qui vixerit, intermoritur. Stat enim fortiter verbum Christi: Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes & arescet, & cat. Hic dicit Augustin. Nihil sic formidare debet Christianus quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a Christi corpore, non est membrum eius: si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem non habet spiritum Christi, inquit apostolus, hic non est eius:

Iohan. 15.

¶ Tam ex ijs quae dicta sunt, perspicuum est homini multo esse utilissimum, si intra ecclesiae gremium sese contineat, ceremonias eius & vetustate roboratas consuetudines sine vlla tergiversatione humiliter imitans. Qui enim ita credit ita facit, vt ecclesia credendum, vt faciendum decernit, haud in fide

Ecclesie
multa en
comia.

Heretico
rū mala
artes

Eccls. 9

aut in moribus errabit, sed suam ipsius salutē ope
rabitur. Contra qui aliter credit, qui aliter viuit,
atq; constituit Ecclesia, longe a via salutis errat.
¶ Est ergo Ecclesia certiss. fidei norma, rectiss.
sanctæ cōuersationis magistra, tutiss. i naufragio
ancora, & omnium hæresum fortissima extirpa
trix. Neq; essent vnquam hæreses, si vni assenti
retur Ecclesie authoritati. Neq; possunt hæreses
cum maiori robore, quā Ecclesie autoritate op
rimi. Hinc est quod omnes hæreses cum primis
moliunt vt Ecclesie autoritatē vel prorsus tol
lant, vel si tollere non possunt, ea parte infirmēt,
qua sibi potissimū posset nocere. Vnde & nunc
aduersarij nostri cū iudicandi Ecclesie de dubijs,
q̄ apud eos primū & nata & roborata sunt, adi
munt potestatem, violenter tollūt omnem fidei
certitudinem. Idq; maxime cum Ecclesiam de
finiunt occultam sanctorum congregationem.
Hæc enim quod nostram fugiat cognitionem, cre
di quidem potest, videri autē & cognosci ninime.
Ideo nec determinationē eius vllus sequi potest.
Cū vero prorsus occulta sit, quō dubia resolvere,
cui poterit bene consulere? Quomodo eam consul
tabimus, quæ seipsam nescit? Ignorat enim se san
ctum esse qui sanctus est, neq; de se ipso quicquā
præsumit, ne præsumendo perdat, quod bene fide
literq; viuēti accreuerat. Nescit enī homo, quod
prudenter ait Salomon, vtrū odio vel amore dig
nus sit. Si vero nescit homo iustus suam ipsius iusti
tiam, profecto neq; alter alterius agnoscer sancti
tatem. Hæc sanctorum Ecclesia quantum &
quamdiu sancta sit, soli deo notum est. Forte qui
nunc sanctus est, breui erit iniustus, rursus qui nūc

iniquus, eras erit iustus, Nemo dubitat in vniuersali Ecclesia plurimos esse sanctos, imo oēs fatētur eos nunq̄ abfore, sed vbiq̄ locor fuerint, etiā in medio nationis prauæ, tā deo q̄ sibiipsis in solubili dilectionis vinculo copulabuntur. Huius plane Ecclesiæ mali non sunt viua mēbra, nā nihil adeo inter se pugnat, atq̄ vt simul mal⁹ sit q̄ piā & bonus: & ob p̄ctā a deo separatus, & p̄ charitatem eidem cōiunctus. Præter illam autem in ternam, & nemini præter deum agniram catholici aliam confitentur Ecclesiam, quæ permixtim complectitur omnes, qui in Christo credunt, qui eadem sacramenta percipiunt, quos Paulus vnū corpus appellat, dicens: Vnum corpus multi sumus, oēs qui de vno pane & de vno calice participamus. De hac Ecclesia vt etiam superius dictum est, non tm̄ boni sed & mali sunt, et ex vtrifq̄ constituitur. Huius Ecclesiæ membra oīa tam etsi suo capiti Christo per charitatem non cōglutinentur, adhærent tamen fide, pro qua & mori nonnunquā parata sunt. Vnū cū his, qui deo per charitatem arctius cohærent, habent euangeliū, vnā fidē, vnū baptisma, eademq̄ omnia sacramenta. Nullo nomine ab illis discrepant, nisi sola charitate. Imo si vt isti dicunt, ad veram vnitatem Ecclesiæ satis est consentire de doctrina euangelij & administratione sacramentorum, profecto oēs qui de euangelij doctrina & sacramentorum administratione consentiunt, Ecclesiæ vere vniti sunt. Consentire quidem istis possunt, & nihilominus charitate vocare. Sequitur ergo multos tamen si male Christianos Ecclesiæ cōiunctos & de ecclesia esse. Et ista est Ecclesia, quæ in ter-

Mali cuius Ecclesiæ viua membra non sint.

1. Cori. 10

Ecclesiæ honorū & malorum,

Ex verbis aduersariorum doctores cō Ecclesiæ mēbra.

DE VNA BON. ET

Ecclesiæ
est cõpo-
nere lites
quæ forte
oriuntur.
Actu. 15

ris post deum infallibilis & supremus iudex est
earum quæ forte cū temporū varietate exoriri pos-
sunt, quæstionum. Hinc a primis Ecclesiæ incuna-
bulis Paulus & Barnabas vbi ambigereſ a qui-
busdam vtrum ad obseruantiam legalium obli-
garentur, q̄ ex gētilitate Christo crediderāt, ad Ec-
clesiam confugerunt, ne quid ipsi temere decreuis-
se viderentur, neglecto aliorum confratrum iudi-
cio. Ista vero apostolorum aliorumq̄ fidelium
Ecclesia, visibilis erat, Paulo & Barnabæ, alijs-
q̄ qui qua de re secum hæresitare possēt, nota, &
in qua bene fideles & male fideles erant commi-
xti. Quod bene fideles ibi fuerit neminem fugit,
ambiget forte quis an ibi etiam fuerint male fi-
deles. Sed istud aperte docet textus: Surrexerunt,
inquit, quidam de hæresi pharisæorum, qui credide-
runt, dicentes: Quia oportet circumcidi eos, præ-
cipere quoq̄ seruare legem Moſi. Aperte docet
eos quorū causa hæc fuit synodus, non adeo bene
credidisse Christo, alioq̄ hoc conuentu nihil opus
fuiſſet. Iam istius Ecclesiæ rectores, quantumuis
pleriq̄ mali sint, cum legitime conueniunt, nulla
sui habita ratione, ad diuinam gloriam ampli-
andam, ex spiritu sancto decernunt, quæ ad vitæ
& morum conformitatē pertinent. Est propter a-
liorū sanctitatē, quod decernunt nihil maius, aut
propter aliorū malitiā minus habet roboris, sed
q̄a id Christus pollicitus est, se ecclesiā nunq̄ deser-
turū, sed per sp̄m sc̄m docturū, quæ videbuntur
Christianam politiam exornare, tantum studeat
vnusquisq̄ vt eius sit. ἡ δόλος Quod vero nul-
lius personam aut merita respiciat, cum docere
vult suos, docet Caiphas homo in Christū haud

Merita p̄
latorū nō
addūt pō-
dus decre-
tis.

patum impius, per quem vt author est Iohannes euangelista, prædicauit emolumentum quod Christiano vrbi ex morte Christi obueniret Docet & Balaami asina, prophetæ, vt inquit Petrus, insipientiam cohibens. Vt vt ergo in peccatis viuant multi, deus suæ promissioni non deerit vt mali sint hoïes, deus bonus est, vt mentiantur homines, deus tamen sp̄ idem est. Si vt res est & aduersarij libenter concedunt, in consecratione sacrae hostiæ & in aliorum sacramentorum administratione nihil refert minister dignus an indignos sit, sed habent eandem ex utroq; efficaciam, cur non æque magnam habent auctoritatem & pondus quæ ab ecclesiæ primatibus mixtim bonis & malis, decernuntur? Necessè autem est vt energiã habeãt, alioqui nulla esset neq; fidei, neq; scripturarum, neq; vllius rei in ecclesia certitudo, & per consequens, incerta eẽnt omnia. Vide quãtũ periculi nasceretur, si ecclesiæ auferas vim statuendi, ordinandi, definiendi? quæ spiritu sancto in nixa ordinat, quæ videntur ad bonos mores ad cõformationẽ dissidētium facere. Adde quod etiã nũ Christus dixit: nempe quod adesse velit duobus vel tribus in nomine suo congregatis. Si duobus vel tribus adesse vult in suo nomine conuenientibus, quanto magis aderit tam multis in nomine suo congregatis? Hinc factum est, quod cum qui in fide & in ceremonijs aut in alijs externis moribus, eminent scrupulũ, ad visibilem istam ecclesiam consultandi gratia recurratur, cui nimirum vt euangelio adhibenda est fides. Hæc est quæ euangelio robur dedit, & quod hactenus

Iohan. 14

Nũc. 24.

2. Petri. 21

Matth. 18

Ecclesiæ
irrefragabilis
auctoritas.

apud omnes fere obtinuerit authoritatem. Hæc
 canonicas scripturas a non canonicis distinxit, q
 bus prorsus nihil esset virium, nisi ab Ecclesia es
 sent receptæ. Non quod aliquid habeant admix
 tæ falsitatis, sed quod dubitari posset humano ne
 an diuino spiritu essent conscriptæ, an diuinis ver
 bis quicquam adiecisset humana temeritas. Hic
 Augusti. est sæpe factatum Augustini dictum: Euangelio
 non crederem, nisi me Ecclesiæ authoritas com
 moueret. Hæc inquam Ecclesia, quæ euangelia
 approbavit, item aliquot Monastices instituta
 roborauit, nempe Basilij, Benedicti, Augustini,
 Dominici, Frãncisci, Hæc certis diebus ieiunia in
 dixit, hæc pro fidelium animabus orationes insti
 tuit, hæc imploranda esse Sanctorum suffragia
 docuit, hæc vt annuatim fideles peccata sacerdo
 ti confiteantur, statuit, præcepitq; vt vel semel in
 sancto paschate de mensa domini fideles partici
 parent. Hæc est illa prædilecta Christi spōsa, spi
 ritus sancti gubernatione nūquam caritura. Hæc
 Ecclesia. Spōsa est est gloriosa Christi sponsa, quam sui sanguinis
 virtute in sacro baptismo ab omni peccatorū
 contagione emaculauit. Hanc sibi in regenera
 tione gloriosam, omnis labis exortem, sed cœle
 stis mundicie consortem, Christus sibi exhibebit
 sponsam. Interim stat in acie contra hostes omni
 genas dimicans, nunquam vel errori vel dam
 nabili culpæ subiacens, tametsi non ita raro leui
 oribus inquinetur delictis, vt verissima sit illa Io
 hannis sententia: Si dixerimus quia peccatū non
 habemus, ipsi nos decipimus, & veritas in nobis
 non est. At cum venerit quod perfectum est, ingt
 1. Iohan. 1
 1. Cori. 13, alius apostolus, euacuabitur quod ex parte est.

Tunc gloriosam exhibebit sibi Christus Ecclesia non habentem maculam neque rugam. Hæc illa vnica est columba, nunquam repudanda, nunquam non dilecta, cui nunquam præualebunt inferorum portæ, licet plerumque aduersus aliqua eius membra præualeat. Potest quidem hic aut ille vel in errorem vel in peccatum labi, Ecclesia vero vniuersalis neque peccare neque errare potest. Hæc est illa Ecclesia, quæ Paulo veritatis columna est. Hæc scripsi tibi, inquit Timotheo suo, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est Ecclesia dei viui columna & firmamentum veritatis. Domus dei in qua conuersabatur Timotheus, non erat inuisibilis illa sanctorum Ecclesia quæ creditur tantum, non autem videtur: sed externa fuit Ecclesia, in qua bonis mali erant permixti. Hinc in præcedentibus dixerat idem Apostolus: Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & conscientiam bonam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Vides & hic in domo illa dei, in qua conuersabatur Timotheus, fuisse quosdam, quorum non a deo candidæ erant conscientiæ, vt etiam circa fidem periclitarentur. Hanc ecclesiam quæ cum bonis complectitur malos, confidenter Paulus firmamentum & columnam appellat veritatis, cuius fidei certitudo ceu fortissimæ columnæ innititur. Nec inuiolata fides, inter tot hominum impia cõmentata, inter tot hæreticorum opiniones, inter tot hæreses & errores consistere posset, nisi vniuersalis Ecclesiæ sententiæ ceu infallibili veritati proxime accederetur. Ex istis omnibus luce clarius liquere arbitror, non ad inuisibilem sed ad exter-

Cantic. 6
Colūba.

Colūna
veritatis
1. Tim. 3.

Domus
Dei.

1. Tim. 1.

DE VNA BON. ET

niam sanctorum congregationem recurrendū est se, si quid forte alicubi ambigatur vel in fide vel in bonis moribus. At hīc dicunt.

¶ **Aduersarij.**

¶ **Ecclesia interna externas habet notas, vt cognosci possit, nempe puram euangelij doctrinam & administrationem sacramentorum euangelio consentaneam.**

¶ **Respon. Catholica.**

Notæ nō
satis clare

Notas Lu
therano-
rum ven-
dicant si-
bi omnes
hæreses

¶ Hæ notæ non sunt satis euidentēs, sed neque satisfaciētes. Nam vt dubitari potest, q̄ externa ecclesia internam habeat sanctorum congregationem, ita hæsitabitur quæ Ecclesia euangelium purius doceat, & iuxta euangelicū intellectum rite administret sacramenta. Occolā padiana illa ecclesia, quam rectius synagogam dicerem aut conciliabulum, superbit de sana doctrina, deq; recta sacramentorum administratione. Haud aliter Suuilingiana, ac Anabaptistica, cæteræque sectariæ aliorum ecclesiæ tumescunt inaniterq; gloriāntur. Isti cum vniuersis affeclis soli se iactitant quod euangelicam doceant veritatem, quodq; soli ad euāgelicam veritatem administret sacramenta, & quod errent omnes, qui diuersum sentiunt. Contra Catholica ecclesia sicut longæuitate vicit, sicut autoritate vicit: sic recte gloriatur se euangelicam docere veritatem & fideliter administrare sacramenta. Sunt igitur hæ notæ non satis apertæ, imo prorsus ignotæ. Nam quod ostendere deberent, non oñdunt. Sed

quid potest esse ineptius quam ignotis ignota velle declarare. Nō dicam hic quod ipsa obstreperet sibi, externas haberet notas, ex quibus agnosceretur, & tamen interna nominatenus diceretur, & re ipsa iam non esset interna sed externa.

¶ Requirit autem euidentius & certius iudiciū quod nō quouis priuato sed ab ecclesia, quæ vt diximus, errare non potest, dari debet. Isti vero mittunt nos ad ecclesiam, quam non noscimus, quæque nec se ipsam agnoscit. Hæc fuit omnium istarum tragœdiarum, quæ iam fere totam Germaniā pergrassantur, sordida sentina, de qua exhalantur tot olētes hæresum spurcitia, quot a Christo passo nunquam auditæ sunt. Hac enim sententiâ istorum persuasa, quod interna esset Ecclesia, nemo erubuit suam opinionem statuere, & tot fere sunt apud aduersarios Ecclesiæ, quod homines, & tamen eodem conatu omnes suas defendunt opiniones. Rupta sepe, singuli nituntur eruptionem facere. Quando vniuersalis Ecclesiæ censuram nemo metuit, licenter, qui istorum malis artibus circumueniuntur, & dicunt, & statuunt, & definiunt, quæ cuique pulchra & vera videntur. Necdū enim isti satis inter se definirunt, quam sequi debeant opinionem. Variant enim inter se isti. Aliiter definit Martinus, aliter Philippus, aliter Poteranus, aliter Bullingerus, aliter Pellicanus, Hoc dicent æqualiter, qui istorum cum iudicio legerint annotationes, Possent quidem alijs verbis dicere, sed vnam oporteret esse omnium sententiam. Possent & sententiam vertere, modo nullam facerent scripturis iniuriam,

DE VNA BON. ET

Notæ Lu-
turan. vt
non satis
aptæ, ita
sunt in-
tertæ.

¶ Nam vt illius internæ Ecclesiæ, quam isti sic
vocat, non sunt satis euidentēs notæ; ita incertæ
sunt. Contingere enim potest vt pure quidem ali-
cubi doceatur euangelium, ritęq; administrantur
sacramenta, vbi mox etiam non sit sanctorum
congregatio. Nam vt ipsi confitentur, & vere i-
ta est, malus minister administrare potest sacra-
menta, potest & euangelium recte pro germi-
no eius sensu docere, tamen si nō faciat ipse, quōd
docet. Neq; id raro vsu venit, vt audientes rectā
euangelij contionem, non faciant eadem, quę au-
dierunt, percipiantq; sacramenta ad interitum
magis quam ad vitam: Non est operæ precium
vt hæc magis enucleentur. Quando igitur istorū
notæ non satis euidentēs neq; sufficientes sunt, ac-
cipe a Catholicis euidentiores, magisq; apertas
notas, quibus Catholicam Ecclesiam ab adulte-
rina agnoscas.

Notarū
certarū
vnde Ec-
clesiā ve-
ram ag-
noscat.
Prima
Psalm. 71.
Psalm. 15
Mar. vlt.

¶ Prima sit, vt vniuersalis sit Ecclesia nō par-
ticularis, cuius iudicio standum esse docuimus.
Rursum vt non sit vni alicui orbis parti, sed toti
Christiano orbi nota, quæ vnanimiter deum co-
lat. Hinc sapienter dixit propheta: Adorabunt
eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Et a-
libi: In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fi-
nes orbis terræ verba eorum. Imperatur & Apo-
stolis vt vniuerso orbi non vni angulo euangeli-
um docerent: quod & haud segniter fecerūt, quę
admodum docent euangelia. Et nunc demū im-
pletum est Malachiæ præfagium: Non est mihi
voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, et
munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu
enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen

Malac. 1.

meum in gētibus, & in omī loco sacrificatur & offertur noī meo oblatio mūda, quia magnum est nomē meum in gentibus. Audishic hostiam mundā dño immolandā, q̄ nō p̄t ei grata eē neq; accepta, nisi ex v̄ra fide offerat. Ideo in omī loco fidem sui diuulgandā & acceptandam vbiq; prädixit, quod & factū est. Hinc dicit Augustinus: Corpus Christi est Ecclesia non ista, aut illa, sed toto orbe diffusa. Idem super ps. 58. Effusus est multus & magnus martyri sanguis, quo effuso tanquam seminata seges ecclesiæ fertilius pululauit, & totum mundum, sicut nunc conspicimus, occupauit. Rursus idem: Ne me reuoces inquit, in dimidium dierum meorum, vt ante me auferas de terra, quam totus orbis euangelio repleatur, contra responsionem domini mei dicitis: Optet p̄dicari euāgelium hoc in toto orbe terrarū in testimoniū oībus gentibus, & tunc veniet finis. Hanc itaq; ecclesiam agnoscunt omnes fere, qui Europam, qui Italiam, qui Hispaniam, qui Galliam, qui Germaniam, qui Britanniam incolūt, nisi q̄ Germaniæ vnus angulus male de ea sentiat. Contra quos loquitur Aug. Auferantur, inquit, chartæ humanæ, sonēt voces diuinæ. Ede mihi vnā scripturæ vocem pro parte Donati, audi innumerabiles pro orbe terrarū: Quis eas numerat? quis eas terminat? Tamen vt pauca commemoremus, legem attende primum dei testamentum: in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et in psalmo: Postula a me & c. Et deinde: Prope omnis pagina nihil aliud sonat quam Christum, & Ecclesiam toto orbe diffusam. Exeat mihi vna vox pro parte Donati. Hactē-

Aug. sup
Psalm. 55

Idē super.
Psalm. 101.

August.

DE VNA BONO. ET

nus ille. Quod si ab Oecolāpadianis, Zuīnglianis, & ab aduersarijs nostris importunius quæſieris, vbi eorum in scripturis sit memoria, necessario obmutescent, nisi forte dicant sibi hoc competere, quod de pseudoapostolis, pseudoprophetis, seductoribus & hæreticis passim commemorant scripturæ. Horum iterum vesaniam idem beatus antistes istis verbis obtundit, dicens: Qualem vesaniam patiuntur hæretici, quæso vt attendatis. Illi præcisi a compagine Ecclesiæ CHRISTI, & partem tenentes, totum amittentes, nolunt communicare orbi terrarum, quo diffusa est gloria CHRISTI. Nos autem Catholici in omni terra sumus, quia omni terræ communicamus, quacunque gloria Christi diffusa est. Videmus enim quod tunc cantatum est, modo completum: Exaltatus est super cœlos Deus noster, & super omnem terram gloria ipsius. O hæretica insania, quod non vides, credis mecum, quod vides, negas. Credis mecum exaltatum Christum super cœlos, quod nō vidimus, & negas gloriam eius super omnem terram, quod videmus. Idem: Credo sanctam ecclesiam Catholicam. Bene symbolum Ecclesiā catholicā noīauit & sanctā, quia multæ Ecclesiæ hæreticorum sunt. Sed quæ non est Catholica, nec sancta dici potest. Sed dicitis: Nunc non est per totum orbem diffusa Ecclesia, quia neque vbi que gentium creditur Christo. Plures quoque ab vniuersali ecclesia defecerunt: nec hoc nos negamus. Neque hoc contrariatur diuinis literis, iam citatis: Non enim dicitur, quod omnes semper Christum sint glorificaturi, sed quod gloria de-

Aug. sup
Psal. 56.

Idem ser.
2. i ramis
palm.

mini toto orbi sit manifestanda, & vbiq; fides
 prædicanda, id quod factum constat. Et omnes
 credentes & qui eisdem perfruuntur sacramen-
 tis, de vniuersali sunt Ecclesia, vbiq; tandem
 fuerint locorum, & hinc dicitur per totum orbem
 propagata. Neque hoc mirum est, quando qui-
 dem sub ipsis apostolorum temporibus, quando
 pacata debebant esse omnia, suppullularunt hæ-
 retici Hymenaus & Alexander, primi ab Ec-
 clesia eruptionem meditates, sectamque pri-
 mum exordientes, de quibus dicebat Christus:

Matt. 24.

Multi pseudoprophetae surgent & seducent mul-
 tos. Et post illum Nicolaum Antiochenum, quæ
 in Apocalypsi damnat Iohannes, fuerunt multi
 heresum assertores, quos vno verbo illo notat Chri-
 stus. Et Iohannes: Ex nobis prodierunt, sed non e-
 rant ex nobis, quia si fuissent ex nobis, perman-
 sissent vtrique nobiscum. Sit igitur illa prima no-
 ta, vt vniuersalis sit Ecclesia, per totum mun-
 dum firmiter radicata, quæ omnes adulterinas
 autoritate diuturnitateque comminuit.

1. Iohan. 2

¶ Secunda nota, qua veram Ecclesiam digno-
 cas est, vt non sit iam recens nata, sed firma, sed
 immobilis, sed imperterrita. Huiusmodi est Ca-
 tholica Ecclesia, a Christo fundata, ædificata, &
 tanta firmitate super eo constructa, vt nullis ari-
 tibus, nullis machinis subuerti possit aut labefa-
 ctari. De qua ipse fundator ipsumque fundamē-
 tum ait: Super hanc petram ædificabo ecclesiam
 meam, & portæ inferi non præualebunt aduer-
 sus eam. Si vero catholica ecclesia talis est, quod
 nemo negare potest, nouam esse necesse est eam, quæ illi
 inimicatur, Et Paulus vnā agnouit ecclesiā Ca-

Sec. nota

Matt. 16.

DE VNA BON. TE

- Ephe. 5. tholicam, de qua dixit: Christus dilexit ecclesiam & tradidit semetipsum pro illa, de vna, non de pluribus loquens. Quod si eam etiam alia sequantur, eas oportet nothas & spurias esse, malas non sanctas, hæreticas non Catholicas. Hinc bene, licet in plerisque alijs non bene, dicebat Tertullianus:
- Tertulli. Aedat suarum ecclesiarum origines, aedat episcopos, de proscr. aedat primates ac maiores, denique & successores hære. perpetuos. Certum est enim, ut verbum domini æternum est, ita ministros habet perpetua derivatione sibi inuicem succedentes. Hæc Tertullianus:
- Ecclesiarum Sicut aduersarij nostri non habent veteres suarum doctrinæ summates, nisi forte ostendant Ioannem & Catholice origo. V vicleuum Hussenses iam dudum hæreticæ doctrinæ condemnatos. Sed isti certe nullum habuerunt suarum perfidiarum patronum. Catholici fidei suarum demonstrant origines, episcopos & archimandritas, Christum, apostolos, euangelistas, prophetas, doctores, pastores, cæterosque ecclesiarum ministros, perpetua quadam derivatione sibi inuicem succedentes. Hos ab annis mille quingentis, plus minusue ostendere poterit præter vnam Christi ecclesiam, cuius Catholici membra sunt. Secunda ergo nota est Catholice ecclesiarum nunquam nisi cum mundo deficiens, senectus.
- Tertia, ut in fidei & morum doctrina Catholice ecclesiarum sit consentanea, nulloque ab ea titulo variet, aut pugnantia doceat. Vna enim est fides, authore Paulo, quæ si Christo credimus, stabit immobilis. Hinc dicebat Petro: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua. Si hæc Christi oratio desiderij sui facta est compos, quod nemo negabit, certum est fidem Petri nunquam
- Tertia nora.
- Ephe. 4
- Luc. 22

interire. Cum ergo constet vnā esse fidem eamq; perpetuam, necessarium est nouellam istorum fidem perfidiam esse.

¶ Quinta nota, si Ecclesia sponso suoque pastori pareat, iuxta illam vocem dominicam: Oues meæ vocem meam audiunt. Illa igitur Ecclesia, quæ Christo ita credit, vt etiam manatis eius obtemperet, vera Ecclesia est. Iussit autem Christus vt suis continuū esset cum vicijs luctamen, vt sui suis affectibus moderarentur, vt sua desideria vincerent, neminem læderent, de omnibus bene mererentur, de nemine male. Contra vi-deas in aduersariorum nostrorū Ecclesia, quibus spurcitijs viuatur, quantum libidini vacetur, quibus infantes iniurijs afficiantur, quibus exactio-nibus inopes exossentur, quanta temeritate alie-na rapiantur. Reliqua prætereo, ne quis dicat in-ter iurgia veritatem pessum ire.

¶ Quinta nota quæ veram ecclesiam ab adul-terina dignotat, est erga vniuersalem ecclesiam reuerentia. Particularis enim ecclesia, si nolit au-dire sputia, vniuersalem ecclesiam vt matrem ve-neratur, suspicit, amplectitur, & ad amussim eius obtemperat imperio. Scriptum est in Salomonis Prouerbijs: Audi fili mi disciplinam patris tui & ne dimittas legem matris tuæ. Et in Exodo: Ho-nora patrem tuum & matrem tuam, vt sis lon-gæuus super terram. Vtrobicq; moraliter accipi potest pater, non natura sed creatione, & mater non natura tantum sed pro ecclesia in qua spiri-tualiter renati sumus. Et huius sententiæ multi sunt patroni. Quemadmodum igitur patrem de-um summa λατρεία colimus, ita matrē ecclesie

Quinta no-
nota.
Iohā. 10.
vita Chri-
sto dig-
na qualis
esse debe-
at.

Quinta
nota.

Pro. 1.
Exo. 20

DE VNA BON. ET

Luthera
na notat
Synago.

am turpe fuerit cōtēpſiſſe, quod certe cederet vel in maximam ſponſi eius ignominiam. Iam ſi videretur circumſpice, an videas vnā aliquam eccleſiam vniuerſalis eccleſiæ legē deſpicere, ieiunia quæ coercendæ carnis cauſa inſtituta erāt, inuenterer orationes, quibus placēretur ſubiratus dei animus, negligere: ſacras diuorum ferias, quæ do Chriſtianos euangelium doceretur, abrogare, & omnia deniq; ſanctæ Catholiciæ Eccleſiæ decreta prophanare, eā certe ſe notare puta adulteratæ doctrinæ. Contra ſi aliam videris omniā iſta magno ſtudio amplecti, eam puta eē germanam vniuerſalis eccleſiæ filiam.

Sex. nota

¶ Sextæ notæ magis aduerſantur Lutherani, quam expediat reipub. Chriſtianiæ. Vniuerſalis eccleſia vndiquaq; bene ordinata eſt. Habet em̄ ſuos miniſtros, habet ſua officia, ordines, decreta normas, ad quæ debeant omnia expendi. Nā hoc

Roma. 13

laudat Apoſtolus, arbitrās rerum ordinem a deo eſſe, conuſionem vero ab eo, qui eſt Babyloniciæ principis. De eccleſiæ Catholiciæ pulchro ordine

Cantic. 6

dicit in Canticis ſpirituſ ſanctus, quod terribilis ſit vt caſtrorum acies ordinata. Rurſus Paulus aſſerit Chriſtifideles vnum corpus eſſe myſticū, ita vt alter alterius ſit membrum. Vt autem in hūano corpore ſingula ſingulorum ſunt officia mē-

Roma. 12

1. Cori. 12.

brorum, miro quodam ordine munīſq; diſtincta: ita in myſtico corpore Chriſti alia ſunt Epiſcoporum, alia principum, alia priuatæ plebis munerata. Epiſcopi & paſtores docent, reliqui docentur: illi paſcunt, iſti paſcūtur. Sed & in plebe ſunt diſtincti gradus. Quod ſi ordinē cōfundas, q̄ erit omnium harmonia? Si enim totum corpus ocu-

lus est, vbi manus? vbi pedes? vbi reliqua corpo-
ris mēbra? Si totum manus, vbi caput? vbi ocu-
li? vbi pedes? Similiter si in corpore Christi mysti-
co omnes sint Episcopi, si oēs pastores, q̄s docebi-
tur? quis pascet? Si oēs portēt gladios, q̄s erit oīm
sequester? Si ergo alicubi videas oīm ordinū gra-
dus esse confusos, ibi puta ecclesiā esse adulterinā
& hæreticorū cōciliabulū. De quibus itē bñ dixit
Tertullianus, quod promiscua habeant sacerdo-
tia, pacē oībus cōmunicēt, mulierib⁹ proinde ac
infantibus ius eucharistiæ consecrandæ faciāt, ca-
nibus quibuslibet quantalibet turpitudine oleāt,
aditum ad sacra mysteria referent. Et, vt aliquid
addamus, idē apud eos coriarius, qui sacrorū mi-
nister: Idem diuini verbi apud eos *δικόνομος* qui
agricola, quicq; tabernarius, & oīa cōfusa sunt.

Tertulli-
anus

Septima nota, quod ecclesiā, quæ Catholica
audire meretur, miraculorū debeat claritate ful-
gere. Nam Christus vt vellet fidem in humanis
cordibus radicare, apostolis cæterisque ecclesiæ
fundatoribus prodigia faciendi potestatem fecit.
Et ipsi quidem profecti, vt ait euangelista, præ-
dicauerunt vbique, domino cooperante & ser-
monem confirmante sequentibus signis. Hac ra-
tione Catholica ecclesiā fortiter radicata est, &
vsque in istum diem apud Sanct. Martyrum, cō-
fessorum, virginum mausolea mira claritate ro-
boratur. In aduersariorum ecclesiā nihil horum
videas, nisi forte tecum portentum putes, quod
tot hominū milia vna strage interierint. Has no-
tas non minus erudite quā eleganter Reuerēdus
p̄r Nicolaus Herborn vir multæ recōditæq; eru-
ditionis integro tractatu absoluit. Quas q̄squis

Sept. nota

Mar. vi.

DE VNA BON. ET

interius perspexerit, intelliget quor nominibus quor titulis aduersariorum synagoga a Catholica Ecclesia discrepet. Nobis satis fuit, notarū primos apices demonstrasse.

¶ Aduersarij.

Menda-
cium

¶ Pleraque istorum quę aduersarij nostri defendunt, fidem euertunt, vt quod damnant articulum de remissione peccatorum, in quo dicimus fide accipi remissionem peccatorum. Manifestus item error est, quod docēt aduersarij, mereri homines remissionem peccatorum dilectione erga deum ante gratiam. Nam hoc quę tollere est fundamētum, hoc est Christum. Item quid opus erit fide, si sacramēta ex opere operato sine bono motu vten-
tis iustificant.

Menda-
cium

¶ Responſio Catholica.

¶ Mirum quod non erubescant isti vnā cantilenam & αὐτὰ δὲ αὐτῶν toties inculcare. Neque debet nos responſionis pudere, quando nō pudet istos inanis dictionis. Audi igitur priores illas calumnias non verbis sed solo numero repetitas. Fidem inquirunt, euertunt quędam, quę aduersarij nostri defendunt. Hic enumerant per ordinem quę displicent eis in aduersarijs. Primum quod Catholici damnent articulum de remissione peccatorum, in quo dixerunt fide accipi remissionem

Menda-
cij argu.

peccatorum. Hoc mendacium est effrontiffimorum hominum. Nunquam damnarunt articulum de remissione peccatorum, sed confidenter ipsum prædicant: neque negant fide accipi remissionem peccatorum, sed sola fide asserunt nemini remissionem peccatorum contingere. Fidei addunt dilectionem aliaque sancta eius monilia, ut efficax sit ad operandum iustificationem. Sed hanc calumniam superius iusta responsione extenuauimus.

¶ Quod hic dicunt Catholicos docuisse homines mereri remissionem peccatorum dilectione erga deum ante gratiam, haud parum impudens est mendacium. Aut, ut aliquid eis concedamus, loquuntur de vera dilectione dei, qua deus diligitur super omnia & de merito condigni, & gratia gratum faciente: hoc modo nemo Catholicorum sensit hominem mereri remissionem peccatorum de condigno per dilectionem dei ante gratia gratum facientis infusionem. Omnes enim concorditer Academiae docent hominem nunquam vere diligere deum super omnia, nisi detur ei gratia gratum faciens & spiritus sanctus, qui cum diffunditur charitas in cordibus nostris: tantum abest ut dicant ante eius infusionem per charitatem hominem mereri remissionem peccatorum de condigno. Si sic Catholicos sentire asserunt, metiuntur, Aut loquuntur de dilectione qua per informem fidem deum agnoscentes, ita eum amant, ut tamen seipsum magis & voluptatulas diligant. Hac dilectione negant Theologi hominem mereri remissionem peccatorum de condigno, de congruo tamen si ex hac informi fide peccator poenitens gratiam & misericordiam petat & quaerat.

Mendacij
iterum arg.

Roma, 5

DE VNA BON. ET

Quandoquidem vt supra dictum est, poenitētia, orationes, & alia opera quę ex hac dilectione dei profluūt, inefficaciora sunt, quam quę tam magna operentur. Congruit ramen diuinę bonitati vt extrali amore poenitentem, orantem, & gratiam quęrentem misericorditer adiuuet. Non repetam etiam alia, ne crambe sæpius posita probo lectori mortem pariat. Tātum mendacia demonstrasse sat fuerit, ne nostris etiamnum fucum faciant.

*Mēdaciū
arguūtur
tertio.*

¶ Rursum mentiūtur docuisse Catholicos, quod sacramēta ex opere operato sine bono motu accipiētis, iustificent. Omnes vero vno sensu fidē requirunt & displicētiam pctōrū propositūq; vitā corrigendi. Requirit omnes vt remoueantur obices & impedimēta, quę non remouentur nisi fide & bono motu accipientis, hoc est, nemo iustificatur, nisi ex fide doleat se peccasse, & vitam velit emendare. Quando vero hoc ex se non potest, per sacramenta gratiam quęrit & accipit. Quī non credit, neque secum firmiter in animo statuit prioris vitę in peccatis exactę, modū ponere, maximum obuoluit gratię impedimentū.

¶ Quod vero in Confessione addunt, ad verā vnitatem ecclesię satis esse consentire de doctrina euangeliū & administratiōe sacramentorū, aut intelligūt de vnitatem, qua per fidem informem & sacramentorum susceptionem Christiani etiam mali Catholicę ecclesię vnitati sunt, eadem quę ipsa credit credentes, eisdemque vtentes sacramentis. Si sic accipiunt, sententia est amplexu dignissima. Confirmat enim ea, quę paulo ante statuimus, videlicet quod mali Christiani non

tantum sint in ecclesia Catholica, sed & per iformem fidem, & sacramentorum susceptionem ei vere coniunguntur, vnamque cum bonis ecclesiam constituunt. Si intelligunt de vniōe, qua non tantum in formi fide, verum etiam viua dilectiōe ecclesiae membra mutuo capiti Christo cohaerēt & iunguntur, reluctabimur. Plane non satis fuerit consentire de doctrina euangelij et sacramentorum administratione, sed oportet etiam vniuersalis ecclesiae decretis examussim obtemperare. Qui enim ita de fide consentiunt, vt interim tñ cū diuina, tñ ecclesiae praecepta temerent, fide tñ in formi & sacramentorum participio, non autē dilectiōe cōiuncti sunt. Qui deū diligit, vtiq; mandatū ei obseruat. Qui vero mandatis dei obsecundat, sane decretis ecclesiasticis non obstrepat. Si autē obstrepat, re ipsa declarat se deū necdū bene dilexisse, vtpote qui praeceperit vt maioribus obediamus, multo vero maxime vniuersali ecclesiae, quae qd decernit, per spiritum sanctum decernit.

Matt. 23.
Hebrę. 13

DE RITIBVS ECCLESIAE.

Iam quod ibidē adnectunt non esse operæ precii, vt sint similes hūanæ traditiōes, ritus et ceremoniae, Catholicis vel probat vel improbat. Probat, si intelligant de traditionibus & ceremonijs particulariū ecclesiarum, quae prout alūnis suis viderint pro temporum diuersitate expedire, decernunt quae ecclesiasticam adornant monadem. Et ea varia esse possunt pro varietate ecclesiarum, modo ceremonijs, ritibus & vniuersalis Ecclesiae statutis per diametrum non repugnēt. Hinc dicebat Hieronymus Lucinio: Illud te breuiter admonendū puto, traditiones ecclesiasticas

Hieron:

DE VNA BON. ET

praesertim quæ fidei non officiant, ita obseruandas, vt a maioribus traditæ sunt, nec aliorum cõsuetudinem aliorum contrario more subuertí. Si autem loquuntur de vniuersalis Ecclesiæ generalibus decretis ritibus & consuetudinibus, improba sententia est, supra quinto & sexto corollarijs cum sacrarum sententijs scripturarum, tum Augustini & Hieronymi auctoritate comminuta. Hic rursus respondent in Apol.

¶ Aduersarij.

¶ Hic distinguunt vniuersales & particulares ritus: & probant articulum nostrum, si intelligatur de particularibus ritibus: de vniuersalibus ritibus non recipiunt. Nõ satis intelligimus quid velint aduersarij. Nos de verahoc est, spirituali vniuersitate loquimur, sine q̃ non potest existere fides in corde seu iustitia cordis corã deo. Ad hanc dicim⁹ non esse necessariam similitudinem rituum humanorum, siue vniuersalium siue particularium.

¶ Responso Catholica.

¶ Nulla plane nos tenet admiratio, quod isti nõ intelligunt, quid Catholici hoc vniuersalium ac particularium rituum discrimine insinuare velint. Nam sæpenumero dictum est eos sua ipsorum commenta haud perspexisse, aut certe si perspexerunt, imprudenter Catholicis obtrusisse. Quomodo in alienis erunt oculati, qui sua ipsorum non

vident, nisi forte Lamia essent, domi caeca, foris
 oculata. Bene autem dixit propheta, nolunt intel
 ligere vt bene faciant. Quod subiiciunt, ad iusti-
 tiam cordis coram deo non esse necessariam si-
 militudinem rituum humanorum, &c. quam sit
 a veritate alienum, docebunt te affatim, quae qu-
 to & sexto corollarijs explicata sunt. Tantū for-
 te vtiliter addatur, quod sicut Catholica Eccle-
 sia sua habet sacramenta sic habet & suas cere-
 monias & ritus, quibus sine sacramēta recte admi-
 nistrare nemo pōt. Et quod hinc authore spū scō
 primum apostoli, deinde tota Catholica Eccle-
 sia certos ritus, certas normas, quibus sese omnes
 Christiani applicarent, instituerint, nempe vt
 communicaturi corpus domini primum coelesti
 pabulo animam suam nutrent, vt certis cere-
 monijs res diuinas pertractarent, certis diebus ie-
 iunarēt, certas ferias diuinis obsequijs exigerēt,
 vt sacerdotes alijsq; diuinis officijs mancipati cer-
 tishoris in cordibus suis & voce domino psalle-
 rent, certis horis orarent, & alia pleraq; quae par-
 ticulatim enumerare non est ocium. Et hoc ma-
 xime videtur Ecclesiasticam exornare harmoni-
 am, vt qui in fide nihil discrepant, in ceremonijs
 non sint impares. Qui ceremonijs Ecclesiae ma-
 uult dura ceruice obstrepere, quam animo sim-
 plici obedire, palam facit se iustum non esse co-
 ram deo, quia Ecclesiae imo deo reluctatur, cuius
 bona voluntate omnia in ecclesia recte decernū-
 tur. Nam vt etiam supra synceris pectoribus fi-
 dem fecimus, & accedente aduersariorum calcu-
 lo probatū est, i cōstituēdo nūquā errat, nihil ppe-
 rā ordinat. ¶ Paq; habet roboris qd dicunt, iustit

Psalm. 33

Ritus q
ab apo-
lis ad nos
deriuatur

1. Theſ. 4.

Contem-
ptus rituum
eccleſiæ
dam nat.Capiunt
hic aduer-
ſarij.

am fidei non eſſe alligatam certis traditionibus. Fatetur quidem Catholici hæc eccleſiæ traditiones non ita ad iuſtitiam neceſſarias eſſe, aut eis iuſtitiam fidei alligari, vt niſi iſtæ eſſent traditiones, ſi des iuſtificare non poſſet, ſed quod horum vt diu-
norum contemptus mandatorum iuſtificationem impediatur. Hinc Apoſtolus, vbi feciſſet mentionem de præceptis, quæ ipſe dediſſet, ſubintulit: Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit ſed deum, qui etiam dedit ſpiritum ſanctum in nobis. Vides hic Paulum confidenter dicere, quod deus dederit ſpiritum ſanctum in corde ſuo, quodque ob hoc præcepta ſua maiorem ſortirentur energiam, & quod illi magis ad eorum ob hoc obſeruantiam obligarentur. Hic libenter audirem quorſum & quam feliciter aduerſarij noſtri hanc Pauli ſententiam torquerent. Si trahant ad diuina, nimirum obſeruari oportuit. Si ad humana, neceſſario dicent, iuſtitiam nullis traditionibus alligari, & errauiſſe Paulum, vt pote qui piæ mentes præceptis onerauerit, quæ nihil conducunt ad iuſtificationem. Sed clarum eſt apoſtolum loqui de præceptis quæ ipſe eis dediſſet, qui tamen homo erat. Nam de diuinis præceptis ſubiicit paulo ante & paulo poſt. Si vni licuit Pauli ſtatueri, cur item non liceat toti eccleſiæ? Non eſt minor totius Catholice eccleſiæ, quàm ſolius Pauli authoritas. Si Paulus potuit Theſſalonicenſes ad ſuorum obſeruantiam mandatorum compellere, cur idem non liceat eccleſiæ? Si dicant Paulum ſpiritum ſanctum habuiſſe, idem de eccleſia Catholica dicunt orthodoxi, & ſuſque deque ferunt, quoquo verſum hanc ſententiam ver-

rant. Nam vndiquaque Paulo & ecclesiæ conuenit.

¶ Haud multo plus virium habet, quod dicunt, ad animæ viuificationem nihil conducere humanas constitutiones, & eadem facilitate rejicitur qua probatur, si intelligant per humanas traditiones vniuersalis ecclesiæ aut sanctorum patrum iusta decreta. Nam ea nō obseruasse, spiritui sancto eorum primario auctori repugnasse est. Si intelligant autem de humanis cōstitutionibus, quæ sine spiritu sc̄to et hūana temeritate vel q̄ ob quorundam luxum vel auaritiam obtinuerunt, prorsus adnuimus. Nam hæ non solum nō conducunt sed ad animæ viuificationē magis officiunt. Sed ieiunium non ad corporis tantum commodatē institutum, sed & multo maxime ad animæ salutem accommodatum est. Idem dici posset de oratione, de litanijs, de ferijs, de cōfessione peccatorum, quæ non sine iusto examine a Catholica ecclesia recepta sunt, & hæcenus inuiolabiliter obseruata.

¶ Præterea toto cœlo errant, si affirment humanas cōstitutiones siue generales siue particulares, effectus spiritus sancti non esse (de his dico, quæ ad salutem animæ conducunt) nam vt iam dictum est: Ecclesia semper per spiritum sanctum gubernatur. Et mirum sane quod isti tam aperre scripturas sanctas audent oppugnare. Si vero ecclesia a spiritu sancto moderatur, quomodo non erunt generales & particulares cōstitutiones effectus spiritus sc̄ti, præsertim cū dicat aposto. quod non simus sufficientes cogitare aliqd a nobis q̄si

Qui ritus
seruandi,
& q̄ non.

Constitutio
effectus sunt
sp̄s san.

2. Cor. 3

DE VNA BONO. ET

ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo sit. Et alibi dicat: quod deus operetur in nobis & vel le & perficere. Sane Catholicis fortiter stat illa sententia, quod & in generalibus & in particularibus sanctorum patrum synodis semper presentissimus sit spiritus sanctus, qui per eos tanquam per instrumenta ordinat, statuit, definit, quæ Christianam rempub. decorant, quibus qui cum stomacho rebellat, aut ea cupit abrogatum iri, manifeste in spiritum sanctum impius est, & Ecclesie dei plane immorigerus. Per me, inquit, increata illa sapientia, reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Videant ergo aduersarij quam feliciter aduersus constitutiones Ecclesiasticas palestram instituerint.

Prover. 8

¶ Aduersarij.

¶ Sicut dissimilia spacia dierum ac noctium non lædunt vnitatem Ecclesie, ita sentimus non lædi veram vnitatem Ecclesie dissimilibus ritibus institutis ab hominibus. Quanquam placet nobis vt vniversales ritus propter tranquillitatem seruentur. Sicut & nos in Ecclesijs ordinem missæ, diem dominicum & alios dies festos celebriores libèrer seruamus. Et gratissimo animo amplectimur vtilis ac veteres ordinationes, præsertim cum contineant pædagogiam, qua prodest populū

& imperitos assuefacere & docere. Sed nō disputamus nunc an cōducatur propter tranquillitatē aut corporalem vtilitatem seruare. Alia res agitur, disputatur em̄ vtrū obseruationes traditionum humanarū, sint cultus necessarij ad iustitiam coram deo.

¶ Responsio Catholica.

¶ Bene ratiocinantur aduersarij quod dissimilia spacia dierum ac noctium non lædunt vnitatem ecclesiæ, quia omnes nouerunt hūc rerum ordinem omnibus rebus a deo esse attributum, vt omnia secundum suam naturam voluntati dei parerent. Et quamdiu omnia agunt secundum naturam suam, nemo læditur, nemo offenditur. Læderentur vero plurimi si hunc ordinem inuerterent, vtpote provide a deo institutum. Sic turbatur & vnitas ecclesiæ, si qui forte ecclesiasticarum harmoniam traditionum propria temeritate violarent. Si vero quod isti nolunt, ex integro obseruentur in suo robore, accrescit ecclesiasticæ vnitati non parum gaudij. Tam pertinaciter maliciosi sunt isti, vt semper dicant humanas traditiones, quas non ignorant in canonica synodo a patribus legitime congregatis per spiritum sanctum esse ordinatas. Spiritus sancti ne semel quidem reminiscuntur, odio arbitror Catholicorum, & vt suis facilius imponant humanarum traditionum nomenclatura.

Malicia
aduersa-
riorum:

¶ Placet eis vt vniuersales ritus propter tranquillitatem seruentur. Cur nū placeret, quod pla-

DE RITIBVS

cuit patribus, quod traditum est ab Apostolis, quod definitum spiritu sancto inspiratore? Propter tranquillitatem inquit, non propter præceptum, quasi nihil periculi sit si omittas. Iam bona pars eorum neque tranquillitatem neque conscientiam respiciunt, sed vellent non tantum ceremonias abrogatas, sed & omnem Christiani orbis religionem radicitus esse euulsam, vt decreta quæ apud Lutherum in thalamo nata sunt, securius vbiq; terrarum seruari possent.

**Dies dñi-
cus.**

**Feriæ di-
uorū parē
religiose
apud Lu-
thera. per
aguntur.
Canonē
abroga-
rūt Missæ
Luthera.**

¶ Libenter seruāt, vt ipsimet dicunt, in ecclesijs suis ordinem missæ, diē dñicum, & alios dies festos celebriores. Quarta celebritate post peractū sacrū, post iniquū semen disiectū, diem dominicum obseruent, melius sciunt tabernarij & lenones. Quid de diuorū ferijs dicā, cū nemo nesciat istos *ἑκονομαχου* odio diuū oēs eorū solennes ferias abrogasse, nisi forte iam resipiscūt ab errore. Ordinem missæ seruāt, nisi quod sacrū Canonem omnino omittunt, quem putant non solum Catholicum non esse, sed aperto Marte cum scripturis pugnare. Sed q̄ veritate abrogent, ab alijs disceptatū est, certe hic extra cōtrouersia est.

¶ Amplectitur veteres ordinationes, excipiūt tamen eas, quæ pædagogiam non continent. Hic velim dicāt quæ sint illæ ordinationes, quæ pædogiā nō habeant. Catholici enim tenent quod omnes pædogiam habeant. Hoc docent passim multi libri de hac re euulgati. Et in primis Rupertus vir vndiquaque doctissimus. Si autem omnes pædogiam tenent, nō debent isti alias recipere, alias ommittere, sed omnes gratissimo animo amplecti. Rursus si gratissimo animo accipiunt vtilis ordinationes, ostendant

nobis inutiles, quas tam aperte impugnant, quas tantis conatibus a suorum animis eripiunt. Sed neque vtilis tantum apud eos ponderis habent, vt obseruari debeant necessario, sed solum tranquillitatis causa, nō propter conscientiam quasi dicant, nihil periculi est siue serues, siue negligas, nam neutra parte peccas. Sic enim hic dicunt controuersiam esse, vtum obseruationes traditionum humanarum sint cultus necessarij ad iustitiam coram deo. Bene habet quod isti hoc dicunt, nā si hoc dicerēt apostoli, exterrerent orthodoxi, trepidarentque quod tam anxie traditionibus ecclesiasticis paruissent. Sed aliter docet Paulus, aliter etiam nū Christus. Christus dicit se contemni, si quis forte vnum qui apostolicum munus suscepit, contemnat. Paulus putat obediendum esse primatibus, nō propter timorē, sed propter cōscientiam. Si propter cōscientiam iustis platorū decretis obtemperandum est, relinquitur sane decretoꝝ obseruationem cultus esse necessarios ad iustitiam coram deo. Si em̄ nō obedieris praelatis, maculas conscientiam inobedientia, negligētia, contemptu. Maculata autē conscientia nonne peccato obligatur? Si autem peccato obligatur, nonne et pœnam meretur? Vide nunc quam necessarij cultus sint ad iustitiam coram deo, qui cōtemptum praelatorū, tanquam sibi irrogatam iniuriam, tam atrociter in contumacibus vindicat.

Lucæ. 10.

Roma. 13.

¶ Aduersarij

¶ Hoc clare docet Paulus ad Colossenses cum ait: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, & cæt. Item

DE RITIBVS

si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tanquam viuentes mundo decreta facitis: ne tetigeritis &c.

Responſio Catholica.

¶ Res ipsa clamat, Paulum loqui eis qui iam a pseudoprophetis circumuenti erant, vt ad iudicas se verterent superstitiones. Et omnia ista verba huc citata, non intelliguntur, nisi de cibis & de legalium obseruationum ceremonijs, quæ prorsus interierunt. Potuissent hoc plenius intelligere aduersarij, si nollent nodum in scirpo quærere. Nam addit sabbata, quodque ista vmbra sint futurorū vt idem sit nobis frenum concupiscentiæ carnalis quod fuit illis circumcisio, quod erāt eis varia baptismata, nobis ē aqua illa salutaris, qua renascimur ad vitam æternam. Eorum iuge sacrificium Catholicis significat sacrificium corporis & sanguinis Christi, quod quotidie deo offerunt. Sabbatum nobis diem dominicum repræsentat: aliquorum ciborum qui in lege prohibebantur, abstinentia, insinuat nobis sub lege Christi aliquando abstinentum esse, et ieiunandū ab omni cibo. Sic interpretari debebant ista, & nihil habuissent incommodi. Sed sic placet dñis istis scilicet scripturas pro sua libidine torquere vt suo instigato coaptēt.

¶ Quod in secundo testimonio suæ falsitatis docere volunt, ridiculum est & puerile argumentum. Nam hic clarius loquitur de elementis huius mundi, quæ ei nihil aliud sunt, quam veteris legis sacramenta, quæ in corporalibus rebus consistebant, per mortem Christi abrogata, & in

Circūcisio, quid nobis significet, Baptismata, Sacrificiū iuge Sabbatū Delectus ciborum

absolutiores ritus & ceremonias transformata sunt. Et illis quidem elementis mortui sumus, nā non ignoramus dixisse apostolū, euacuatos esse a Christo, & excidisse a gratia qui in lege iustificati voluissent. Iam q̄do dicit: Ne tetigeritis &c. in persona loquitur pseudoprophetarum qui animos simplicium ex gentilitate conuersorum, falsa persuasione corruerant, vt cū Christo etiā legalia obseruaret: nihil autē agit hic de ceremonijs, ritibus, et statutis ecclesiasticis, neq; quicquā facit hic pro aduersariorum hæretico instituto.

Galat. 5.

Omnes Catholici scripturarum interpretes, hunc locum non aliter atq; nunc tractatus est, tractant. Neq; tā durus est ecclesiæ magistratus vt ab omnibus æqualiter velit ceremoniarum leges extorquere, sed pro personarum qualitate eas relaxat. si quid in hac re peccatum est, auariciæ aliquorum tribuatur, qui in dispensando fuerunt seueriores.

Clementia magistratus ecclesiastici

¶ Aduersarij.

¶ In eadem sententia inquit Paulus:
Regnum dei non est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spi. s.

¶ Responso Catholica.

¶ Non video qua parte ista sententia aduersariorum falsam opinionem roboret. Non enim bene sequitur: regnum dei non est esca & potus, ergo vsus cibi & potus indifferenter & omnitē pore bonus, vel ab eis discreta iuxta diuinum preceptū abstinentia nihil conducit ad consecutiōem

Stulta argumentatio,

DE RITIBVS.

Stultis
stulte re-
spōdetur.
1. Corin. 6

regni cœlestis. Similiter possemus & nos arguta-
ri: Regnum dei non est aurum & argentum, non
masculus non fœmina, ergo aurum & argentū
in pauperes & egenos erogatum, nihil prodest,
neq; furta, neque obsunt saluti adulteria. Cur er-
go cauet alibi Apostolus ne ista in republica fi-
ant? Si tales Theologi sunt, ne dicam Sophistæ
sunt, apud Vuittenbergenses, profuerat domi cū
conbibonibus, quam peregre cum scriptura-
rum adulatoribus sine fruge æs comminuisse.
Licet itaque esca & potus non sint regnum Dei,
tamen vt cibi & potus immoderata ingluuius
cœlestis regni aditum præcludunt, ita eorum tem-
perantia haud parum vt aperiatur, conducunt.

Obest qd
profutu-
rum puta-
bant

Vides ne hanc Apostoli sententiam, post hanc
nostram Catholicam ephegesim, aduersarijs ma-
gis obesse, quam prodesse? Nam quantumlibet
esca & potus neque Paulo neque Catholicis sint
regnum dei, tamen vtrisque iustitia, pax, & gau-
dium in spiritu sancto regnum dei sunt. Quæ
autem potest esse maior iustitia, quæ maior pax
& bonæ conscientie tranquillitas, & quod ma-
ius gaudium, quam per omnia diuinæ volunta-
ti paruisse. Est autem voluntas dei vt iustis præ-
latorum decretis obsecundemus, & hæc simplex
obedientia sine tergiuersatione, sine murmure,
haud parum profuerit ad regni cœlestis consecu-
tionem. Hinc enim sapienter dictum est: Vir o-
bediēs loquetur victorias. Et: melior est obedien-
tia quam victimæ, & auscultare magis quam
offerre adipem arietum, quoniam quasi pecca-
tum atiolandi est repugnare, & quasi scelus ido-
latriæ, nolle acquiescere. Vide nunc quam im-

Prove. 12.
1. Reg. 15.

perite dixerint, obseruationes traditionum humanarum, non esse cultum necessarium ad iustitiam coram deo.

¶ Aduersarij

¶ Aduersarij dicunt vniuersales traditiones ideo seruandas esse, quia existimantur ab apostolis traditæ esse. O religiosos homines, ritus ab Apostolis sumptos retinere volunt, non volunt retinere doctrinam apostolorum. Sic iudicandum est de ritibus illis, sicut ipsi apostoli in suis scriptis iudicant. Non enim voluerunt apostoli nos sentire quod per tales ritus iustificemur, quod tales ritus sint res necessaræ ad iustitiam coram deo. Non voluerunt apostoli tale onus imponere conscientijs, non voluerunt iustitiam & peccatum collocare in obseruationibus dierum ciborum & similiarum rerum. Imo Paulus appellat huiusmodi opiniones doctrinas dæmoniorum.

¶ Respon. Catholica

¶ Confidenter aiunt Catholici ritus vel ab Apostolis vel ab vniuersali Ecclesia institutos neminem violare decere sua ipsi temeritate, præsertim cum dicat apud Lucam Christus: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit

Lucæ. 10.

DE RITIBVS

Matt. 18.

Morige-
ro nulla
grauis est
traditio.

Carnibꝫ
vescuntur
ī quadra-
gesima q̄
post pas-
cam pisci-
bus victi-
tare cogū-
tur.

me spernit. Quis pōt maior esse despecto, quā nol-
le facere quod iusserint prælati? Rursus Christus
ecclesiam contemnentem ethnico comparat &
publicano. Homini facile morigero nihil diffici-
le est imo sicut bene dixit sapiens vir, qui timet de-
um nihil negligit. Sed nebulōibus & ijs q̄ ecclesie
machinantur interitum, omnia sunt factu difficil-
lima, etsi etiam nū possent, nollent ecclesiasticis
institutis parere, sed volunt Lutheri legibus ma-
gis viuere. Nam illæ non sunt difficiles, non sunt
graues, neque magnam requirunt operam. Cum
audis, o religiosos homines, nota candorē animi
istorum, qui ronchis magis quam scripturis stul-
tam opinionem suam absoluunt. Rursus aper-
tum vide conuicium, sed mendaciter in Catholi-
cos contortum, quod ritus ab Apostolis sumptos
retinere velint, doctrinam vero eorum nolint at-
tigere. Huc appello omnes bonos viros, qui Chri-
stiano sunt pectore, vt inter se ipsi iudicent, vbi re-
ctius viuatur, apud aduersarios, qui vtraque id est
tam doctrinam aposto. q̄ ritus partim ab aposto,
partim ab vniuersali ecclesia acceptos cōtēnūt,
an apud catholicos, q̄ agunt sedulo vt neq; in do-
ctrinam apostolorum, neq; in ritus in Catholica
ecclesia receptos peccent? Quam libere illi peccēt
in vtraque, sæpenumero experimento discunt,
quibus est frequens cum illis consuetudo: exper-
ti sumus & nos, apud eos nonnullos in sacra qua-
dragesima esitauisse carnes, q̄ post pascha ob car-
nis penuriam cogebantur piscibus & ceteris ma-
cilētis victitare. Tam pertinaces sunt & tam pri-
naciter obstreperi, vt nolit sanis cōsilijs acq̄scere.
¶ Quod hic ex tenebricoso pectore suo addunt no-

uisse Apostolos, in suarū traditionum obseruan-
tia iustitiam, in transgressione peccatum colloca-
re, falsum est, et *διε δία πασῶν* scripturis aduersa
tur. Nam in actis apostolicis sic scripsisse illis
qui ex gentilitate credidissent, referuntur: Visum
est spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere
vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstinea-
ris vos ab imolatis simulachrorum & sanguine
& suffocato, & fornicatione, a quibus custodi-
entes vos, bene agetis. Vides hic quæ ad cibum
pertinet, videlicet immolatio, sanguinē, & suf-
focata, a quibus debebāt se subtrahere, modo vel
lent ad normam apostolicam bene agere, id est,
vt recte interpreter, si non vellent peccare. Quid
potest ad hæc respondere vniuersa aduersariorum
colluuiēs, nā vident hic in obseruantia traditionis
iustitiā, in transgressione vero peccatum eos collo-
cauisse. Et adeo vtrunque in obseruantia eorum
vel transgressione ponebant, vt Siris & Cilicijs
præciperet Paulus, vt custodirent præcepta apo-
stolorum & seniorum, non autem volebant vni-
cuique liberum esse quod isti blaterones inepti-
unt, vt facerent vel non facerent pro suo quisque
arbitrio. Hunc locum aduersum se pugnantem e-
voluminibus suis expunxerunt, quem vetustissi-
mi codices vnanimiter huc vsque ostendunt. Vi-
de ergo hic iterum istorum dolum & vafriciem
cum euangelico pectore scilicet examussati qua-
darantem.

¶ In fine effundentes virus suum, mentiuntur
dicere Paulum de doctrina hac Catholica, quæ a
tota vniuersali ecclesia recepta est, quod sit do-
ctrina dæmoniorum, Si illa doctrina est dæmoni-

Actu. 15.

In obser-
uatiōe tra-
ditionum
meritū, i
trāsgressi-
one ē pec-
catum.

Actu. 15.

Actu. 15.
expūxe-
rūr locum
sibi cōtra.

DE RITIBVS

orum, qua docent persuadentq; hominibus, vt p̄
 fectorum decretis pareant, docuit & Paulus do-
 ctrinam dæmonior̄, idq; nō vno loco, primo in
 Actis apostolicis, quē nūc citauimus. Secūdo Ro
 ma. 13. Tertio Hebr. 13. Sed hanc calumniam con-
 cedamus istis, qui intus olentes habent animas,
 præter calumniar̄, mendacior̄, conuictiorum for-
 des nihil exhalantes. Qui bene credit, quicq; Ca-
 tholicæ Ecclesiæ alumnus est, agnoscit illa, quæ
 in priore ad Timotheum scribit Apostolus, vn-
 de & isti hanc calumniam mutuati sunt, de Ma-
 nichæo hæretico dicta esse, qui cibos eo damna-
 bat, quod putaret cum ouis, carnibus, vino, alijs
 q; quibus vterentur homines ad naturæ necessi-
 tatem, naturam diuinam esse permixtam.

Manichæ
 us cur alj
 quos ci-
 bos dam-
 narit

Abstine-
 re quo-
 modo li-
 ceat, & q̄
 modo nō
 liceat.

1. Corin. 8

¶ Hic obiter notabis dupliciter licitum esse a
 cibus abstinere, & dupliciter illicitum. Licite ab-
 stines vel vt carnem abstinentiæ capistro compe-
 scas, sicut Paulus docuit & fecit. Vel ne fratris
 infirmi conscientiam offendas. Si esca inquit scā
 dalizat fratrem meum, non manducabo carnes
 in æternū. Illicite abstinēs, quādo legis grauē aīad
 uersionem metuis, aut qñ ob doctrinam Mani-
 chæor̄ abstinēs. Sic fere Tho. hūc locū absoluit.

¶ Aduersarij.

¶ Quod si hæc tradita sunt tanquam
 necessaria ad iustificationem, cur in his is-
 psis postea multa mutarunt Episcopi?
 Quod si erant iuris diuini, non licuit ea
 mutare autoritate humana.

¶ Respon. Catholica

¶ Pro ratione temporum, personatum, statu- Decreta
 ra iunt plerqꝫ in primitiua Ecclesia, quæ nũc nõ Ecclesiæ
 sunt necessaria, vt ert illaã de suffocato & sanguini variatur
 ne. Sic multa nũc statuere cõuenit, quæ tunc ina pro ratio
 nia fuissent. Et si qua nunc in Catholica Ecclesia ne tempo
 mutata sunt, non humana sed diuina authorita- rum.
 te mutata sunt, prout spiritui sancto ecclesiæ mo
 narchæ visum fuerit. Sic autem ab hac causa se
 expediunt.

¶ Aduersarij.

¶ Omnino quid sit iustitia fidei, quid
 sit regnum Christi, non intelligunt aduer
 sarij, si iudicant necessariam esse similitu-
 dinem obseruationum in cibus, diebus, ve
 stitu & similibus rebus, quæ non habent
 mandatum dei, & cæt.

¶ Responso Catholica.

¶ Expende hæc Christiane lector, & aduertes
 aduersarios tam longa altercatione acrem ver-
 berasse. Obseruantia in cibus, dieb, vestibꝫ hisqꝫ
 similibus, docent non eẽ necessariã, nisi mãdatũ
 dei habeant. Idem docet hactenus Catholici. Nã
 si qs nõ ieiunaret certis tẽporibus, certisqꝫ tẽpori
 bus nõ abstineret a carnibus, dies festos nõ obser
 uaret, dicerent eũ cõtra diuinũ præceptũ facere.
 Præcepit enim deus vt ecclesiæ præfectis in om
 nibus morem geramus. Si qui forte eos non obau
 diret, eum dicerent inobedientem esse, & iniustũ.

¶ Octauus Confessionis articulus

¶ Quãqꝫ Ecclesia proprie sit cõgregatio

DE RITIBVS

sanctorum & vere credentium, tamen cū in hac vita multi hypocritæ & mali admixti sint, licet vti sacramentis quæ per malos ministrantur, iuxta vocem Christi: *Sedēt scribæ & Pharisæi in Cathedra Moſi,* Et sacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacitiam, etiam si per malos exhibeantur.

HIC Articulus si expendatur ad normam quæ nunc tradita est pro Catholicis, nihil habet incommodi, imo confirmat ea quæ septimo articulo parū sobrio, dicta sunt. Et multo maxime nostra confirmant, quæ superaddūt huic articulo in Apologia, vbi sic tradunt.

¶ Cæterum monuit nos Christus in Collationibus de Ecclesia, ne offensi priuatis vicijis siue sacerdotum, siue populi schismata excitemus, sicut fecerūt Donatistæ. Illos vero qui ideo excitauerunt schismata, quia negabant sacerdotibus licere tenere possessiones aut proprium, plane seditiosos iudicamus. Nam tenere proprium ciuilibus ordinatio est: licet autem Christianis vti ciuilibus ordinationibus: sicut hoc aere, hac luce, cibo, potu. Nam vt hæc rerum natura, & hi siderum certi cursus,

certi motus, vere sunt ordinatio dei & cō
 feruantur a deo: ita legitimæ politiæ vere
 sunt ordinatio dei, & retinentur ac defen-
 duntur a deo aduersus diabolum.

Suo gla-
 dio sese
 cōfodit
 aduersa.

¶ Utinam aduersarij quod admonuisse se
 suos testantur, ipsi obseruauissent, iam tot sectis,
 tot hæresibus, tot tumultibus in Germania non
 periclitaretur res Christiana. Porro aduerte hic
 quod tam studiosè probant legitimas politias
 vere esse ordinationes Dei. Hic ergo coguntur
 aduersarij, vt vel dicant vel negent Catholicæ
 ecclesiæ generales ritus & ordinationes de ieiunio,
 de obseruatione feriarum, &c. esse legitimas
 Si negent, palam dicunt spiritum sanctum iam-
 dudum ecclesiam deserere, & Christi promissis
 facta non respondere. Si dicant legitimas esse, vt
 vere sunt, tametsi ipsi negent, certe ordinatio dei
 sunt. Si autem dei ordinatio sunt necessario sunt
 obseruanda, & eas contempsisse, impugnasse est
 Stat enim inuictissima Pauli sententia: Qui resi-
 stit potestati, dei ordinationi resistit: Qui autem
 resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Vi-
 des igitur hic aduersarios suo se gladio confodisse.
 Nam quis sit tam insanus, qui putet ciuilem or-
 dinationem magis a deo esse, quam ecclesiasticam:
 Sed hoc melle placuit eis ora principum delinere
 ne non habeant suos protectores, mecænates, pa-
 tronos. Eadem forte facilitate, qua nunc dicunt
 ordinationem Ciuilem a deo esse, si bñ vellent ec-
 clesiasticis, dicerent ecclesiasticam ordinationem
 a deo esse, Ciuilem minime, præsertim Lutherus
 si cum sua lupa pingue ei pontifices dedissent be-

Rom. 13

DE RITIBVS.

neficium. Sed iam satis ad iocum:

¶ **Nonus Confess. articulus**

¶ De baptismo docent, quod sit necessarius ad salutem, quodque per baptismum offeratur gratia dei & quod pueri sint baptizandi, qui per baptismum oblato deo recipiuntur in gratiam dei.

Hunc articulum ut plerisque alios, ab ecclesia Catholica mutuo acceperunt, & ob hoc nobis nullum faceffit negotium: Modus autem quo hunc in Apologia confirmat, pro nobis haud parum militat aduersus istos hydra magis varios. Sic igitur ibi de paruulorum baptismo loquuntur.

¶ Si hic baptismus irritus esset, nullus daretur spiritus sanctus, nulli fieret salus, denique nulla esset ecclesia. Hæc ratio bonas & pias menses vel sola satis confirmare potest, contra impias & phanaticas opiniones.

¶ Discis hic probe lector vel ex ipis aduersariis dictis, vniuersalis ecclesie ritus & consuetudine sufficere ad euincendam hæresim ecclesie contrariam. Sic enim argumetur fere: Quia in ecclesia Catholica semper baptizati sunt paruuli, igitur non potest paruulorum baptismus esse inanis, & baptizandi sunt paruuli, præsertim cum vere constet vniuersalem ecclesiam nunquam in his quæ ad hominum

salutem spectant, sua spe frustrandam. Eadem ratione si videre vellent, qua Anabaptistarū insaniam compescunt, os suū ne aduersus Ecclesiā mentiretur, obturare potuissent. Illa enim ecclesia paruulorum baptismum approbat, quæ Lutheri errores, quos isti defendunt, damnat. Pari argumento possemus & nos Catholicorum dogma protegere, vt sic dicerem⁹: Si sola fides absq̃ charitate & absq̃ vllis bonis operibus iustificat, si ad iustificationē, neq̃ cōuersione neq̃ vera penitentia opus est, si oratiōes, eleemosynæ, de peccatis dolor sunt ad iustificationem inutiles, si maiorum sana decreta, si Catholicæ Ecclesiæ sancti ones sine vlllo peccato violari, possunt, si vota monachorum & monacharum inania & nihil ligant, sane necdum spiritus sanctus Ecclesiæ adfuit, nemo ante Lutherum fidei istius nouitiæ ap portitorem seruatus est. Nam q̃ isti cum suo Coryphæo dicunt esse erronea & iustitiæ inanissima, ea hæctenus vniuersalis Ecclesia aduersus omnes tot hæreticorum machinas infatigabiliter defensat. Sed robustiores nobis suppetunt arietes, q̃ bus aduersa munimina demoliri possumus. Hoc tantum additum sit, vt videant boni viri, quam infirma sint, quibus suum errorem superstruxerunt, fundamenta.

¶ Decimus Confessionis articulus

¶ De cœna domini docent, quod corpus & sanguis Christi vere adsint, & distribuuntur vescantibus in cœna domini, & improbant secus docentes.

IN hoc articulo nihil est quod te offendere possit, nam quadrat euangelio & doctrinæ Catholicæ. Condemnat etiamnum Oecolampdianos, Suuinglianos, & totam Anabaptistarum impudicam colluuiem.

¶ Undecimus confess. articulus.

¶ De confessione docent, quod absolutio priuata in Ecclesijs retinenda sit, quàm in confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis, iuxta plasmistam: Delicta quis intelligit?

H VIVS articuli prior particula, videlicet quod absolutio priuata in ecclesijs retinenda sit, catholica est: sed posterior eius pars periculosa est, nempe quod non sit necessaria in confessione, omnium delictorum enumeratio. Operæ precium hic fuerit vt interrogemus eos de quibus delictis hoc intelligant, de his quæ confitenti occurrunt, an de his quæ memoriã fugiunt? Sane si intelligant de grauioribus peccatis quæ confitenti occurrunt, & quorum homo meminisse esse obnoxium, tenetur ea per ordinem confiteri, alioqui quædam prudens occultaret. Et huiusmodi confessio parum esset fidelis. Si vero intelligunt de peccatis, quorum post iustam examinationem poenitens non recordatur, haud multum incommodi habet istorum sententia. Nam non præcipitur vt etiam ignota, id est, non occurrentia peccata confiteamur. Et ad hanc amussim

corrigen-
dus est canon ille: Vtriusque sexus: si tamē
quid habet curuaminis.

¶ Duodecimus Confess. articulus.

¶ De pœnitentia docent quod lapsis post baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunque tempore cum conuertuntur, & quod Ecclesia talibus redeuntibus ad pœnitentiã absoluti-
onem impartiri debeat.

¶ Constat pœnitentia proprie his duabus partibus, altera est contritio seu terrores incus-
si conscientie agnito peccato. Altera est fides, quæ concipitur ex euangelio seu ab-
solutione, & credit propter Christum remitti peccata, & consolatur conscientiam & ex terroribus liberat. Deinde sequi debent bona opera, quæ sunt fructus pœnitentie.

¶ Respon. Catholica

Catholicus est iste articulus & verus, quantum pertinet ad solum articulum. Nam ut supra, cum de pœnitentie origine disseretur, clarissime ostensum est, deus optimus, piissimus, clementissimus, imo ipsa bonitas, pietas, clementia, nullum despicit peccatorem ad se per pœnitentiam reuertentem, sed indulgentissimus est pater, & facile ei gratiam confert. Sed non est æquo animo ferendum, quod contra omnium Ca-

AN FIDES SIT

Fides est
cā omniū
bonorū,
non autē
altera pœ
nitētię ps

tholiceorum imo vniuersalis ecclesie doctrinam,
fidem faciunt alteram poenitentiae partem, quod
nemo etiamnum feret in scripturis sacris medio
criter versatus, sed ingenue omnes dicent fidem
omnium bonorū eē causam atq; originem. Cur
enim dolet peccator se peccasse, nisi quod agnos-
cit deum peccata simul ac peccatorem odio ha-
bere, quod agnoscit peccatores ppetuas pœnas
dare, nisi quod credit eisdem se pœnis fore obno-
xium, nisi vitam melius instituat. Certe si hæc
non crederet, minime eum peccatorū poeniteret.
Cur confitetur sacerdoti delictum suum, vt ab-
solutionem ab eo accipiat, nisi quod credit p pœ-
nitentię sacramentum gratiam, qua poenitenti
peccata remittuntur, donati? Habet enim fidem
verbis Christi: Quorum remisieritis peccata, re-
mittuntur eis. Hinc post acceptam remissionem
peccatorum, ieiunijs sese affligit, orationibus p-
nox per diuſq; insistit, quod credit dignos pœni-
tentię fructus post absolutionem faciendos esse.
Quod si non crederet, non tantopere peccatis &
malis concupiscentijs reluctaretur, peccata non
confiteretur, neq; in seipm tanta læuitia grassa-
retur. Hinc est illud sacrum Ioannis paradoxū:
Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides no-
stra. Quemadmodum aut fides mundum, id est,
mundi istius illecebras & oblectamenta vincit,
ita superat & diaboli & peccati regnum. Hinc
dicebat Hebræis Apostolus: Sancti per fidem vi-
cerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt
repromissiones. Et Petrus: Fide purificans corda
eorū. Quō fide, nisi q̄a fides mouet peccatorē ad
pniām, poenitens vero p diuinā grām iustificat̄.

Iohan. 20

i. Iohan. 5

Heb. 11

Actu. 15

Non est quod occasionē demus, vt Tautologia nobis nota inuratur. Nam ista eadem sæpe iam nobis dicta sunt. Diximus etiam quod sicut deus primaria oīm affectorū, sicut sol secundaria eorū quæ producit, & sicut pater filij causa est, neque tamen deus, sol, pater earum rerum quas producunt, partes sunt: sic fides, quæ pniæ causa est, nō potest poenitentia pars esse. Quapropter ista sententia vt ineptissima illudt, non solui debebat. Quid magis ineptum quam si dicas: Deus fecit cœlum & terram, &c. ergo deus eorū pars est. Et tamen isti non erubescūt sic argumentari: Fides causat in homine pniam, & sine fide nemo poenitet, ergo fides est pars poenitentia. Quando aduersarij nullis rationibus præterquā ex suis corruptis capitibus & plane languidis, collectis, nullis scripturis sententiam suam roborant, sed tm̄ cum his quas superius recitarunt magis quā applicarunt, quæ probant fidem ad veram pniam esse necessariam, peccataq; sine fide nō dimitti, non autem quod fides poenitentia pars sit, Ecclesie Catholice sententiam, quam nos hactenus tuiti sumus, confirmant, non autē eneruant. Sed neq; vllō patrum testimonio docere possunt fidē poenitentia partem esse. Ita em̄ ista sententia ip̄is propria est, vt nulli illorum communis sit. Audi nunc consequenter quō nihil habeāt præter merastricas & offutias, quibus sententiam suam statuāt, & proinde quomō suas ineptias laudēt, Catholicam vero sm̄iam quasi falsam vellicent.

Stulta argumentatio aduersarioꝝ

¶ Aduersarij.

¶ Omnes boni viri omniū ordinum ac

AN FIDES SIT

Theologici ordinis etiam haud dubie fa-
tentur ante Lutheri scripta cōfusissimam
fuisse doctrinam pœnitentiæ. Extant li-
bri Sententiariorū, vbi sunt infinitæ quæ-
stiones, quas nulli vnquam Theologi sa-
tis explicare potuerunt. Populus neq; rei
summam complecti potuit, nec videre
quæ præcipue requirerentur in pœniten-
tia, vbi quærenda esset pax conscientiæ.

¶ Respon. Catholica

Prouer. 1.

**Doctrina
pœniten-
tiæ quam
tradūt ad
uer. nō co-
hæret: cō-
tra Ca-
tholicorū
ficta est**

¶ Meras nugas hic audis, quibus animum tu-
um catholice sentientem illaqueare student, vt
in eorum sententiam concedas. Sed frustra faci-
tur rete ante oculos pennatorum, frustra insidiantur tibi, qui aperte conspicias in hac aduersariorū
doctrina hullam esse consonantiam, nullam so-
liditatem, quod antehac apertissime ostendimus
cum de iustificatione esset contouersia. Constan-
ter em̄ docēt quod oī credēti sibi pœtā remitti cō-
festim pœtā remittantur. Si vero interrogas eos,
qua fide ista cōprehendant, rñdehūt, nō sufficere
ad hoc fidem informem, sed quod hoc credere te
oporteat fide charitate formata. Et talem fidem
charitate formatam dicunt, & quidem bene di-
cunt, in peccatore esse non posse. Vide nūc qua fi-
de peccator iustificari possit, si non sufficit fides
informis, & si fidem charitate formatam habere
non potest. Vides ne q̄ partū neruorū quam man-
ca sit istorū doctrina? Catholica doctrina de pœni-
tētia vna est omnium, perspicua est, sana, sobria;

& salutifera, etiam si non nesciam in academijs, ut iuuenilia exercerentur ingenia, pleraque horum esse disputata, discussa, ventilata: etiam si haud ignorem alterutrum opiniones esse impugnatas, atq; defensatas, manet tamen in his rebus precipuis vna omnium sententia. Et hæc sententia tam clara tam aperta est, ut intelligant eam vel stulti nati & homines nullius fere ingenij. Aduersarij tamen si plene intellexerint, haud secus se habent, ac si prorsus non intellexissent, antequam malo torius Germaniæ omine prodiret Lutherus hæreticæ istius cohortis antesignanus. Sic enim tradunt in Apologia.

¶ Aduersarij.

Prodeat nobis aliquis ex aduersarijs, qui dicat, quando fiat remissio peccatorum

¶ Responsio Catholica

¶ Bñ equidē optāt aduersarij, ut prodeat q̄sp̄iā ex Catholicis, qui doceat eos quando fiat remissio peccatorū. Nā ut iam iam declaratū est, tā ancipites sunt, tamque parum sibi constantes, ut omnino nesciant, quando fiat remissio peccatorum. Prodiit antehac vnus, prodiit item alter, prodierunt etiamnum multi haud pœnitendi viri, qui istū aduersarijs nodū soluerēt. Sed stomachi eorū philauria & superbia pleni, simplicem veritatis non recipiūt orationem: ego post oēs illos Catholicos viros, non tam meam quam istorum imo Catholicam sententiam, iterum recenseho, vide licet quod mox sub ipsa gratiæ infusione fiat peccatorum remissio, nō secus atque tenebræ fugiūt

Remissio
peccato-
rū qñ fiat
Cathol.

illucescente sole. Vnde Catholici sacrarum scripturarum tractatores, quatuor annumerant que in impij iustificatiōe cocunt, nempe culpæ remissionem, gratiæ infusionem, peccatorum detestationem, & hominis liberi arbitrij purā conuersionem. Sunt ista tam obscura vt Oedipo indigeāt diuinatore, vt populus ista non intelligat, vt nesciat vnde conscientiam peccatis sauciam medicari possit? Iam iudica etiam de traditione istorum, qui non desinunt Catholicis calumnias struere. Nam iterum reuocabo sententiā istorū, quā in quinto Confessionis suæ articulo tradiderunt.

Remissio peccatorū quādo fiat
Luther,

¶ Per verbum, inquit, & sacramenta tanquam per instrumenta donatur spiritus sanctus, qui fidem efficit, vbi & quando visum fuerit deo in his qui euangelium audiunt.

¶ Audis dari spiritum sanctum per verbum & sacramēta, sed iste spiritus sanctus impotēior est quam quis idem efficiat, sed tempus expectat & horam vbi & quando deo visum fuerit, vt fidem efficiat. Quæ sunt ista verborum monstra, quod sententiæ & opinionis portentum? Hic ego idem dicere possem, quod isti maliciose ingesserunt: Prodeat nobis aliquis ex ista aduersariorū colluie, qui doceat nos quādo fiat peccatorum remissio, nam istud problema magis est quā assertio, cui subscribamus. Quis iam non videat, quā suspensos isti suos reliquant galactophagos. Catholici vero ingerunt longe certissimam eē Christi promissiōem, nempe: Quorum remisericis pec

cata, remittuntur eis, docent quod quisquis peccator, quem suorum poenitet peccatorum, quicq; ex fide per sacramentorum susceptionem gratiam iustificantem quaerit, haud dubie gratiam accipiat. Haec est certa, & clara doctrina, nullo humano praesidio sed solius Christi verbis innitens. Ad uersariorum insana doctrinam in hoc tota est, ut aures suorum demulceat, innocentescq; Catholicos calumnijs & conuicijs opprimant. Vñ pergunt.

¶ Aduersarij.

¶ Quare intelligunt oēs boni viri uti liter & pie reprehensam esse doctrinā Sophistarū & canonistarū de pñia. Nā haec dogmata apte falsa sunt, & nō solū aliena a scripturis sed etiā ab ecclesiasticis p̄rib;

- 1 Quod per bona opera extra gratiā facta mereamur ex pacto diuino grām Mendacium.
- 2 Quod p̄ attritionē mereamur gratiā
- 3 Quod ad deletionem peccati sola de testatio criminis sufficiat.
- 4 Quod propter cōtritionē, nō fide in Christū cōsequimur remiss. peccatorū.
- 5 Quod ptās clauū valeat ad remiss. p̄ctōrū nō corā deo, sed corā Ecclesia
- 6 Quod susceptio sacramenti poenitentiae ex opere operato sine bono motu utentis, hoc est, sine fide in Christū consequatur gratiam.

Et alia quædam enumerant, quæ cū his eisdē arietibus subuerti possunt. ¶ Respon. Catholica

¶ Vtiliter sane colligunt ea quæ partim nō satis ab eis intellecta, partim falsa sunt, vt videant boni viri quam omnem istī frontem perfricauerint, quam infantiliter Catholicos taxauerint, quam turpiter os mendax aduersus veritatem aperuerint. Et adhuc arbitrantur, quod Catholicos cōuicijs, sannis, offarijs superare possint. Colligemus itaq; & nos pro Catholicis ea quibus ista vel male intellecta, vel falsa esse declarentur.

Ad pri.

¶ Primum quod hic dicunt, quod per bona opera extra gratiam facta mereatur ex pacto diuino gratia, sic intellexisse, & sic allegasse debebant, videlicet quod per bona opera per fidem ex gratia gratumfaciente facta, merito congrui ex diuino pacto gratiam mereamur. Nam sic omnes docent Catholici, vt supra plus satis declaratum est. Nota ergo hic fallaciam & dolū istorum, nota etiā hic alteram mēdacij speciem.

Ad secū.

¶ Secundum quod per attritionem mereamur gratiam, si recte intelligatur, certissimum ē multoque clarissimum, Sacramētum baptismi cum fide & dolore de peccatis & cū proposito melioris vitæ, iustificat & saluat, iuxta illud: Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. Sic & Sacramētum pœnitentiæ perpetuum in necessitate baptismum accipientibus Christus promittit remissionem peccatorum. Pœnitentia autem si tamē vera pœnitentia est, non sit sine attritione. Attritio vero vbi charitatem & gratiam acceperit, facit contritum. Hæc ergo sententia nullum habet impedimentum, si recte vellent intelligere,

Tertium apertum mendacium est. Ex Ca- Ad tertiu
tholicis enim nemo docuit quod sola peccati de-
testatio, ad deletionem criminis sufficiat. Sed hu-
iusmodi eos mendacia colligere oportuit, modo
vellent simplicibus & in scripturis diuinis parū
eruditis fidem facere. Requiritur vero fidem Ca-
tholici, sine qua impossibile est placere deo, reg-
runt bonum propositum, requirunt sacramentū
poenitentiae. Hæc omnia docent sententiariorum
vt ipsi vocant, libri. Si docerent sufficere ad dele-
tionem peccati detestationem criminis, sequere-
tur & iudam seruatum esse.

Sed & quartum mendacium est impudens, Ad quatu
quod docuerint hominem propter contritionem
absq; fide in Christum mereri remissionem pec-
catorum. Nouerunt enim veram contritionem
nunquam haberi posse nisi per fidem charitate
formatam, licet per fidem informem vt iam nūc
diximus, atteri possit peccator.

Quintū quoq; quod falso impingūt isti Catho- Ad quatu
licis, etiam mendacium est. Nam ne semel quidē
meminerunt, vt dicerent potestatem clauium va-
lere ad remissionem peccatorum non coram deo
sed coram Ecclesia. Respondeant hic si possunt,
quibus tanta incessit mentiendi libido, doceātq;
vbi huius rei vel vnum legerint apicem.

Haud impari mendacio nugantē tradidisse Ad sextu
Catholicos, quod susceptio sacramenti pniae ex
opere operato sine bono motu vtentis, hoc est, si-
ne fide in Christū consequat gratiā. Sic autē tradi-
derūt & qdē Catholice, quod sacramēta dēt gra-
tiā his q non ponunt obicē. Qui em̄ nō credit, qui
nō statuit secū vitā & malos mores corrigere, q

AN FIDES SIT

ex imo pectore non quærit gratiã magnum plane gratiæ obicem ponit.

¶ Videant hic illustres principes & omnes cordaci viri, istorum Cretensium Meccenates, qui forte his euidētissimis mendacijs inescati sunt & a Catholico sensu alienati, quã periculose stent, quam insecure viuant, cum mendacijs nituntur. Mirum sane quod isti impudentissimi simul ac effrontissimi homines audent hanc tetram verborum fuliginem candidis chartis illinere, in offensionem omnium honorũ, in decurratiõem totius germanicæ religionis. Sed hoc multo maxime eriget nutantes conscientias, quod isti tot mendacia mundo audent inuehere, quod audiant istos præter imposturas nihil habere quo adulterinam doctrinam suam communiant, & haud desperant fore, vt ista hæresis non minus exulet, quam nunc Anabaptistica colluies vbiq; male audit. Sed vtinam Lutherus non peperisset ouum, vnde Zuuinglianã, Oecolampadiana, Brentziana mala prodijissent. Sed audi nunc quam pueriliter doceant contritionem & fidem partes esse pœnitentiæ, & dices eos nõ minus temerarios esse quã indoctos. Non loquor hic de multiloqua rhetorica, quis est enim qui hac parte Philippum Melanch. superet, sed loquor de sacra illa Theologia, quæ nihil commune habet cum pulcro verborum fuco.

¶ Aduersarij

¶ Sed dicimus contritionem veros terrores conscientie, quæ deum sentit irasci peccato & dolet se peccasse, et hæc cõtritiõ

Impudē-
tia aduer-
sariorum

Lutherus
omnium
hæresum
causa.

ita fit quando verbo dei arguuntur peccata,
quia hæc est summa prædicationis euangeli-
j, arguere peccata & offerre remissionem
peccatorum & iustitiã propter Christi-
stum & spiritum scilicet & vitam æternam,
vt renati beneficiamus. Sic cõplectit sum-
mã euãgelij Christus cum ait Lucæ vi. præ-
dicari in nomine meo pœnitentiam & re-
missionem peccatorum inter oēs gentes.

¶ Respon. Catholica

¶ Hic velim memineris eorum, quæ supra de
iustificacione docuerunt, videlicet quod sola fide
sine charitate sine vilo ope iustificetur peccator,
& manifeste conspicies quantum vel inuiti sen-
tentiam suam correxerint. Quod autem tradunt
aduersarij contritionem nasci, cum verbo dei ar-
guuntur peccata, quod summa prædicationis euã-
gelij sit arguere peccata & offerre remissionem
peccatorum & iustitiam propter Christum, pœ-
nitius introspexisse fortasse iuuerit. Age itaque
cur per verbum dei arguuntur peccata, nisi vt pec-
cator audiens foeditatem grauitatemque pecca-
torum, timere & dolere incipiat, qui prius vt iu-
batus gigas neminem metuebat. Cur offertur re-
missio peccatorum, & iustificatio propter Chri-
stum, nisi vt timorem spes erigat? An non eadẽ
docuerunt Catholici? Quid ergo rei est, quod isti
in repub. Christiana tantam excitantur tragœdi-
am? Diuile est ex grauitate foeditateque peccati &
ingruentis supplicij terrore de peccatis dolere, qd

Peccata
cur ver-
bo dei ar-
guantur.

AN FIDES SIT.

**Lutherus
aliter do-
cet atque
hic sui.**

venit Luthero in mentē, vt scriberet, quod cōtri-
tio q̄ discussione & detestatione peccatorum pa-
ratur, hypocritam magis & peccatorem facit.
Quis hic non videat quam pessime istis cum Lu-
thero conueniat, quem vbique ab erroris suspiti-
one voluerunt protegere? At forte hic quæras,
si constitit inter Catholicos doctores, quod pec-
cator ad timorem ex grauitate peccati diuinæque
iustitiæ æquitate, & ad spem propter misericor-
diam diuinam veniam promittentem, adduci
debeat, & si id ipsum nunc probant aduersarij,
quæ sit vtrunque controuersia causa. Audi & ca-

**Corrigūt
aduersa-
rij sentēti-
am suam**

ue ne istorum astutia illaqueeris, Aduersarij an-
te hac licet solam fidem sufficere dicerent ad pec-
catorum remissionem absque omni opere, iam
ramen in hoc sese aliquātulum corrigunt, nam
aliquod opus a peccatore exigunt, videlicet do-
lorem, quem siue ex charitate, siue odio, nascat̄,
dicunt sufficere ad iustificationem, modo credat
sibi peccata dimitti. Catholici vero cerissimi q̄
nunquam remittantur peccata, nisi per iustificā-
tem gratiam & per fidem charitate formatam,
asserunt gratiam gratum facientem & charita-
tem necessariam esse ad reconciliationem. Nun-
q̄ inimic⁹ recōciliat̄, nisi prius diligat eū quē pri-
odio perseq̄bat̄: nunquā ingratus agnoscet bñfi-
ciū in se collatū, nisi prius male affectum animū
se exuat, id est, inimicus & ingratus non iustificā-
tur nisi charitate & gr̄a interueniētibus. Ideo tra-
dunt non sufficere ad peccati remissionem, si ran-
tum timeat & peccatorū remissionē speret, sed
quod oporteat eū ex toto corde dolere & conuer-

ti ad deum, ita vt non tantum timeat sed etiam diligat deum. Tradunt etiã quod dupliciter hanc gratiam impetrare oporteat. Primum vt peccator hinc irã dei metuens, hinc misericordiam sperans orando, proximorũ miserendo, bene faciendoq; gratiã tantisper quærat, dum eam de cõgruo mereat. Deinde vt peccator dolens de peccatis & petens gratiã, sacramentum accipiat pœnitentiã, id est, vt confiteatur peccatum suum accipiatque eius absolutionem, & hinc ex verbis Christi pollicentur remissionem peccatorum & gratiam: Quorum remisistis peccata &c. Vides igitur, clare, quantum inter eos intersit.

¶ **A**duerte hic iterum quam bene, vt interim taceam quam inepte, aduersariorum dicta cohæreant. Dicunt contritionem veros esse terrores conscientie sentientis deum irã sci peccato, & se peccasse dolentis, quæ sit dum per verbum dei arguitur peccata. Ista pugnant cũ præcipua istorum sententiã. Nam cum per verbum dei peccata eius redarguuntur, operæ precii est vt vel credat vel non credat verbo dei. Si non credit, nihil meruit, nihilque conscientia eius permouetur. Si vero credit, certe secũdũ aduersariorũ definitiõem, fidẽ habet. Si vero fidẽ habet, itẽ vt ipsi tradũt, iustus est, nam ipsi negãt fidem cum peccato manere posse. Si vero iusti sunt, nullum terrorem sed omnem consolationem hinc percipiunt, quando quidem gaudent se a peccatis esse absolutos.

¶ **O**docta capita, sed proh dolor cerebrum non habent. O suaves prouidete scq; Theologos q; aliena prius lacerãt, quã intelligãt, prius dãnãt, quã suã statuãt. Proferũt nũc duos locos ex Dauidẽ, qui

Gratiam dupliciter impetrare oportet
Primo
Secundo.

Iohan. 10.

Aduersarij nõ con-
stãt sibi.

Capitulum

AN FIDES SIT

bus ipsi plane abutuntur.

¶ Aduersarij.

¶ Et de his terroribus loquitur Psal. 37. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, sicut onus graue grauatæ sunt super me, & c. Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. Et Psal. 6. Miserere mei domine, quoniam infirmatus sum, & cæt.

¶ Catholica Respon.

¶ Hi loci aduersariorum sententiam videlicet quod credenti tantum remittantur peccata, prorsus eneruant, sustentant vero Catholicorū doctrinam. Cōpertū est em̄ Dauidē, dū tanta ani intentione precaretur, dum tam anxie diuinam miām & gratiam peteret, dū tā obnixè irā dei & supplicia pctō suo digna deprecaretur, satis credidisse. Nisi enim credidisset, inaniter sese tanto affecisset dolore. Quō inuocabūt inq̄t Apost. in quē nō crediderūt? Credidit quidē, sed non præsumpsit peccatum sibi esse dimissum, nisi hac ratione sese afflictasset, nisi miām prius implorasset. Aut igitur isti errant aut errat Dauid. At Dauidem errasse nemo facile opinabitur, istos vero toto cœlo errare iam satis exploratum est.

Rom. 10.

¶ Aduersarij.

¶ Nos igitur addimus alteram partem pñiæ, de fi de in Christum, quod in his terroribus, debeat conscientijs proponi eua

geliū de Christo, in quo promittitur gratis remissio peccatorum de Christo, debent igitur credere, quod propter Christum gratis remittantur ipsis peccata.

¶ Respon. Catholica.

¶ Facile inter aduersarios & Catholicos lis conponeretur, si vellent illi sibiipsis constare & scripturis credere. Fidem faciunt alteram poenitētie partem, quam nos ex consensu scripturarū pniā causam esse probauimus. Nota hic quod dicunt de fide in Christū, & deinde quod decernit Aug. aliud esse credere deo, aliud in deum, quodq; illud multorum etiam dæmonum, istud paucorū sit, eorum scilicet, qui fide in ipsum deum tendūt. Fide autem tendere in deum nihil aliud est, quā benefaciendo, obsecrando reconciliationem & yunionem cum deo toto pectore querere, quod tū demum continget, cum poenitentibus & petentibus, dabitur spiritus sanctus, per quem & charitas diffunditur in cordibus eorum. Charitas enim sola est, quæ hominem deo indissolubili quodam vinculo connectit. Sane hoc modo qui in **CHRISTVM** credunt, promissam peccatorum remissionem haud inaniter expectant.

Contra qui Deo credunt tantum, manumque gestant sub pallio ociosam, imo cum hac fide nihil minus perpetrant malorum, bona spe fraudantur. Et hæc est vna sacrarum scripturarum, & omnium Catholicorum sententia, imo hæc est etiā istorū sentētia, nā nūc addūt etiā cōtritionē, et poenitētiā fidei. Aduersarijs igit sola fides iustificat, absque operibus, rursus eisdem nō iustificat sola,

Peccator
quando
deo recō-
cilietur.

AN FIDES SIT

sed requiritur contritio & dolor de peccatis. Quæ duo pugnant inter se magis, quam ista. Hæc supra copiosius diximus.

¶ Aduersarij

¶ Nec prius dilectio adest, quam fit sine de reconciliatio facta: Lex enim non fit sine Christo iuxta illud: Per Christum habemus accessum ad deum.

¶ Respon. Catholica

¶ Audisti absurda, audis nunc absurdiora, tam etiam hæc etiã dicta sint: propter eos autem quibus non est ocium paginas voluere & reuoluere, tantum dicemus, quantum opus erit istorum ori obstruendo. Aduersarij itaque sine charitate asserunt peccatorem iustificari, imo iustum esse, quia dilectio (ut eorum verbis dicamus) non adest, nisi sit prius fide facta reconciliatio. Non video, an quicquam dici possit ineptius. Perinde enim est atque si dicerent, eodem tempore, eadem hora, eodemque momento, homo simul iustus & iniustus est. Iustus, quia iustificatus est simulque a peccatis absolutus. Iniustus, quia non deum, sed seipsum plus quam par est, diligit. Et si deo placet, non bene dixit Ioh. Qui non diligit, manet in morte. Quis putauisset istos oculatos scilicet homines, in tam clara luce offensuros?

Cæca ad
uersa ar-
gumenta
tio.

i. Iohan. 7

Prodigio
sa argu-
mentatio

¶ Porto vide iam quam belle tam ineptam sententiam probent. Lex inquit, non fit sine Christo, iuxta illud: per Christum habemus accessum ad deum. O lepidam probationem, lex non fit sine Christo, & per Christum habemus accessum

ad deum, ergo ante dilectionem & sine dilectione fides iustificat. Sane si essent omnes homines, præsertim Catholici doctiores, tuncis stupidiores, facile pedibus concederent in istorum sententiam. Lex inquit, non fit sine Christo deo. Hic nos dicimus, quod & Iohannes dicit, quod deus charitas sit, ideoque sine charitate non fit lex, & quod nemo sine charitate deum adit, a quo peccator non loco, sed affectu se iungitur. Nam qui non diligit deum, summo studio ea prosequitur quæ cum diuinis aperto Marte pugnant. Et ita nunquam deo proximat, nunquam cōnectitur sine hoc fortissimo dilectionis vinculo. Stat enim inrefragabilis illa Iohannis sententia: Deus charitas est, & 1. Ioha. 4. qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Quod si deus charitas est, compertum est alie Quomo num esse eum a deo, qui charitate vacat, neque cum do acces deo habere commercium, nisi prius Deum diligat. Habemus igitur accessum ad patrem, ut in sum ha- quit Apostolus, per fidem, non illam simplicem, beamus sed per fidem, quæ per charitatem operatur. ad deum. Roma, 3

¶ Aduersarij.

¶ Et quia deus vere per verbum viuificat, clauis vero coram deo remittunt peccata, iuxta illud: Qui vos audit me audit. Quare voci absoluentis non secus ac voci de cælo sonanti credendum est. Et absolutio proprie dici potest sacramentum penitentiae, ut etiam scholastici Theologi eruditiores loquuntur.

AN FIDES SIT

¶ Respon. Catholica

Vbi est
ergo sola
iustificas
fides?

¶ Expende etiam hic quam concinne aduersa-
riorum dicta cohæreant. Claves inquit, pctã co-
rã deo remittunt. Et absolutio proprie dici potest
sacramentũ pniã. Adfirmant igitur potestate cla-
uiũ & per pniã sacramentũ vere dimitti pctã.
Vbi est ergo illa vetus sententiã, q̄ definiebant so-
la fide remitti pctã? Si remittit fides pctã, nõ re-
mittunt claves aut pniã sacramentum. Aut si re-
mittunt claves & pniã sacramentũ, non remittit
fides. Aut certe si vtraq; remittunt, non remittit
sola fides. Vides igitur quod sese ipsi damnent,
Catholicorum vero sententiam roborent? Toti
es specialem fidem suam versant, vt fere nesciãt
quid non comprehendat illa fides.

¶ Aduersarij

¶ Sed quia Cõfutatõ dãnãt nos quod
has duas partes pniã posuerimus, ostens-
dẽdũ est quod scriptura in pniã seu cõuer-
sione ponat has præcipuas partes. Ch̄sus
enim inqt Mat. xi. Venite ad me oēs qui
laboratis & onerati estis, & ego reficiam
vos. Hic duo mēbra sunt, labor & onus si-
gnificant contritiõẽ, pauores & terrores
peccati & mortis. Venire ad Christũ est
credere, quod propter Christũ remittãtur
peccata, & c. Sunt igitur hic duæ partes præ-
cipuę contritio & fides. Et Mat. x, Chris-

stus ait: Agite pñiam et credite euangelio
 Vbi in priore articulo arguit peccata, i po
 steriore consolatur nos, et ostendit remis
 sionem peccatorum. Nam credere nõ est
 illa generalis fides, quam habent & dia
 boli, sed proprie est credere remissionem
 peccatorum propter Christum donatam
 Hæc enim reuclatur in euangelio. Videtis
 & hic duas partes coniungi, & c.

¶ Respon. Catholica

¶ Est quidem hæc probatio aptissima ad robo
 randum aduersariorum institutum, sed Catholi
 ci non recipiunt hanc verborum Christi exege
 sim, nimis coactam. Defendunt vero eam acri
 ter quam a patribus acceperunt, nẽpe quod Chri
 stus hoc verbo allexerit peccatorem plus nimio
 peccatis grauatum, ne animum desponderet, sed
 reuerteretur ad ipsum ceu ad patrem multo cle
 mentissimum male affectum humaniter excipi
 entem, idq; per fidem, quæ magis præcedit pœni
 tentem quam sit pœnitentiæ pars. Et isti refrige
 rium, id est, remissionem peccatorum promittit.

Vbi est hic vel vnum iota istarum partium pœ
 nitentiæ, quas aduersarij hic complecti volunt?

¶ Ceteræ quod addunt ex Marco, eor; institutũ
 sicut antehac dictũ est nobis, prorsus euertit. Nã
 hic palã docet Chrs quod nõ sola fides iustificet,
 sed q; ad iustificationẽ & salutẽ pñia opus sit. Et
 ad hũc sensum allegat Christus. Nulla est hic mē
 tio fidei vt pote alterius pœnitentiæ partis. Iam

Venite
 ad me o
 mnes, et
 cæt. quo
 modo a
 Catholi
 intelliga
 tur.

Agite pœ
 nitẽ. quo
 mō Ca
 tholici ex
 ponant

AN FIDES SIT

Euangeli-
um docet
plura q̄
fidem.

quis excipiat compressam hanc sententiæ Christi exegelim, Credite euangelio, id est, credite remiss. peccatorū propter Christum esse donatam. Nil ergo magis complectitur euangelium quod credere oporteat, quam solam remissionem peccatorum? An non credendum est Christū pro nobis hominem factum, passum, a mortuis excitatum, super omnes cœlos eleuatum? An non credemus etiamnum, quod idem docuerit pœnitentiam, suorum mādatorum obseruantiam, quod que singulis pro laborum qualitate mercedem olim refundat? Num hæc vel ob hoc quod & dæmones ea credunt, a Christianis fide non sunt excipienda? Sed hoc vrgent isti, quo sententiā suā statuāt, vt aliam a generali fide, quam Christus docuit, accipiamus. Aliam inquam, qua creditur solum, propter Christum donatam esse remissionem peccatorum. Ita volunt hanc specialem fidem suam euangelio esse propriam, vt eam qua creduntur omnia illa iam enumerata, sed & hoc quod isti solum ingerunt, ab euangelio alienent. Quo non feruntur intemperantiæ, qui ab vniuersalis Ecclesiæ fide recedunt?

¶ Aduersarij

¶ Paulus fere vbiq; cum describit conuersionē seu renouatiōem, facit has duas partes, mortificationē & viuificationē, vt Col. 2. i q̄ circūcisi estis circūcisiōe nō manu facta, vcz expoliatiōe corporis peccatorū carnis. Et postea: i q̄ simul resuscitati estis per fidē efficaciz dei. Sunt ergo hic duæ

partes poenitentiae, contritio & fides.

¶ Respon. Catholica

¶ Eiusdem energiae sunt ista cum superioribus eandemque habent vim statuendi ea quae moluntur aduersarij. Sed nos referimus omne iudicium ad omnes bonos viros, qui Catholicae veritati libenter subscribunt, an ex hoc loco probare possint opinionem suam de duabus poenitentiae partibus, contritione scilicet & fide. Esto autem quoniam ita volunt, ut haec sit sincera verborum Apostoli interpretatio. Mortificanda sunt per fidem membra nostra super terram, ne vicij sed Christo seruiant, ut mortui simus peccato, viuamus autem deo: non ideo duae partes sunt poenitentiae contritio & fides; praesertim cum neutrius hic meminerit Apostolus. Rursum quomodo sequetur ex hoc quod citant, circumcisimus circumcissione non manufacta, & c. duas esse partes poenitentiae, contritionem videlicet & fidem? Sane si hoc eis relinqueretur, nihil esset a veritate tam alienum, quod non probaretur hac ratione.

Fides non est pars poenitentiae.

¶ Aduersarij.

¶ Quanquam quid opus est multa citare testimonia, cum vbique sint obuia in scripturis. Psal. 117. Castigans castigauit me dominus & morti non tradidit me. Psalm. 118. Defecit anima mea praeter angustia, confirmata me verbo tuo. 1. Reg. 2. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad portas inferi & reducit. Ad hunc modum solet scriptura haec duo coniungere, terrores,

AN FIDES SIT

& consolationem, & cæt.

¶ Respon. Catholica

¶ Possent quidem his testimonijs tractatū pro ducere, sed interim tamen nihil profecerint, nisi manifestam scripturam adduxerint, qua doceat fidem ita poenitentiae partem esse vt causa esse non possit. Nam recepta est hæc sententia in Catholica Ecclesia, vt fides causa sit, non pars poenitentiae, quæ etiamnum istam sententiam aduersariorum non recipiet, nisi forte hoc aperte doceant. Quid si in scripturis deus non poenitentes minus terret, poenitentes vero promissis demulcet, ergo duæ tantum sunt poenitentiae partes, contritio & fides? Sic ex æquo omnibus responsum sit, quæ in Apologia aduersarij citant, nam omnia alia minus habent virtutis, quam ista plus quam infantiliter citata.

¶ Aduersarij

Hic excludunt charitatem a iustificatione.

¶ Aduersarij dicunt peccatum ita remitti, quia contritus eligit actum dilectionis dei, per hunc actum meretur accipere remissionem omnium peccatorum. Hoc nihil est nisi legem docere deleto euangelio, & abolita promissione de Christo. Tantum enim requirunt legem & nostra opera, quia lex exigit dilectionem.

¶ Respon. Catholica

¶ Acute & plane vt monophthalmos decet, disputant. Sic enim fere ratiocinantur: Quia lex dilectionem exigit, ergo qui dilectionem requi-

runt, deserto euangelio legem docent. Iam dicant isti sophistæ, vtra lex charitatē exigit, Mosis an Christi, an etiam vtraq;. Certe vtraq; dilectionē exigit. Et absolutior quidem in lege Christi requiritur charitas, quam in lege Mosis. Si Moses requireret charitatem, quam Christus non requireret, ille certe hoc esset maior, hic esset illo inferior, vt pote qui potissimam & quam Paulus maximā vocat, virtutem ignorasset. Si autem, quod res ē, lex Christi euangelium docet dilectionem, non deserit sed sequitur euangelium, qui dilectionem docet. Et non amplius euangelium deserit, quam Christus, quam Paulus, quam Petrus, quam Iohannes, quam alij Apostoli, qui vno ore multa charitatis encomia reliquerūt. Et omnes vetustiores Catholici viri definierunt, quod & nunc fortiter recentiores defendunt, ita legem Christi legem esse amoris, vt lex Mosis lex fuit timoris, p̄fertim quod lex Christi tam largam tam immensam dei erga homines declararit charitatem & ob hoc iure ingratus reputetur & odiosus, qui charitatem charitate non compenset. Non est ergo quod isti Catholicis infesti sint, vtpote qui legem doceant relicto euangelio, nam lex charitatis ita vetus est, vt & inter euangelicas virtutes maxima sit.

Vtraque
lex dilectionem
exigit.

Euangelium lex ē
amoris,
lex Mosis
lex fuit timoris.

¶ Aduersarij

¶ Diximus quas ob causas posuerimus has duas partes pœnitentiæ, contritionem & fidem. Idque hoc fecimus libentius, quia circumferuntur multa dicta de

AN FIDES SIT

poenitentia, quæ truncata citantur ex pas-
tribus, quæ ad obscurandam fidem detor-
serunt aduersarij, in quibus nulla fit men-
tio fidei, ac ne in scholis quædã cū interpretan-
tur, aliquid de fide additur.

☩ Responsio Catholica

☩ Dixerunt quidem sed non citra scriptu-
rarum iniuriam, fidem partem esse poenitentia-
e: at nos contra aperuimus Catholicorum senten-
tia, quã ut canonicis scripturis & rectæ rōni ma-
gis quadrantem, prius accipiēt Catholici, quam
nouitiam istorum & parum sibi concinnam o-
pinionem. Sed male habet aduersarios, quod in
multis patrum dictis nulla fiat fidei mentio, præ-
sertim quod quando in scholis ea interpretatur,
nihil de fide addant Theologi. Si de fide nihil ad-
dunt Theologi, id haud laudem. Nam in scholis
omnia exactius tractari oportuit, quam scri-
bi possunt. At ego puto istos Catholicis suo mo-
re conuitiari voluisse. Neque enim in omnibus
Academijs omnes audierunt sacrarum scripturarum
interpretæ, aut si audierunt, oscitanter audierunt.

☩ Nam quid periculi est, si doceant poenitentiam,
nulla habita fidei mentione, cum hoc ante ipsos fe-
cerint Christus cæterisque apostoli. Christus inquit:
Matth. 4. Poenitentiam agite & appropinquabit regnum celo-
Luc. 13. rum. Poenitentia, non fidei est hic mentio. Et ali-
bi: Nisi poenitentiam egeritis, omnes similiter per-
ibitis. Neque hic Christus fidei meminit, Et Pau-
lus fidei nostræ præcipuus defensor: Quæ secun-
3. Cor. 7. dum deum tristitia est, inquit, poenitentiam in sa-

lutem stabilem operatur. Neque hic Paulus fidem meminit, vtpote partis poenitentiae. Si quid ergo incommodi habent sanctorum dicta, habent Christum, habent Paulum, habent alios Apostolos, cum quibus exoptulent. Sed & superius diximus, fidem poenitentiae ita esse annexam, vt prorsus sine ea esse non possit, & quod nemo poenitentiae angustijs sese subiugat, nisi prius idem credat. Haber autem non exiguam mendacij notulam, quod hic Catholicos patrum dicta detorsisse ad obscurandam fidem, nugantur. Nam non tam breuia dicta, sed prolixos poenitentiae libros citant & circumferunt. Sed sic placet istis Catholicos mendacis onerare, vt eos suo mundo contemptibiliores faciant, & despicabiliores.

Poenitentiae fides est annexa.

DE CONFESSIOE

Aduersarij.

Boni viri iudicare possunt referre plurimum vt de superioribus partibus, videlicet contritione & fide, conseruetur vera doctrina. Itaque in his locis illustrandis semper versati sumus, de Confessione & satisfactionibus non admodum rixati sumus. Nam & nos confessionem retinemus praecipue propter absolutioem, quae est verbum dei, quod de singulis auctoritate diuina pronuntiat potestas clauium. Quare impium esset ex Ecclesia priuatam

absolutionem tollere, neque quid sit remissio peccatorum aut potestas clauium intelligunt, qui priuatam absolutionem aspernantur.

HAud dubie iudicant boni viri plurimū referre ad harmoniam ecclesiasticam, vt vera de fide & contritione conseruetur doctrina. At extra controuersiam est, talem doctrinam in Catholica Ecclesia, non in secretis hæreticorum conciliabulis esse. Aduersarij quidem omnem mouerunt lapidem, vt adulterinam doctrinam suam statuerent, sed vt plurimum fefellit eos opinio. Hinc tot conuitia, tot maledicta, tot mendacia eis aduersus Catholicos sunt excogitata. Sed arbitror interiorem aduersariæ partis falsitatem abstractis fucis non parum esse detectam, vt iam frustra de omnibus rixati videri possint, vtque neminem posthac putem tam aperiæ falsitati facile subscripturum. Gloriantur hic quod Confessionem Catholicis reliquerint, q̄ si penes ipsos suprema sit authoritas summumque ius statuendi, definiendi, ordinandi, quæ reipublicæ Christianæ vtilia esse videantur. Non est quod hic in sinum gaudeant, est autem quod eos temeritatis pudere possit. Habent Ecclesiastici sua sacramenta, habent Confessionem, habent alia, quæ vtut insaniant isti, nemo eripit, nemo tollit, nemo inanit, nemo obliterat, sed non interibunt nisi cum seculo. Fidelis enim est, qui pollicitus est se Ecclesiæ suæ semper adfuturum. Propter istorum vel affirmationem vel infirma

tionem, ecclesia nihil erit securior, nihil infirmior. Sed vide iam quantum tribuant Confessione, quantumque ei reliquerint.

¶ Aduersarij.

¶ Ceterum de enumeratione delictorum in confessione supra diximus, quod sentiamus eam non esse iure diuino necessariam.

¶ Responsio Catholica

¶ Qui letalibus obnoxius est peccatis, iure diuino tenetur remedium quaerere, & per poenitentiam ad deum, quem offendit, redire. Iuxta illud: **Cōuertimini ad me in toto corde vestro.** Et Paulus: Surge, inquit, qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Non est commodior aut compendiosior de peccatis ad deum via, quam ut poenitens peccata sua sacerdoti per ordinem quoad potest, enumeret. Nam ut non potest chirurgus hominem multis plagis sauciū, nisi vulnera aperiat denudetque male affectus, sanare, ita neque sacerdos potest conscientiam multis peccatis laceratam mederi, nisi omnium simul peccatorum origines pernoscat. Nam si dicat tibi quispiam secreto se inanibus delectari rumusculis, taceat autem ad libidinem pronitatem, taceat inuidiam, taceat alia animae vitia, quomodo coniectura ea assequi poteris, ut continentiam, ut charitatem, ut alia ei virtutum dogmata insilles. Necessse ergo fuerit ut omnia simul, quae multa examinatione colligere potest, recenseat. Hinc & SALOMON bene

Iohel. 2
Ephe. 3

Oia peccata
enumerare
re optet.

vaticinatus est: Qui abscondit scelera sua non dirigitur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Est & totius Catholicæ Ecclesiæ præceptum, cui non licet contraire, vt homo saltem semel in anno sacerdoti peccata sua, quorum reminisci potest, confiteatur. Nam vt dicitur de pœnitentijs & remissionibus in ca. Omnis vtriusque sexus, Innocentius cum Generali Concilio id decreuit.

Augusti. ¶ Et Augustinus dicit: Agite pœnitentiã qua-
lis agitur in Ecclesiã, nemo dicat sibi, occulte ago quia apud deum ago, ergo sine causa clauis datæ sunt. Hinc etiã liquet, eodem iure quo sacerdos absolutionem legitime petentem absolvere tenetur, obligatur peccator vt singula peccata sua confiteatur, aperiatque animæ suæ latentes morbos, vt curari possint. Et ista est hic Augustini sententia, vt qui vere pœnitet, non agat pœnitentiã occulte & solum in corde suo coram deo, sed subeundum est humiliter, sicut idem alibi pulchre censet, iudicium sacerdotis, quem dominus sibi non dedignatur vicarium.

¶ Aduersarij

¶ Quamquam cõfessionem probamus & quandam examinationem prodesse iudicamus, vt institui homines melius possint, tamen ita moderanda res est, ne conscientijs iniiciantur laquei, quæ nõquam erunt trãquillæ, si existimabunt se nõ posse consequi remissionem peccatorum, nisi

si facta illa scrupulosa enumeratiōe. Hoc certe falsissimum est quod aduersarij posuerunt in confutatione, quod confessio integra sit necessaria ad salutem. Est enim impossibilis.

¶ Respon. Catholica

¶ Audis quod probent aduersarij confessionē, quodq; iudicent quandam examinationem prodesse, vt melius institui possint homines. Si quod ipsi probant, vtilis est quædam examinatio, si vtilis est, imo quod dicunt Catholici, necessaria est peccatorum integra confessio (Integram vocamus eam, quæ post iustam examinationem fieri debet integre pro possibilitate confitentis) cur eam tãtopere persequuntur & impugnant? cur ab ea suos auocant? Si vtilis est peccatorum confessio, cur erit inutilis omnium peccatorum confessio? Audi cur nolint integram Confessionem esse necessariam. Ne, inquit, conscientijs iniiciantur laquei. O sapientes homines manifesto errore conclusos. Si peccatori prodesse debet confessio, veram non fictam esse oportet. Erit autem ficta, si non fuerit integra. Nam decipies sacerdotem, cui peccatum confiteberis, putabitque te, si grauiora taceas, minutiora recenseas, Iohanne Baptista sanctiorem esse, cum coram Deo sis omnium immundicietum scetens cloaca. Hanc autem hypocrisis vehementer detestatur. Deus, cum de tali loquitur Iob: Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita. Integra itaque confessio sicut necessaria est, nisi velis hypocrita cense-

Confessio
erit ficta
si non fue-
rit itera

Iob. 13

DE INTEGRA

Cōfessio
pctōrum
quō possi
bilis,

ri, sic conscientias minime illaqueat, sed a peccatorum vinculis quibus obligabat, liberat. Est etiā facilis factu non impossibilis: exonerat, non grauat. Hic non requirunt Catholici ad integram peccatorum confessionem, vt memorias suas fugientia confiteantur peccata: nam hoc stultum esset mandatum, sed solum ea, quæ post iustum examen recogitat peccator, annūeret sacerdoti, nō vt proditori, sed vt cōsultatori secretissimo, q̄ possit singulis quibusque animæ vicijis verbo dei mederi. Non puto hoc impossibile esse. Nā iuxta Comicū dicto nihil est facilius. Audi nunc quid de hac peccatorum confessione senserint veteres orthodoxi patres. Dionysius discipulus Pauli sic scribit Demophilo cuidam monacho.

Dionysius
us Demo
philo.

¶ Tu vero vt tuæ literæ indicant procidentem sacerdoti impium, vt ais, atque peccatorem, nescio quo pacto contra disciplinæ ordinem astans calce abiecisti ac repulisti, tum ille quidem verecūde, quod oportuit, fateretur se ad quærēda peccatorum remedia venisse, neque exhorruisti insuper sacerdotem optimum lacerare conuicijs, miserabilem eum dicens, qui pœnitentē atq̄ impium iustificasset. Hæc ille. Si ille q̄ sacerdoti accidit ad pedes, venit ad quærēda peccatorū remedia, sane oportuit eum omnia peccatorum vulnera aperire quæ remedio indigerent. Cur ergo dicunt isti aduersarij:

¶ Apud scriptores Ecclesiasticos fit mētio Confessionis, sed hi non loquūtur de hac enumeratione occultorum delictorū

sed de ritu publicæ poenitentiaæ.

¶ Nam hic nihil dicit de ritu publicæ poenitentiaæ, sed de peccatorum enumeratione. De ista peccatorum enumeratione etiam apertius loquitur Origenes.

¶ Quoniam iniquitatem meam pronuntio. Pronuntiationem, inquit, iniquitatis, id est, confessionem peccati frequentius diximus. Vide ergo quod edocet nos scriptura diuina, quia oportet peccatum non celare intrinsecus. Fortassis enim sicut ille, qui habent inclusam intus escam indigestam aut humoris vel phlegmatis, stomacho grauiter & moleste incoueniëntia, si vomuerint, releuatur: ita etiam hi qui peccauerunt, siquidem retinent in se peccatum, intrinsecus urgetur, & prope modum suffocantur a phlegmate vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum & confitetur, simul euomit & delictum atque omnem morbi digerit causam. Tantummodo circumspice diligentius, cui debes confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiendi noverit disciplinam, ut ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius & eruditum medicum ostenderit & misericordem, si quid consilij dederit facies & sequaris. Si prauiderit talem esse languorem tuum, qui in conspectu totius Ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & cæteri ædificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatõe, & satis

Origenes
sup. ps. 17

Pctm̄ ca
latum a-
nimæ no
ciũ, ut ci
bus indi-
gestus sto
macho;

Deligen-
dus facet
dos cui
pctm̄ con-
fitearis;

DE INTEGRA

perito medici illius cōsilio procurādū est. Hactenus dicta Origenis recensui, vt videat probus lector, Origenē de vtroque, id est de enumeratione peccatorum, & de ritu publicæ pœnitentiæ loqui, vtque istos tanquā falsarios mendaciæ accuset. Cyprianus quoque martyr inuictissimus eandem tuetur sententiam.

Cyprianus
sermo de
lapsis.

¶ Hi inquit, quamuis nullo sacrificij aut libelli facinore constricti sunt, quoniam tamen de hoc vel cogitauerunt, hoc ipsum apud sacerdotes dei dolenter & simpliciter confiteantur. Exomologelimon cōscientiæ suæ faciant, animi sui pondus exponant, salutarē medelam paruis licet & modicis vulneribus exquirāt. Et paulo inferius: Cōfiteantur singuli, vos quæso fratres delictum sum, dum adhuc qui deliquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud dominum grata est. Iste sanctus vir putabat paruorū modicorumque peccatorum confessionem necessariam esse, aduersarij contra censent ne grauium quidem peccatorū faciendam esse cōfessionem. Aut si hoc nō cēsent, decernere oportuit, quæ peccata confiteri necesse sit. Huic quoque sententiæ accedit Augustinus, dicens:

Augustinus de vi
si. infir.

¶ Strepitus sit tuorum peccatorum recordatio, super quibus perstrepet in aure sacerdotis humilima cōfessio, iuxta illud Iacobi apostoli: Confitemini alterutris peccata vestra. Hic nihil loquitur de ritu publicæ pœnitentiæ, sed de auriculari illa Confessione, quæ secreto de omnibus peccatis sacerdoti fiebat. Idem haud secum purgnans dicit ibidem de uisitatione infirmorum.

¶ Aperi sacerdoti penetralium tuorum abditissima, latibula cōscientiarum verecundarum poenitiora reuela repagula. Nō te pudeat coram vno dicere, quod te non puduit forsitan corā multis & cum multis facere. Nam humanū est peccare, Christianum est a peccatis desistere, diabolicum est perseuerare. Ergo quæ mentē grauius exacerbant facinora, dei angelo manifesta, nihil obscurum dicens, culpam nullis ambagibus in uolens, circuitionibus, quod verè est operiens. Designāda sunt etiā, in qbus peccasti, loca, si recordaris & tpa, cū quibus peccasti personis, non nomina ipsarum: etiam vt a peccato desistant secreta corrigenda familiaritas, in qua peccasti labilis ætas: & multa alia dicit quæ nihil aliud clamāt, quam exactam peccatorū enumerationem. Audi etiam Tertullianum Augustino vetustiore, sed autoritate inferiori.

¶ Plerosque hoc opus (de exomologesi loquitur) vt publicationē sui aut suffugere, aut de die in diem differre præsumo, pudoris magis memores quam salutis, velut illi qui in partibus verecundioribus corporis contracta vexatione, cōscientiā medentiū vitāt, & ita cū erubescētia sua pereunt. Intolerandū sc̄ pudori, dño offenso satisfacere, saluti productæ satisfacere. Næ tu verecūdia bonus, ad delinquēdū expādens frontē, ad deprecandum vero subducens. Hactenus Tertullianus: Hic nihil agit, nisi vt pudorem ab humanis mentibus, quæ peccatis erāt obnoxia, propellat. Cur vero propellit pudorem, nisi vt liberius homo peccata sua enumeret? Vide nunc quā iuste aduersarios mendacij argueris, vtpote qui

Idem.

Tertulli.
lib. de poe
niten.

DE INTEGRA

Hieron.
super Ec
cles.ca.10

dixerint apud ecclesiasticos scriptores nullam esse
de peccatorum enumeratione mentionem. Eiusdem quoque
sententia fuit Hieron. ¶ Si quis inquit, serpens diabo-
lus occulte momorderit et nullo consilio eius peccati ve-
neno infecerit, si tacuerit quod percussus est et non ege-
rit penitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro volue-
rit confiteri, magister qui linguam habet ad curandum, fa-
cile ei prodesse non poterit. Si enim erubescat aegrotus
vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina
non curat. Hæc Hieron. dicta evincunt illud quod in
Apol. inepte aduersus Catholicos garrunt, ut quod
nihil ad rem pertineat quod Catholici dicunt, iudicium
debere prius causam cognoscere quam sententiam pronun-
tiare. Huc quoque pertinet illud quod ex Origene

Chryso.
Homil. 3
sup. Mat.

recitatum est. Et illud. ¶ Qui timet iudicium dei in-
quit, peccata sua non erubescit confiteri, qui autem
erubescit non timet. Perfectus enim timor soluit
omnem pudorem. Illic enim turpitudine confessionis aspici-
tur ubi futuri iudicii poena non creditur. Nunquid nesci-
mus, quia confessio peccatorum habet pudorem, & quia hoc
ipsum erubescere poena est grauis. Sed ideo deus iu-
bet confiteri peccata nostra, ut verecundiam patiamur pro
poena. Prodeat nobis aliquis ex aduersariis, qui omni-
dat nobis vel unum locum ex omnibus scriptoribus, eccle-
siasticis, docentem, quod non necessaria sit peccatorum enu-
meratio, & herbam dabitur Catholicis. Nam hac mul-
tiloquentia nihil mouetur. Quod si nullum demon-
strare poterit, desinat impudenter aduersus veritatem la-
sciuere. Nam nos ex multis imo ex omnibus paucos col-
legimus, quibus veritatem Catholicam tamen si per se forte
& inuictam, ab hereticorum irruptionibus defendimus.
Patet igitur quam mendaciter isti dixerint, quod
non ecclesiasticorum scriptorum de enumeratione peccato-
rum sed de ritu publicæ penitentiae scripserint omnes. Quod

asserere molūtur, nō plus veritatis habet, quā ipsa mēdacia. Nā oēs Catholici p̄res locuti sunt de enumeratiōe p̄ctōrū, & extra cōtrouersia fuit hactenus. Necessē est, vt qui Cōfessionem admittit, non reiiciat quæ Confessionis sunt, Quō em̄ p̄ctōrum erit confessio, si peccata non enumerēs

DE SATISFACTIONE.

DE satisfactiōe, quā partē p̄niæ negāt aduersarij, ita loquūtur, vt t̄etsi verb̄ eā negēt, re ipsa t̄n admittāt. Dicūt em̄ interiorē p̄niā eē nullā, nisi foris pariat castigaciones carnis, ieiunia, eleemosynas, orōnes. Et nihil fere aliud loquūtur Catholici, quā quod vere cōtritus his castigatiōib. carnis, ieiunijs, eleemosynis, orōnib. pro p̄ctōrū religis satisfaciāt. Sed negāt hoc nolūt em̄ castigatiōes carnis, ieiunia, & c. eē pro p̄ctōrū poenis. P̄ciā em̄ morte Ch̄ri in credētib. deleta eē tā quo ad culpā, quā quo ad poenā, affit māt. Nos igitur vt magis pateat istorū error, duo sacris literis firmare conabimur. Alterū, quod reatu p̄ctōrū soluto & culpa dimissa, hō adhuc plerūq; ad aliquā t̄palē poenā pro p̄ctis sustinēdam obligetur. Alterū, quod hāc poenā orōnib. ieiunijs eleemosynis anteuertere, & pro ea possit satisfacere. ¶ Post culpę remiss. hōiem plerūq; t̄pali poenā ex p̄ctis quo ad reatū remissis, manere obnoxiiū, hac rōne facile collegeris. Etiā si multo p̄iūssimo sit deus, ē t̄n et iustus, q̄d multis in locis de eoscrip̄ture p̄dicāt. Ex imēsa sua pietate p̄ctōri p̄ p̄niā ad se cōuerso, & gratiā vt oportet, q̄rētī largiī reatū oim p̄ctōrū cōdōat, facitq; ex gehēnā māci pio dei filiū & celestis regni heredē. Ex æquitate vero suæ iustitiæ misericordiā remittit culpā eorū q̄ sua p̄te sponte peccauerūt, ita t̄n remittit vt ali

P̄cti reatu remisso, manet hō tēporali poenā obnoxius.

DE SATISFACTIONE

- quā exigat poenā maiore vel minore pro delicti
quātitate, quod dedecus culpæ nō remaneat sine
decore iustitiæ. Et hoc est quod in Deute. dicebat
Deuter. 25 dñs: Secundū mēsurā delicti, sit & plagarū modus.
Si ociosum verbū qđ tñ neminē pđit ppeturo, vlti
Eccls. 12 one sua plectit, quāto magis opus malū? Et i Ec
clesiaste: Cūcta quæ fiūt adducet deus in iudicio
pro oī errato. Relinqtur igit sine oī poena pctā nō
remitti. Sed et vt cuilibet pctō inest culpa, ita iuste
illi debet poena. Neq; remissa culpa, cōtinuo etiā
simul remittitur poena. Sic & in baptismo ab o-
mni quidem liberamur culpa, sed non ab omni
poena. Remanet enim fomes ille peccati totius
mali seminarium. Remanet etiam mors naturæ
& alia quædam corporis incommoda ex proto
parente propagata. Et hæc omnia mala nemo
suis conatibus aufert, sed ceu poenitentiam a do-
mino inflictam vsq; ad mortem perfert. Vt igit
originalis peccati remittitur culpa, relinqtur aut
poena: ita poenitēti clementer donatur culpa, ma-
net autem poena. Precabatur Moses pro Israe-
le, cum vitulum fabricassent, ne quod cogitauerat
malum, faceret populo suo. Audiuit quidem
Exo. 32. Mosen, non tamen mox cum culpā remittitur
etiam poena. Sic enim subiunxit: Ego autē in die
vltionis visitabo & hoc peccatum eorū. Simili-
ter cum murmure populi esset permotus, mina-
batur eis interitum & pestilentiam. At Moses de
precabatur omnia ista mala, dicens: Dimitte ob-
secro peccatum populi tui huius secundum ma-
gnitudinem misericordiæ tuæ. Audiuit rur-
sum Mosen, sed cum culpa non dimisit etiam poe-
nam. Nam sic respōdit Mosi: Dimisi iuxta ver-
bum tuum, viuo ego & in implebitur gloria do-

mini vniuersa. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam & signa quæ feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me per decem vices nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuravi patribus. Vides ne hic donatam esse culpā, & poenā minime? Dauid quoq; contrito corde culpam confitēs, veniā meruit. Sed quid audijs? Dominus quidem inquit, transtulit peccatū tuum, non morieris. Veruntamen quia blasphemare fecisti inimicum verbum domini, hic filius qui natus est tibi, morietur. Et deinceps: Gladius non recedet de domo tua in sempiternū, eo qd despexeris me. Arbitror qd non posset clarioribus testimonijs doceri, culpam nonnunquam remitti manente poena. Et aduersarij nulla fallacia, nulla fraude possunt istis obuiare. Et huc produci possent innumera testimonia, sed nolumus lectorem pluribus grauare.

¶ Licet autem pro originali peccato quas damus, poenas nostris conatibus tollere non possimus, quod dominus eas in poenitentiam non nisi cum morte finiendā, dederit: tamen pro actualibus peccatis, quas daturi sumus poenas, deprecari possumus, præsertim si iusta in nos ipsos animaduersione pctā nostra puniamus. Non em̄ fellit nos q dicebat: Si nos metipsos dijudicarem⁹, non utiq; iudicaremur. Semetipsos dijudicant, q de perpetrato malo de seipsis sumunt suppliciu. Et hi a domino non iudicantur, id est, non arguuntur flagitij. A dom̄o autem iudicari nihil est, nisi pro peccato castigari, quod subintulit Apostolus: Cum autem iudicamur a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Ma-

1. Reg. 11.

Poenā originalis pcti nos ipsi tollere nō possumus.

1. Cor. 11

Ezech. 18

DE SATISFACTIO:

Ezech. 18

Matth. 3.

3. Para. 7

Iohelis. 2.

tulit autē ipse dominus vt ipsi de nobis suppliciiū
 fumentes, p̄ctā nostra castigemus, quā vt ab ipso
 puniamur. Hinc dicit per Ezech. Cōuertimini, in
 quit, & agite p̄niam ab oībus inquinamentis ve
 stris, & non erit vobis in ruina iniquitas, facite
 vobis cor nouū & spiritū nouū. Audis quā pru
 dēter dominus populū suū admoneat, vt postpo
 sita peccandi cōsuetudine, p̄niteat p̄ctōrū vin
 dicetq; ea in se acriter, & faciat, quod Ioh. ait, di
 gna p̄nīæ opera. Addit etiā cor nouū & spiritum
 nouū, quo significat & bono proposito opus esse
 ei, quod est seminariū totius boni operis. Et alibi
 scriptum est: Si clausero cœlū & pluuia non flu
 xerit, & mandauero & præcepero locustæ vt de
 uoret terram & misero pestilentiā in populū meū.
 Conuersus autē populus meus super quos inuoca
 tum est nomē meū, deprecatus me fuerit, & q̄sie
 rit faciē meam, & egerit p̄niam a vijs suis pesti
 mis, & ego exaudiam de cœlo & propitius ero
 p̄ctis eorū, & sanabo terrā eorū. Audis & hic &
 in iā iā citato loco a cōuersis & dominū q̄rētibus
 p̄niam requi. Quid vero significat nob̄ ista p̄nīa
 nisi castigationē quandā, q̄ perpetratorū soluitur
 poena p̄ctōrū? Cū em̄ nemo a peccatis ad domi
 nū cōuertatur, nemo quærat faciē domini, nisi se
 peccasse p̄niteat, certe p̄nīa illa, quæ p̄ctōribus
 suggeritur, punishmentē significat p̄ctōrū. Hoc autē
 clarius dixit apud aliū prophetā: Cōuertimini ad
 me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu. Nō vi
 deo an apertius potuisset pro p̄ctis satisfactionē
 insinuare. Nō satis erat ei vt diceret: Cōuertimini
 ad me in toto corde v̄ro, nisi adderet in ieiunio,
 vt quēadmodū non tū corde a deo recedit, verū

etiã prauis operib⁹, nẽpe quãdo q^s mẽbra sua ar
 ma iniquitatis pctõ accõmodat: ita nõ tm corde
 sed etiã pniã operib. ad dñm accessus est, qb. ni-
 mis; pctã plectũtur, debitãq; pœnã hac satisfa-
 ctiõẽ soluũtur. Huc quoq; hortatur nos Apoft. Si
 cut exhibuistis, inqt, mẽbra vřa seruire imũdicie
 & iniq̃tati ad iniq̃tatẽ: ita nũc exhibete mẽbra
 vřtra seruite iustitiã in sc̃tificationẽ. Vides etiã
 nũ Paulo nõ sufficere, vt per cõtritionẽ cordete-
 nus nos ad deũ cõuertamus, sed vult vt sicut cor-
 poris mẽbris pctõ ancillati sumus: sic & corpo-
 re iustitiã deinceps famulemur. Et hoc est qđ Iu-
 dæis dicebat Ioh. Facite fructus pniã dignos. Et
 oim patř, q hũc locum interpretati sunt, autho-
 ritas istã Catholicorũ sniam tuetur. Hinc ait Au-
 gust. Sunt digni fructus virtutum, fructus q non
 sufficiũt pñibus, pniã em̃ grauiores expostulat.
 Et Chryl. Facite inqt, fructus dignos pniã. Quo
 aut̃ mō fructificare poterimus? si vtiq; pctis ad-
 uersa faciamus. Aliena rapuisti, incipe donare iã
 propria. Longo es tẽpore fornicatus, a legitimo
 quoq; vsu suspendere coniugij, ac perpetuã con-
 tinentiã sæpius paucorũ dieř castitate meditare.
 Iniuriã vel ope quẽquã vel sermõẽ affecisti, refer
 bñdictiõis verba: cõuictijs te percutiẽtes, nũc offi-
 cijs, nũc bñficijs placare cõtende. Neq; em̃ vlnera
 to sufficit ad salutẽ tm̃mõ spicula de corpore euel-
 lere, sed etiã remedia adhibere vulnerib. oportet.
 Delicijs añ & temulẽtia disfluebas, ieiunio et aq̃
 potu vtrũq; cõpẽsa vt famẽ superes iminẽtẽ. Vi-
 disti i pudicis alienũ decorẽ oculis, fœminã iã oio
 nõ videas, maiori tact⁹ cautiõẽ post vulnera. Et
 breuiter dicit Tertullian, Cũ vicinus interrogarit

Roma. 6

Matth. 3.

Augusti.

Chrysol.

Tertu. 11.
de pœnit.

DE SATISFACTIO:

Gregori

tur animam defraudes: Deliqui, dicitur, in deum;
 & periclitor in æternum perire. Itaque nunc p̄ deo
 & maceror & ex crucior, vt deum reconciliē, quē
 delinquendo læsi. Quid tibi videtur probe lector
 num hæc quæ Augusti, quæ Chrysostomus, quæ
 Tertullianus dixerunt, de publica satisfactiōe in
 telligenda sunt, & non de priuata, qua homo deo
 reconcilietur? Certe ista ita publica sunt (si tamē
 publica dici debent) vt tamen priuata esse non
 desinant. Sed & Gregorius licet ætate minor, au-
 thoritate tamen haud inferior, dicti illius Iohan-
 nis, huiusmodi reliquit exegesim. Notandum est,
 inquit, quod amicus sponsi non solum fructus pœ-
 nitentiæ sed dignos fructus pœnitentiæ admonet
 esse faciendos. Aliud namq; est fructum facere,
 aliud dignū pniæ fructū facere. Vt em̄ sc̄dm̄ p̄nię
 dignos fructus loq̄mur sciēdū est, qd̄ q̄sq; illicita
 nulla cōmisit, huic iure cōcedit vt licitis vtat̄, sic
 q; pietatis opera faciat, vt tñ si noluerit, ea q̄ mū-
 di sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis
 culpam, vel fortasse quod grauius est, in adulteri-
 um lapsus est, tanto a se licita debet abscindere,
 quanto se meminit & illicita perpetrasse. Neque
 enim par fructus boni operis esse debet eius qui
 minus, & eius qui amplius deliquit: aut eius qui
 in nullis & eius qui in quibusdam facinoribus ce-
 cidit, & eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo
 quod dicitur: Facite dignos fructus pœnitentiæ
 vniuscuiusque conscientia conuenitur, vt tanto
 maiora acquirat honorū operum lucra per pœ-
 nitentiam, quanto maiora sibi intulit damna p
 culpam. Hactenus Gregorius.

¶ Potuissent quidem hæc sufficere testimonia
 ad refellendam impiam aduersariorum senten-

tiam, & ad obturandum ora eorum, qui dicunt veteres scriptores de hac satisfactione nunquam sensitse, quod necessaria sit ad remissionem peccatorum. Sed propter contentiosos quibus difficile nostra probatur, adferam etiam plura testimonia ex patribus, ut desinat a finos (sic enim impudenter vocant Catholicos) contumelijs & iniurijs laessere. Ambrosius itaque sic hortatur corruptam quandam virginem.

¶ Secundum conscientiae molem exhibenda est poenitentiae magnitudo: poenitentia ergo non verbis agenda est sed & actu. Haec autem sic agitur, si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rueris, & de quo libro vitae nomen tuum deletum sit, & si iam te credas prope ipsas positum tenebras exteriores, ubi erit fletus oculorum & stridor dentium sine fine. Cum hoc certe fide sicut est, aio conciperis, quia necesse praevaticaricæ animam tartareis poenis & gehennæ ignibus tradi, nec aliud remedium constitutum esse post baptismum quam poenitentiae solatium, quantumvis afflictionem quantumvis laborem & indecorem subire esto contenta, dummodo ab aeternalibus poenis libereris. Ergo haec tu tecum cogitans & mente retractans, proprii facti tu ipsa iudex esto crudelior. Et paulo post: Peccator si sibi ipsi non pepercerit a deo illi pacitur. Et si futuras poenas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitae spacio compensauerit, seipsum ab aeterno iudicio liberat. Grandi plagæ alta & proluxa opus est medicina. Grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. Palam est Ambrosium hic nihil dicere de satisfactione quæ coram populo publicitus fiebat, sed

Ambro.

DE SATISFA:

de priuata satisfactione. Audi iterum August. Postquam distinxit tertiam actionem pœnitentiæ, & de duabus fuerat locutus, hoc est, de ea quæ ad baptisimum exigitur, & de altera quæ pro quotidianis sed minimis peccatis est necessaria, de tertia subdit in hunc modum: Tertia actio est pœnitentiæ, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus cõtinet, & de quibus Apostolus ait: Quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. In hac ergo pœnitentiâ maiorem quisque in se seueritatem debet exercere, vt a seipso iudicatus non iudicetur a deo. Sicut idem Apostolus ait: Si enim nos iudicaremus, a dño non iudicaremur. Ecce nõ de solenni pnia aut satisfactione loquitur Augustinus, sed de ea quæ a seipso quisque exigere debet peccator, modo nõ velit a domino iudicari. Sed audi eundẽ iterũ.

Aug. lib.
de ve. &
fal. penit.
cap. 15.

¶ Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis nihil sibi reseruãs sui, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro recuperãda animæ vita, quæcunque faceret pro vitanda corporis morte: & hoc cũ desiderio quia vitã recuperat infinitam, cum gaudio enim debet immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Semper deprecetur deũ, certus de venia, quæ omnibus modis & sine tẽdio dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat a multis licitis, qui per libertatem arbitrij commisit illicita. Audis hinc satisfactionem, cum admonet, vt faciamus omnia quæ iubet sacerdos: audis & remissionem peccatorum, cum dicit, pro recuperanda animæ vita. Cyprianus quoque aperte loquitur de priuata satisfactione,

¶ Qui autem poenitentiam criminis tollunt, inquit, satisfactoris viam claudunt. Ita fit, ut dum temeritate quorundam vel promittitur salus falsa vel credit, spes veræ salutis adimat. Vos vero fratres quorum timor in deum pronus est, & in ruina licet animus constitutus mali sui memor est, poenitentes ac dolentes peccata vestra perspicite, gravissimum conscientie crimen agnoscite, ad intelligentiam delicti vestri oculos cordis aperite, nec desperantes misericordiam domini, nec tamen iam veniam vendicantes. Sequitur: Post diaboli cibus malle ieiunium, iustis operibus incumbere, quibus peccata purgantur: elemosynis frequenter insistere quibus a morte animæ liberantur. Audis hic ieiunium, opus scilicet satisfactionis & alia audis iusta opera, satisfactoria quidem, nam istis, sicut audis, peccata purgantur. Audis etiam elemosynas haud vulgare satisfactionis opus, audis etiam quod hoc opere animæ liberent a morte. Et paulo post idem sanctus vir dicit:

¶ Qui sic deo satisfecerit, qui poenitentia facti sui, qui pudore delicti sui plus virtutis & fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus & auditus a domino, quam contristauerat nuper lætam faciat ecclesiam, nec iam solam dei veniam merebitur sed coronam. Ista est gloriosi martyris sententia sacro sanguine rubricata, & isti dicunt satisfactionem nihil facere ad remissionem peccatorum. Quis credet istis malitia magis quam ignorantia exoculatis? Et non solum errant, sed & veritatis defensores contumeliosè opprimunt & mendacijs. Sed prodeant etiam plures catholica castra protecturi. Hieronymus quoque super Malachiam sic tradit.

Idem:

Hierony.

DE SATISFACTIO.

¶ Qui peccator est, & quem mordet propria conscientia, cilitio poenitentiae accingatur & plāgat vel propria delicta vel populi, & ingrediat^r Ecclesiam, de qua fuerat egressus & cubet vel dormiat in sacco, vt prae^rteritas delicias, per quas deum offenderat, vitae austeritate compenset. Audis etiam hic prae^rteritarum compensationem deliciarum, vocem scilicet satisfactioⁿi correspondētem. Et Chryso^{stomus} nostrae sententiae suam adiicit calculum.

Chryso,

¶ Poenitentem nunquam oportet obliuioⁿi peccatum tradere, sed deum quidem rogare ne eius meminerit, ipsum vero nunquam ipsius obliuisc^ri. Si eius nos non recordemur, deus ipsius non obliuiscetur. Si nos eius meminerimus, deus obliuiscetur. A nobis ipsis vltionem sumamus, nos ipsos accusemus, ita placabimus iudicem. An nō vides hic etiam satisfactionem, quando ait: A nobis ipsis vltionem sumamus, vt iudicem placeamus. Et Cassianus.

Cassian^{us}

¶ Quisquis post baptismum et scientiam dei in illud mortis corpus incurrerit, hoc est, in aliquod capitale crimen, sciat se nō quotidiana gratia dei, id est, facili remissione quam momentis singulis exoratus domin^{us} noster erroribus nostris donare consuevit, sed aut diuturna afflictione poenitudinis ac poenali dolore purgandum, aut certe pro his in futuro aeterni ignis supplicijs adi^{ci}endum. His subscribit etiam Leo Pon. Maxi. cognomento primus, vir tantae sanctitatis vt ei in Concilio Calcedonensi a 430. patribus tertio sanctus acclamatum sit.

Leo pri.

¶ Oportet inquit, vnumquemq; Christianum

conscientiæ suæ habere iudicem, ne conuerti ad dominum de die in diem differat, nec satisfactio nis sibi tempus in fine vitæ suæ constituat, quem periculose ignorantia humana concludit, vt ad paucarum horarum tempus se seruet incertum, & cum posset pleniore satisfactione indulgentiã promereri, illius temporis angustias eligat, quo vix inueniat spacium vel confessio pœnitudinis vel reconciliatio sacerdotis.

¶ Quid habebunt hic aduersarij, quod respondeant, cum videant istos omnes & alios hic non citatos, pedibus ire in Catholicorum sententiam cum videant eos vnanimi consensu de priuata satisfactione, quæ ad remissionem peccatorum pertinet, non de publica illa aut tragica satisfactione loqui. Bene igitur ait Scotus, quem isti deridēt quod per ieiunia reddatur honos deo, & compensetur mors æterna. Nam omnes isti quos citauimus, dicunt, quod grande scelus grandem necessariam habeat satisfactionem, quod q seipsum iudicat, a deo non iudicetur, quod qui sacerdotis obsequitur iussis, animæ vitam recuperet, &c. Et ex his omnibus hisque similibus suæ sanæ doctrinæ Scotus lac exuxit. Aduersarij ita satisfactionem negant, vt ne vnã quidem ex sacris literis aut a patribus sententiam habeant, quæ pestilens dogma suum fulciant. Si verbis tantum inanibus credere oporteret, esset hic quod arriperent homines, At ista tam ardua res verbis aut mendacijs peragi non debet, sed neq; calumnijs, sed cū grauitate, cum autoritate, & cum signorum claritate. Res enim Christiana & ista Catholicorum doctrina vt vides diuturnitate obri-

Scotus de
fenditur.]

DE SATISFA.

nuit. Et ista quidem quæ recensita sunt, sufficere poterant ad restringendum istorum errorē, sed ne respuisse magis quam refellisse videamur eorum placita, breuiter his quæ aliquid videntur habere ponderis, respondebimus.

¶ Aduersarij

¶ Scripturæ citatæ ab aduersarijs prorsus nihil loquuntur de canonicis satisfactionibus & de opinionibus scholasticorum, cū constet eas nuper natas esse. Quare mera calūnia est, quod detorquent scripturas ad illas suas opiniones.

¶ Respon. Catholica.

¶ Tameñ sacræ literæ a Catholicis citatæ nihil loquuntur de canonicis satisfactionibus aut opinionibus scholasticorum, tamen manifeste restantur, post condonatam culpam adhuc poenā reliquam esse, ieiunijs, orationibus, elemosynis præuertendam, quod satis superq; ostensum est. Quia vero sacra scriptura non tātum internam sed & externam poenitentiam docet esse necessariam, quæ ieiunio, carnis mortificatione, oratione, elemosynis constat: ob hoc authore spū sancto facti sunt canones illi pñiales, & ob hoc præ tanto conatu añ annos mille trecētos, ad satisfactiones non solēnes illas tm̄, sed & ad priuatas populū adhortati sunt, vt docuerūt affati sniæ corpe iāntic allegatæ. Et hoc doctrinæ genus magno cōsensu citra cōtrouersia sequunt Schol. ne ad latū qdē culmū hic deuiātes. Et hic nihil metuūt theoninos istos: dētes, q si aliena deessēt, sua ipsorū

Culpado
nata ma
net ad-
huc poe-
na.

commenta lacerarent. Quod addunt canonicas satisfactiones nuper natas esse, non citra mendacium dixerunt. Nam si tam heesterni sunt Cyprianus, Origenes, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, Chrysostomus, Cassianus, Leo, vt iure nuper nati dici possint, concedemus etiam istas canonicas satisfactiões & de eis scholasticorum opiniones recentes esse, & nuper natas. Itaq; sicut alia de fide & moribus doctrina non ex hominum opinionibus sed ex ipsissimis scripturarum fontibus effluit: ita & ista doctrina de satisfactione, non habet aliam scaturiginem quam earūdem scripturarum. Et hanc sententiā pertinaciter sequūt Catholici, etiā si isti insaniāt

Satisfactiões canonicæ nō sunt nuper nate

¶ Aduersarij.

¶ Nos dicimus quod pœnitentiā hoc ē cōuersionē seu regenerationē boni fructus bona opera in omni vita sequi debeant. Nec potest esse vera conuersio aut vera contritio, vbi non sequuntur mortificationes carnis & boni fructus. Veri terrores, veri dolores animi non patiuntur corpus indulgere voluptatibus, & cæt.

¶ Respon. Catholica

¶ Audi istos homines Protheo magis mutabiliores, nunc satisfactiones respuentes, nunc accipientes vtpote necessarias, semperque sibi similes. Quod nunc pertinaciter inficiantur, nunc confidenter docent. Supra contendebant

Aduersariorum in docendo multavarietas.

DE SATISFA.

solam fidem ad iustificationem sufficere, nunc re-
 quirunt etiam conuersionem & veram poeniten-
 tiam. Si vt hic vere dicunt, non potest esse vera
 conuersio seu vera contritio, vbi non sequuntur
 mortificationes carnis & veri fructus, profecto
 rota errant via, qui priori doctrinae fidem haben-
 tes, credunt saltem per Christum sibi peccata di-
 mitti, nihil neque mortificationis carnis, neque
 bonorum fructuum meminiscetes. Si vera poe-
 nitentia & vera conuersio ad salutem requirun-
 tur, fide vacua est sententia, quod sola fides iu-
 stificet: pestilens commentum est, quod propter Christum
 semper placati simus. Rursus si nulla est vera in-
 terior poenitentia nisi pariat mortificationes carnis &
 bonos fructus, quod docent etiam Catholici, cur
 ab istis audiunt a sinu & blasphemi, cum idem
 requirant, idem doceant, quod isti? Cur tam im-
 pudenter traducunt sanctos patres, qui nihil a pec-
 catoribus exigunt, nisi quod requirit deus, ieiunia,
 abstinentias, lachrymas, orationes, quibus pro
 poenis post culpas superstitibus satisfaciant?
 Cum igitur canones poenitentiales nihil a diui-
 na lege diuersum statuunt, sed per omnia ei qua-
 drent, mirum sane cur ab istis contemnantur,
 cur abrogentur? Adhuc cum corporis afflictio-
 nes, voluptatibus debitae, temperales poenas ex-
 inantiant, haud iniuria satisfactiones appellatur.
 Si vt hic dicunt aduersarij, vera fides non est in-
 grata deo, nec contemnit mandata dei, comper-
 tum est neminem fidem habere, nisi mandatis
 dei obedientem. Et hinc colligitur, quod nemo
 per solam fidem iustificetur, nisi diuinis obtempe-
 ret mandatis. Quis non videat, quam male sibi

aduersariorum dicta respondeant, & tamen volunt, vt ab ipsis ceu a delphico oraculo dependamus sine vlla controuersa

¶ Aduersarij

¶ Et cum Christus inquit: Agite poenitentiam, certe loquitur de tota poenitentia, de tota nouitate vitæ & fructibus: nõ loquitur de illis hypocriticis satisfactiõibus, quas fingunt Scholastici tum quoq; valere ad compensationem poenæ purgatorij aut aliarum poenarum, cum fiunt ab his, qui sunt in peccato mortali.

¶ Respon. Catholica

¶ Sicut sacra scriptura vbiq; veras requirit satisfactiones, & vbiq; hypocrisim rejicit: ita & Catholici sacratoribus literis imbuti, verã nõ fictã exigunt satisfactionẽ, vbiq; detestantur hypocrisim. Neq; euãgelio dissonũ est, quod docent Catholici, Deum omnium remuneratorem beneficentissimum, bona opera, quæ fiunt ab his qui sunt in peccato mortali, ablatione poenæ purgatorij vel aliorum malorum compensare. Ratum est enim Christi dictum: Quicumq; inquit, potũ dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vob, non perdet mercedem suam. Qũtã vniuersaliter dicit quicumq;, neminem excipit. Perinde em̃ est atq; diceret: Quicumq; siue iustus, siue peccator sit qui mei causa vel modicum fecerit, quicquid bene fecerit beneficio refundam. Peccator ergo si

Opa bona
naq; facit
peccator
compensantur.
Matt. 10.

DE SATISFA.

Matt. 5.
Daniel. 4.

i. Cor. 3.

i. Reg. 2.

Achab
quātum
operibus
suis meru-
erit.

ad honorem dei eleemosynam dederit, illo quoque respectu, ut a peccatis liberetur, sane non erit inanis eleemosyna, sed aut gratiam, qua conuertat impetrabit, aut merebitur, ut ab aliqua liberetur poena. Beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et Daniel consulebat Nabuchodonosoro ut peccata sua eleemosynis & iniquitates suas misericordibus pauperum redimeret. Ut autem eleemosynae efficaces sunt: ita non vacat sua virtute ceterae bonae operationes, sed iuxta apostolum, unusquisque secundum laborem suum mercedem accipiet. Quod si quis charitate vacuus, non meretur pro bono opere aeternam mercedem, congruit tamen diuinae beneficentiae, ut beneficium beneficio compenset. Id quod & in Achab impio rege videre est. Hic enim cum ex Elia verbum domini acciperet, quod induceretur super se malum, adeo ut demeterentur posteriora sua, interficereturque de domo sua ad parietem mingens claudus & vltimus, expauit, sciditque vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauit & dormiuit in sacco & ambulauit demisso capite. Praeclara sunt ista poenitentiae opera, tamen non fuit vera poenitentia. Audi autem quantum illi profuerit. Sequitur: Factus est sermo domini ad Eliam Thesbiten dicens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malam domui eius. Si tantum valuerunt satisfactoria iniqui regis opera, ut mala, quae iusto dei iudicio meruerat, auerterent, quantum, putas, valent bona opera, quae ad diuini nominis maiestatem facit peccator, v-

deus tandem eius misereatur.

¶ Aduersarij

¶ Hæc dicta scripturæ nullo modo pertinent ad scholasticas satisfactiones. Isti fingunt satisfactiones esse opera debita, scriptura vero in his sententijs requirit opera debita.

¶ Respon. Catholica.

¶ Tametsi peccata nobis semper debeant displicere, nō tñ æqualiter oēs ad pñiæ opera obligamur, sed vnusquisq; quo maiora perpetravit facinora, eo obligatur maiora pœnitentię opera facere. Hinc dicit Gregorius: Cogitandum sumopere est, vt qui se illicita meminit commisisse a quibusdam etiam licitis studeat abstinere, quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, vt qui cōmisit prohibita, sibi metipsi abstidere debet etiā concessa. Sunt igitur nōnulla opera pœnitentię quibus sese obstringere debēt, qui grauiora commiserunt, ad quæ non tenentur illi, qui in innocētia fortiter perstiterunt. Nam his qui nulli sunt crimini obnoxij, concessum est, vt communibus cibis & vestibus vtantur: contra qui homicidio, qui idololatria & similibus polluti sunt, grauisunus se debēt pñiæ legibus obligare, videlicet solo pane vescantur, aquā bibant, cilicio se vestiāt, & in sacco & in cinerib. dormiāt. Et hæc est vox Chri: Filia populi mei accingere cilicio, cōspgere cinere, luctū vnigeniti fac tibi plāctū amarū. Cur hoc? quia noluerūt ābulare i via iustitiæ q̄ dñs oñderat, q̄ noluerūt audire vocē clāgētis tubæ.

Gregorius

DE SATISFA.

Vides igitur satisfactiones aliquibus esse debita
aliquibus indebita pro præuaricati mandati mō.

¶ Aduersarij

¶ Indulgentiæ remittunt illas satisfac-
tiones, vt docet Cap. Cum ex eo, de pœ-
nitent. & remiss. At indulgentiæ non sol-
uunt nos illis præceptis: Agite pœniten-
tiam: facite fructus dig. pœni.

¶ Respon. Catholica.

Duplex
cā cur pœ-
nitere de-
beant la-
psi.
Roma. 8

¶ Duplicē ob causam q lapsi sunt pœnitentiæ
se debent operibus affligere. Alter vt hoc modo
diuinam iustitiā placent, eiq; quoad pnt satisfa-
ciant. Altera vt proprijs concupiscentijs ne liberi
us insolescant, dñentur, iuxta illam vocē aposto-
li, ne regnet peccatum in mortali eorum corpore
Licet vero illi, qbus & culpa & pœna condona-
ta est, non teneantur durissimo se pœnitentiæ iu-
go submittere, vt pœnæ accipiant remissionem,
qua iam potiuntur, tenentur nihilominus ad las-
ciuentis subiugationem carnis & ad pavorum
concupiscentiæ motuū, ne aniæ dominētur, mor-
tificationē, iuxta sniam Apo. Oēs q Christi sunt
carnē suā crucifixerūt cū vicijs & cōcupiscentijs.

¶ Aduersarij

¶ Cū Scripturæ citatæ nō dicāt qd opib9
nō debitis pœnæ æternæ cōpēsandæ sint,
temere affirmāt aduersarij q p satisfactis-
ones canonicas pœnæ illæ compēsentur

¶ Respon. Catholica.

¶ Lucet hic obnubilum pectus istorum, qui tã aperte Catholicorum sententias deprauant. Catholici enim nusquam tradiderunt, quod opibus non debitis æternæ pœnæ compensentur, temporales tantum dicunt operibus non debitis compensari. Quod isti de æternis pœnis nugantur, vt Catholicorum nomen obscurant, Catholici de temporarijs pœnis intelligunt. Sciunt em̄ & ingenue cõfitentur æternas pœnas non nisi meritis Christi pœnitentibus dimitti. Sed sic placet dominis istis mendacia mendacijs, calumnias calumnijs copulare

Mendacijs
arguuntur

¶ Aduersarij

¶ Quanq̄ igitur sentimus, quod pnia debeat bonos fructus parere propter gloriam & mandatũ dei. Et boni fructus habent mandata dei, vera ieiunia, veræ orationes, veræ eleemosynæ &c. tñ hoc nusq̄ reperimus in scripturis sc̄tis q̄ pœnæ æternæ non remittant. nisi propter pœnã purgatorij aut satisfactiones canonicas, hoc est, propter quædam opera non debita.

¶ Respon. Catholica

¶ Si ista diligenter introspicerent intelligentes & cordati viri, viderent orthodoxæ fidei aduersarios partim eadem quæ Catholici docere, partim cõtones facere. Nam quod tam pertinaciter negarunt hæcenus, nunc vel nolentes veritatis quod arbitror, euidentia conuicti, cum Catholicis aperte docent, videlicet quod vere pœnitens, veræ pœnitentiæ fructus parere debeat, debeat

DE SATISFAC.

Mēdaciū
arguūtur

ieiunare, orare, eleemosynas facere propter gloriam & mandatum dei. Idem tenet Ecclesia, idem docēt Catholici. Quia vere plerisque multis misere iponit φιλαυτία, ne de satisfactiōe æquū ferāt iudiciū, ideo spiritu sancto authore facti sunt canones pœnitentiales, ideo instituti sunt spirituales iudices, peccatorumq; censores, quorum consilio limitanda sunt omnia pniæ opera. Mirum quod idem damnant quod docent. Centones farciunt, quando Catholicos dicunt docuisse q; pœnæ æternæ non remittantur nisi propter pœnā purgatoriū aut satisfactiones canonicas, nam nemo Catholicorum hoc docuit. Quomodo enim hoc docerēt qd nullū habet in scripturis vestigiū? Sed hæc rōne, quod sepe diximus, facile suis verba dare possunt. Videant aut iterū hic illustriss. principes cæteriq; boni viri, quam insinceriter negotium futurum, quod volūt maxime euāgelicū esse, peragāt.

¶ Aduersarij

¶ Præterea mors Christi nō est solū satisfactio pro culpa, sed etiā pro æterna morte, iuxta illud: Ero mors tua o mors.

¶ Respon. Catholica

Pœna &
culpa q;
modo re
laxentur.

¶ Ut nō nisi meritis Christi fatentur Catholici culpā deleri, ita quoq; æternā pœnam sola morte Christi dicūt esse dimissam. Verū vt sine nostra conuersione & pniā culpa & perpetua pœna nō relaxantur: ita omnis temporalis pœna pro culpis libera voluntate commissis, q̄ iuste & voluntarie subire deberet peccator, sine oī eius afflictione seu operatione non tollitur. Sed deus pœnitenti

ribus culpam et poenam aeternam misericorditer
 remittens, vt mixta iuncta sit iustitia, temporale
 quandam relinquit poenam pro delictorum mo-
 dulo maiorem vel minorem, nostra qualicunq-
 satisfactione redimendam, vt, quod in Apocaly- Apoc. 18.
 psi dicit Iohannes, quantum se quisq; glorifica-
 uit & in delicijs fuit, tantum detur illi tormenti &
 luctus. Opera vero nostra, quæ non habent man-
 datum dei, sed sunt propria voluntate assumpta,
 vt de nobis ipsis sumamus de crimine supplicij,
 si cum peccato mortali fiant, mortem aeternam
 non redimunt, quod effrontes isti homines nequi-
 ter & mendaciter dicunt docuisse Catholicos.
 Non piget me singula mendacia detegere, arbi-
 tror enim breui fore, vt agnitis mendacijs, boni
 viri pestilens hæreseos dogma, quod ab istis Cre-
 tensibus hauserunt, protinus euomant. Nisi me
 ista causa perurgeret, incredibile esset, quanto
 cum dolore hæc impia aduersariorum commen-
 ta detegerem, quæ qui cum iudicio expendit, nõ
 potest non succensere istis mendacium doctrinis,
 quæ auctore diabolo confidenter disperferunt in
 vno aliquo orbis angulo (Ecclesia enim ex his
 nihil sensit incommodi) vt opprimerent cog-
 nitionem veritatis euangelicæ & ecclesiasticæ po-
 liticæ.

¶ Aduersarij

¶ De lege sic dicunt: Deus condescen-
 den nostræ infirmitati constituit homi-
 ni mensuram eorum, ad quæ de necessita-
 te tenetur, quæ est observatio præceptorũ

DE SATISFAC.

vt de reliq̄ .i. de opibus superogatiōis possit satisfacere de commissis. Sic fingunt homines legē dei ita facere posse, vt plus etiam quā lex exigit facere possimus & c.

¶ Responſio Catholica,

Hō quō
possit le-
gē dei fa-
cere.

Deute.

Hier. 31:

Mādara
dei factu
possibilia

¶ Quod Catholici docēt, hominem ita legem dei facere posse cū diuina ope vt etiam plus quā lex exigit facere possit, non figmentum sed rei veritas est. Nam adiutore deo, qui petentibus libenter præsto est, nihil non potest homo, alioqui quod dictu absurdum est, præcepisset nobis factu impossibilia. Nunc vero aperte loquitur in Deutero. Mādatur quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est nec procul positum nec in celo situm, vt possis dicere, quis nostrum valet ad coelū ascendere, vt deferat illud ad nos & audiamus & opere cōpleamus: neque trans mare positū vt causeris & dicas, q̄ se nobis poterit mare trāsferre & illud ad nos vsq̄ deferre, vt possimus audire & facere quod p̄ceptū ē, sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in corde tuo vt facias illum. Quid nobis æq̄ proximum atque cor nostrum? Inſcripsit autem deus cordi nostro suā legem, vt eius non obliuisceremur, sed eam iustis operibus exprimeremus. Alibi quoque per prophetam dicebat: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Cur inſcripsit legem suam humanis mentibus? Plane nullam aliam ob causam, quā vt eo auxiliatore explerent eam. Quare ita eam temperatam esse oportuit, vt non esset obseruatu impossi-

bilis sed facilis. Impossibilis sane sine deo, possi-
 bilis vero & facilis cū deo. Hic dicebat Ioh. Mā
 data eius grauiā non sunt. Et apud Matthæum
 ipse Christus: Iugum meum suauē est, & onus
 meum leue. Anathema sit, inquit Hieronymus,
 qui dicit deum impossibile præcepisse. Et in ora-
 tione sua Christus Apostolos patri commendat,
 quod sermonem suum obseruauissent. Pater, in-
 quit, manifestaui nomen tuum hominibus quos
 dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos de-
 disti & sermonem tuum seruauerūt. Colligimus
 ex his Christi dictis, etiamsi insaniant aduersarij,
 quod quotquot mundo renuntiant cum Apo-
 stolis & deo adhærent, legem dei exactissime faci-
 ant. Et aduersus istos nō clamat scriptura, q̄ mul-
 tum absint ab illa perfectione, quam lex requi-
 rit, sed sunt cum deo arctissima familiaritate de-
 uincti, Et non solum faciunt quæ lex præcipit,
 sed addunt pleraque quæ liberæ sunt voluntatis.
 Gloriat̄ quidē et Ezechias, quod legi dei factis
 responderit: Memento quæso, inquit, quomodo
 ambulauerim corā te in veritate & in corde p-
 fecto, & quod placitū est coram te fecerim. Et ni-
 si vere legem seruasset, nō audiuiisset: audiui ora-
 tiōem tuam & ecce sanauit te & addam diebus
 tuis quindecim annos, sed iniquæ commendatio-
 nis suæ iustas dedisset pœnas. Lucas quoque pa-
 lam testatur Zachariam & Elizabetham iustos
 homines coram deo incessisse in omnibus man-
 datis & iustificationibus domini sine querela.
 Et alia huius rei multa testimonia suppeditant
 nobis scripturæ, sed longum est & multi laboris
 ex omnibus multa producere. Aduersarij nullū

1. Iohan. 5.
 Math. 11.
 Hierony.

Iohan. 17.

4. Reg. 2.
 Ezechias
 gloriatur
 q̄ legem
 dei obser-
 uasset.

Lucæ. 1

DE SATISFACT.

habent locum, quo opinionem suam multo falsissimam communiant, nisi forte vnum aut alterum pro suo arbitrio nequiter detortum, sed his nobis facile fidem non fecerint. Possumus igitur imo per gratiam dei longe facillime possumus mādara dei seruare, non quidem secūdum illam absolutissimæ perfectionis normam, sed secundum illam perfectionem quam ipse præcepit nobis, qua multi strennue hanc vitā exantlati sunt. Possumus autem amplius facere quam præcepit deus in lege. Hoc non esset obscurum aduersarijs, si uellēt sibi persuadere multos dei amicos, deoque exiuratissimos, quædam bona opera fecisse, ad quæ tamen non obligabantur. Sic Paulus die noctuque manuario labori insistebat, ut victū sibi pararet, cum tamen ei nihil magis præciperetur, ne ab ijs, quibus euangelizabat vitæ necessaria reciperet, quam alijs apostolis, quibus euangelizandi par cura erat. Constringuntur autem hic aduersarij, ut dicāt, vtrum Paulus ad hoc obligatus fuerit, an non. Si proprio eum labore victitare oportuit ex præcepto, mētitus est, cū diceret, se manducandi & bibendi ex ijs quæ apostolis administrare debebant fideles, potestatem habere. Sed id absit. Si non tenebatur sua opera viuere, & tamen vixit ut plures lucrifaceret, stat utiq; sententia nostra, quod plus fecit quam obligaretur. Adhortatus est nos Christus, ut oia diuenderemus, daremusq; ea pauperibus, & sequeremur eum. Hoc itaq; aut præceptum, aut non præceptū est, sed est consiliū. Si est præceptū, quod contendit in me anabaptistarum vulgus, tenentur omnes sua abdicare, & nihil retinere.

Opera su
pereroga
tionis.

1. Cor. 9.

Matth. 19

Sed hoc non est opus, alioqui iussisset apost. ut a
 iuis facultatibus discederent Christiani. Nunc per-
 mittit illis res possessiones, permittit illos facul-
 ratum suarum esse dominos, utque ex his pro arbitrio di-
 largiantur elemosynas. Et ex verbis Petri, quae
 pro se Anabaptistarum colluuias putabat facere,
 elucescit, a nemine hominum exigi, ut bona sua in
 communi conferat. Manes, inquit ad Ananiam, manebat
 tibi, & venundatum in parte tua erat. Et Christus com-
 mendat Zachaeum, utpote dimidium bonorum suorum in
 pauperes distraherem, haud probaturus hois pro
 positum, si omnia illi semel effundenda fuerant. Si non est
 praecipuum ut res est, consilium est, dicente Christo adu-
 lescenti: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia.
 &c. quasi diceret, non cogo te, sed tuo te relinquit ar-
 bitrio: non impero, quod ad Demetriadem scribebat
 Hieronymus, sed propono palmam, ostendo premia, tuum est
 eligere si volueris in agone atque certamine coro-
 nari. Ergo qui et exemplo Christi & amore eius
 vltro a se possessiones amandant, amplius v-
 tiusquam tenentur faciunt. Et in primitiua eccle-
 sia erant Hierosolymis quidam pauperes, quo-
 rum crebro meminit apostolus, qui omnia vel
 propter Christum reliquerant vel venditorum pre-
 cia ante pedes apostolorum posuerant. Certe &
 isti plus fecerant, quam tenerentur. Si fuisset ista
 tantum externa & civilis iustitia, quae nihil ad rem
 spectasset, nunquam Paulus pro eis tam sollicitus fuisset.
 Extra controversiam est coelibatum & virginitatem
 consilium esse, quod quisque qui liber est, vel seque vel non se-
 que potest. Sane qui seque, facit quod nulla lege cautum est
 & plus quam tenebat. Et apud Lucam consulit dominus fideles
 homines suos, ut de eo quod superest victus & vestitus neces-
 sitati, elemosynas daret. Qui hoc facit, opus facit

Act. 1.

Matth. 16

Hieron.
ad Dem.

Luc. 11

DE SATISFA.

supererogationis, non necessitatis aut præcepti. Alibi præcipiunt scripturæ vt sobrii simus & abstemij, sed concedunt moderatum cibi ac potus vsu. Qui ergo a licito vsu earum rerū sese cohibet, & contentus est pane tantum & aqua, nimirum facit quod non cogebatur facere. Quæ propter satisfiam eluxit hominem non solum diuina præcepta, sed & consilia cum adiutorio diuino implere, & plura quam ad quæ iuramento constringitur, facere posse. Audi nunc apertam istorum caluniam, apertum mendacium.

**Mēdaciū
arguūtur**

¶ Isti fingunt legem dei contentam esse externa & ciuili iustitia. Quādo hoc finxerunt Catholici o hominum tenebricosa pectora, omnium fallaciarum receptacula? Non viuam, si hoc quisquam cogitauit. Si vocant istas supererogationes quas produximus & harum similes, externā & ciuilem iustitiam, quod videtur, errant, quod dicitur, toto cælo. Nam hæc sunt quæ perfectioris vitæ nomenclaturam ex scripturis fortiuntur. Si matrimonium promissionem habet, certe habet & cœlibatus, nam cœlibatus auctore Apostolo beatorum est quam matrimonium. Si absolutus est cum possessione rerum temporariarū status, absolutiorem viuendi normam habent, qui propter Christum omnibus renunciauerunt. Et similiter de alijs dici posset, quæ si diligenter ad viuum excusseris, videbis quam infirmæ quam languidæ sint omnes, quas ecclesiasticis intentat castris machinæ.

1. Cori. 7.

¶ **Aduersarij**

¶ **At inquit, cōuenit iustitiæ dei pur**

nire peccatum. Certe punit in contritione, cum in illis terroribus irā suam oñdit.

¶ Respon. Catholica

¶ In contritione ista nouicia, ante paucos annos apud aduersarios & nata & educata, nulla prorsus aut exigua est punitio. Ille enim, cui terribile dei iudicium proponitur, peccator aut credit aut non credit. Si non credit, flocci facit iudicij futuri minas, quia omnino non credit futurum esse ut homines post cineres diuinis illis tribunalibus præsententur. Si credit, iuxta aduersariorum sententiam persuasissimum habet, quod peccata sint sibi remissa per fidem propter Christum, & quod deus sit sibi placatus, nam hoc volunt ut secum semper statuatur peccator. Quomodo ergo metuet ille iudicium, qui confidit deum sibi esse amicum? Vide quam parum succi habeant istorum dicta: Catholici ex scripturis instructi, non tribuunt remissionem peccatorum soli fidei, sed addunt etiam contritionem. Et hæc contritio potest esse tantam magna, ut simul cum culpa poenam absumat. Verum quia hoc nemo facile statuere secum potest, ideo peccator in sese grauius animaduertit, ut sicut nedum corde peccato cōsensit in peccatum, sed etiam membra corporis peccato accommodauit: ita non tantum corde se peccasse doleat, verum etiam in suo corpore peccatum puniat, mancipetque sua membra iustitiæ quæ prius diabolo ancillabantur. Qui hæc cum iudicio legent boni viri, perspicent quam insynceriter, quam perniciosè isti verè poenitentiae partes tractauerint, quam prorsus obnubilauerint, quam omnino confuderint. Sed ve

In cōtritione modica est punitio

Vera cōtritio.

XIII ARTIC. CONFESS.

niamus iterum ad articulos.

¶ **A**rticulus Confessiōis tertiusdecimus.

¶ **D**e vsu sacramentorum docēt, quod sacramenta instituta sint nō modo vt sint notæ professionis inter homines, sed magis vt sint signa & testimonia voluntatis dei erga nos, ad excitandam & confirmandam fidem in his qui vtuntur, proposita. Itaq; vtendum est sacramentis, ita vt fides accedat, quæ credat promissionibus, quæ per sacramenta exhibentur & ostendunt.

¶ **D**amnant igitur illos qui docent q̄ sacramenta ex opere operato iustificent, nec docent fidem requiri in vsu sacramentorum, quæ credat peccata remitti.

Hic articulus nihil complectitur incommo-
 di, ideoq; vt syncerus a Catholicis agno-
 scitur. Quia vero de sacramentorum nume-
 ro nihil renouant, extetq; Illustrissimi regis An-
 glorum Henrici huius nominis quinti de septē
 sacramentis tractatus eruditus iuxta ac Catholi-
 cus, consulto hic supersedemus ne nimia onerent
 lectores prolixitate. ¶ Porro ingens nos tenet
 admiratio, quos hic damnent erroneæ doctrinæ.
 Nam neq; veterum quis hæreticorum adeo desit
 puit, vt diceret per sacramenta sine fide quempi-
 am, modo is ratione polleret & ingenio, iustifi-
 cari. Incidentes vero in Apologiam istam spurci-
 tiarum sentinam, inuenimus quod hæc in Catho

Henricus
 rex An-
 glorum.

licos doctores iaculentur, utpote qui docuerint
quod sacramenta ex opere operato sine fide iu-
stificent. Sic vero tradunt in Apologia.

¶ **Aduersarij**

¶ Hic damnamus totum populū scho-
lasticorum doctore, qui docent q̄ sacra-
menta non ponenti obicem conferant
gratiam ex opere operato sine bono mo-
tu vtētis. Hæc simpliciter Iudaica opinio
est, sentire quod per ceremoniam iustifi-
cemur sine bono motu cordis, hoc est, si-
ne fide. Et tamen hæc impia & pernicios-
sa opinio magna autoritate docetur in
toto regno pontificio.

¶ **Respon. Catholica**

¶ Ista est aperta in Catholicā Ecclesiā & in oēs
sacros doctores blasphemia, apertū est mēdaciū
quod nulla indigeret r̄siōe, nisi quod nolumus i-
stos rabulas in sinu gaudere, qui solis mendacijs
luctaturi nobiscum in arenā descenderunt. Om̄is
itaq̄ Scholasticorū doctore populus semper docu-
it & nunc docet, quod nullū sacramentū gratiā
vlli hoīm mō sit rationis compos, cōferat, nisi q̄
percipit pœniteat se peccasse, nisi meliorib⁹ stu-
dijs veterem vitā se correcturū secū statuat, & p̄
sacramentorū susceptionē gratiā apud dñm que-
rat. Quis non videat hichæ fieri non posse sine
fide? Nemine peccati pœnitet, nemo vitā corrigit
nemo gratiam quærit, nisi qui credit: nam fides
pœnitentiæ, correctionis & orationis radix est, et

Arguunt
mēdacijs

Sacramē
ta q̄mo-
do & qui-
bus pro-
sint.

Fides in
omni bo
no opere
necessar.

Mar. vlt.
Baptis-
mus par-
tutorum

ideo ista non possunt nisi ex fide nasci. Hæc est rō
tius populi scholasticorum doctorum vna sentē
tia. Quomodo ergo docerent o maleuoli, sacra-
menta dare gratiam sine bono motu vtentis nō
ponenti obicem, qui docent neminē sine fide deo
placere posse, qui docent fidem in omnium rece-
ptione sacramentorum necessariam esse, qua si-
ne qui sacramentum suscipit, iudicium non gra-
tiam accipit. Firma est enim Christi sententia: q
non crediderit, condemnabitur. Sed hic breuiter
solos excipimus paruulos, qui in fide Ecclesiæ
baptizantur, qua & saluantur, si contingat eos
a tenerioribus vnguiculis hæc vita defungi. Hæc
est inquam, Catholicorum celeberrima sentētia
quam isti hoc patentissimo voluerunt mendacio
obfuscare, ne viderentur illi recte sensisse de sa-
cramentis. Confundantur pestilentissimi isti ho-
mines, vt semel tandem possimus cum bonis vi-
ris ab eis seductis, fœdera pacis componere.

¶ **Articulus Confess. quartusdecimus.**

¶ **De ordine ecclesiastico docent,**
quod nemo debeat in ecclesia publice do-
cere aut sacramenta ministrare nisi rite
vocatus.

HIC articulus recipitur a Catholicis viris
& a se mutuatum agnoscunt. Quare ni-
hil habet incommodi quod examinetur.
Vt inam sic omnes essent ab Ecclesia mutuati,
sane non periclitaretur tot tumultibus religio
germanica, non essent in vno Germaniæ angu-
lo tot schismata,

¶ **Articulus Confess. quintusdecimus.**

1 De ritibus ecclesiasticis docent, quod ritus illi seruandi sint, qui sine peccato seruari possunt, & profunt ad trāquillitatem & bonum ordinem in Ecclesia, sicut certæ feriæ, festa & similia.

2 De talibus tamen rebus admonentur homines, ne conscientiaē onerentur, tanquā talis cultus ad salutem necessarius sit

3 Admonentur etiam quod traditiones humanæ institutæ ad placandum deum ad promerendam gratiam & satisfaciendum pro peccatis, aduersentur euangelio & doctrinaē fidei. Quare vota & traditiones institutæ ad promerendam gratiam & satisfaciendū pro peccatis inutiles sunt & contra euangelium.

PRior huius articuli pars quidem probat ecclesiasticos ritus, sed nō sine morſu, cum ait qui sine peccato seruari possunt, quasi sit aliquid in ecclesiasticis ritibus, qui spiritu sancto auctore instituti sunt, quod citra peccatum seruari non possit. Sed morſus tam leuis nihil lædit Catholicos, & si hūc sustuleris e medio, nihil a vera fide alienum docet articulus. Et admonendi sunt hic aduersarij, vt quod sermone probant, re ipsa non improbent. Et cum huius rei Catholici in Comitijis eos admonerent, sic responderunt.

I.

Morſus
aduersa-
riorum.

DE TRADITIONIB.

¶ Hac de re in hoc conuentu sæpe testificati sumus, nos summa voluntate curare conseruare politiam ecclesiasticã, & gradus in Ecclesia factos etiam humana authoritate. Scimus enim bono & vtili consilio a patribus ecclesiasticam disciplinam hoc modo vt veteres canones describunt, constitutam esse.

Aduersarij seiplos accusant transgressæ politię Ecclesia.

¶ Si perinde atq; ingenue dicunt ecclesiasticam politiam vtili & bono cõsilio a patribus spiritu sancto authore institutam, cupiunt obseruare, cur tanto studio moliuntur ei interitum? cur ritum misæ inuertunt? cur Canonẽ inde eximunt? cur canonicas deo laudes non persoluunt? cur quadragesimæ sacrum tempus ieiunijs non redimunt? cur sacra cœnobia subuertunt? Hæc enim & alia omnia vtili et bono consilio a patribus instituta, ordinata, roborataq; sunt tot annorum centenarijs. Possẽm hic singulorum canones referre, sed nolumus in re explorata pium lectoris animum grauare. Quod si velit lector scire, quid hic dicant facti canones, introspeciat tantum Conciliorum Generalium ac prouincialium, Decretorum ac Decretalium syllabos, qui facile ostendent singulorum singulos canones, magno patrum authoritate celebres. Sed audi nunc quo modo se excusent, cur nolint Episcoporum quibusdam decretis subscribere.

¶ Sed Episcopi sacerdotes nostros aut cogunt hoc doctrinæ genus, quod con-

fessi sumus abijcere ac damnare, aut noua & inaudita crudelitate miseros & innocētes occidunt. Hæ causæ impediunt quominus agnoscant hos Episcopos nostri sacerdotes.

Episcopi
cur non
sint obe-
dire

¶ Bella plane, si deo placet, ratio, quod nolunt Episcopis obedire. Apud Episcopos est auctoritas definiēdi ea, quæ debēt sacerdotes populū docere. Et ob hoc dupliciter peccantes, primū quod inobedientes sunt, deinde quod hæretica doctrina sua populū seducunt, iuste vt nocentes occidunt. Et in hac causa velim non solum Episcopos, verum etiam oēs principes aliquanto esse crudeliores, non quod cupiā peruersorū sanguinē, sed quod desiderē ecclesiā semel ab hæreticis esse vacuam. Quid si non cōpescerent erroneos eorum conatus, nunquid tunc vere Episcopi, vere pastores habendi essent? Nihil minus, sed mercennarij & quibus oues nihil essent curæ, optimo iure dicerentur. Hoc inquit doctrinæ genus, nouū plane & inauditū, & apud Lutherū & cōceptū & malo omine mūdo editū, quod sæpe specialē fidē vocarūt nouo miraculo. Quod si hoc doctrinæ gen^{us} euāgelicū est & apostolicū, cōsequēt Catholicā ecclesiā ab apost. huc vsq; errauisse, & sp̄m sc̄m eam non tenuisse. Nūc autē cōpertum est hæreticā esse & prorsus nociuā doctrinam quæ Episcoporū & pastorū doctrinæ non quædrat. Sed vñ prodierūt oēs hæreses, nisi ex eo quod Ecclesiæ auctoritati & Episcopali dignitati non obtemperatum est. Hic Cyprianus: Neq; aliūde, inquit, obortæ sunt hæreses

Episcopi
excusantē

Cyp. libi
1. episto. 2.

DE TRADITIONIB:

aut nata schismata quam inde, quod sacerdoti dei non obtemperatur. Nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos, et ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post Episcoporum consensum iudicem se non Episcopi sed dei faceret. Nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placēs ac tumens seorsum foris nouam hæresim cōderet, &c. Et hoc tempore si obtemperaretur pontifici in causis fidei, non essent tot hæreses, tot sectæ in Germania. Et isti volunt vt deserto & cōtem pro Pontifice, subscribamus Luthero his apostata, semel a fide Christiana, semel a suo instituto, & nunc a cæteris hominibus neq; vita, neq; conuersatione, neq; habitu discreto, cui perpetuo in thalamo & in lecto & in sinu fouetur concubina. Certe vt subscriberemus ei, oporteret eū nouis prodigijs, nouis miraculis clarere, nouam & angelicā vitam viuere. Fuit & adhuc rumor est, quod si Luthero integrum esse potuisset, vt vxorem, qua cum nunc dulciter quiescit, haberet in cœnobio, non essent ei tot excogitata mala. Sed nos nolumus tam sinistre de eo suspicari, sufficiat nobis quod doctrina eius non est sana, cui credamus. Retrahit nos tamen haud parum malum noui Apostoli exemplum. Apostoli reliquerunt vxores, vt expeditiones essent & securiores in rebus euangelij. Lutherus ducit vxorem, vt non sibi sit opus lasciuiētem carnem castitatis lege domare, Et tū vult nouus Apostolus audire, Apo-

Luth. bis
apostata.

Luth. q̄
tū ab a-
postolis
discrepet

stoli Christi vt populum docerent euangelium, vniuersum peruagati sunt orbem. Lutherus solū Vuittembergæ & in thalamo cum amasia latitat. Confirmabant Apostoli suas ecclesias etiā inter gentes durissimas, & in medijs periculis, Lutherus non putat sibi satis consultum, vt inuisit vel inter Christianos. Hinc est quod multæ sectæ sub vno militent Luthero, quæ parum inter te in doctrina euangelij concordāt. Et fere tot sunt opinioniones, quot sunt homines, quorū dominatur Lutherus. Forte iam satis multa extra causam, solum hoc sufficere poterat, vt excusaremus Episcopos, quos isti accusant oppressionis suæ doctrinæ, multis modis periculosa, & quod huius doctrinæ ministros si quando nolūt Catholicæ sub scribere sententiæ, iuste occidant.

¶ Secundum quod dicunt, non esse necessariū ad salutem, vt obediatur ecclesiasticis cōstitutio nibus, nemo non improbat, præsertim q̄ sacra Scriptura aperte eum testetur contemnere deum, qui iustis prælatorū decretis nō paruerit. Qui vos spernit, inquit, me spernit. Et: Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, & damnationē sibi as cisit. Et q̄ nedū propter timorē sed & propter conscientiam maioribus obediendū sit. Imo ipsi aduersarij inferius in Confessione palam docent, Episcopis, qui suæ potestatis limites nō excedūt, necessario & de diuino iure parendum esse iuxta vocem Christi: Qui vos audit me audit. Farentur etiam q̄ ad eorum spectet officiū cognoscere de doctrina, vt euangelio cōsentanea doceatur, dissentanea reiiciatur, & quod eorum sit, impios, quorū nota est impietas, a communione ec

II.

Lucæ. 10.

Rom. 13.
Episcopis
quatenus
obediendū
sit.

Lucæ 10

DE TRADITIONIB:

electæ arcere. Quod si vt vere afferunt, de diuino
 iure legitimis Ecclesiæ præceptis q̄ nō sūt nisi ab
 Ep̄is, necessario obtēperatur, cur hic cōtrariū do-
 cent, quod nō necessario eis obediāt? Si hæc non
 pugnant, nulla inter se pugnant. Si ad Ep̄os perti-
 ner, vt de doctrinā cognoscāt, q̄ sana sit, q̄ insa-
 na, cur accusant eos, quod cogūt suos sacerdotes
 hoc pessimum doctrinæ genus vel abijcere vel iu-
 gulum exhibere? Certe alteri necessarium est vt
 vel sanam doctrinā accipiant vel pereant. Iubēt
 em̄ eos perire Cæsareæ leges, quæ, vt ipsi dicunt
 aduersarij & nos similiter fatemur, habēt man-
 datum dei, vt iuste pereant, quorum contagione
 cæteri infici possent.

III

Quibus
 traditio-
 nibus pla-
 cetur de-
 us.

Ezech. is
 Zach. i.

Obediē-
 tia deus
 placat, in
 obediētia
 offēditur.

Tertium quod suos admonent, nempe quod
 traditiones ad placandū deum & promerēdum
 grām & satisfaciendū pro peccatis, institutæ eū-
 gelio aduersentur, impiū est & erroneū. Diuina
 em̄ testimonia, quorū irrefragabilis est autori-
 tas, palam indicāt deum p̄nia, eleemosynis, oꝛo-
 nibus, ieiunijs placari, quodq̄ eisdē grām prome-
 reamur, & pro peccatis satisfaciamus, iuxta vo-
 cem dñi in Ezechiele: Si impius egerit p̄niam ab
 om̄ibus peccatis suis quæ operatus est, &c. Et in
 Zacharia: Conuertimini ad me & ego conuer-
 tar ad vos. Exploratum quoque est deum man-
 dasse vt obediāt p̄positis. Qd̄ si feceris, explesti
 voluntatē et mandatū dei: si neglexeris non parui-
 sti mādato dei, sed q̄si deū spreuisti ī p̄lat̄is. Sane
 si in negligēdo p̄latū deū dehonestas & offēdis,
 in obediēdo eidē deū colis & placas: si in obediē-
 tia irascit̄, vtq̄ obediētia reconciliatur. Sequitur
 igitur q̄ traditiōes & vota ad recōciliationē, ad

satisfactionē, ad gr̃æ susceptionē inducentia ni-
 hil repugnent euangelio, neq; inania sint. Si hu-
 manæ traditiōes ad placandū deū ad promeren-
 dam gr̃am & satisfaciendū pro peccatis, institu-
 tæ, euangelio qđ isti gñatim de oībus dicunt, ad-
 uersant, percipio scire q̃ euangelio cōsonent, nū
 illæ q̃ temporaria magis quā cœlestia nos docēt
 inuestigare? num q̃ externa magis quam interna
 promouēt? num q̃ humanā magis quā diuinam
 offensam nos docēt mitigare? Certe Paul. dicit,
 potestātē datam esse in ædificationē. In quā pu-
 tas ædificationē, spūalem an corpalem? virtutū
 an diuitiarū? Nemo facile sine euāgelij iniuria di-
 xerit, qđ ob corporalium rerū cōmoda pt̃as insti-
 tuta sit in ecclesia: sed magis dicit qđ ad hoc p̃sit
 vt hoīes doceat gratiam dei quærere, p̃nia Deū
 placare, vitia extirpare, virtutes inserere, vt gra-
 uitatē poenarū, ineffabilitatē gaudiorū denūtiat:
 sicut ait in Ezechiele spūss. Et tu fili hoīs specu-
 latorē dedi te domui Israel, &c. Et ad Hieremiā
 dicit dñs: Ecce constitui te hodie sup̃ gēres & sup̃
 regna, vt euellas & destruas, & disperdas & diffi-
 pes & ædifices & plātes. Et in hāc prouinciā post
 prophetas designati sunt Apostoli, euāgelistæ, pa-
 stores, & doctores sicut ait Apost. ad cōsumma-
 tionē sanctorū, in opus ministerij, in ædificationē
 corporis Christi. Ad vitiorū extirpationē, ad vir-
 tutū insitionē, ad offensæ diuinæ placationē p̃ri-
 nēt oēs illæ platorū traditiōes, ordinatiōes, decre-
 ta. Quæ si cōtēnas, p̃inde eēt ac si vitia in te nolīs
 extirpari, virtutes inseri, & deū tibi placari. Vide
 ergo quā viles sint traditiōes illæ, q̃s isti docēt ad
 placandū deū, ad satisfaciendū pro peccatis, ipotentes

Pt̃as da-
 ra in ædi-
 ficationē
 spūaliū
 rerum

Ezech. 3
 Hier. i

Eph. 4

DE TRADITIONIB.

esse & elumbes. Addit quoque non parum roboris nostræ sententiæ quod omnes traditiones, quæ aduersarij odio catholicorum semper humanas vocant, diuino spiritu, qui in legitimis patrum synodis, ubi istæ fiunt, præsentissimus est, statuunt. Et nos arbitramur spiritum sanctum non minus adesse patrum Concilijs quam adfuit concilio illo Apostolorum, de quo legimus Actuum capite quintodecimo.

¶ Aduersarij.

¶ Tunc scriptura vocat traditiones doctrinas dæmoniorum, quando docetur quod sint cultus utiles ad promerendam remissionem peccatorum & gratiam, & cæt.

¶ Responsio Catholica

Traditio Recipimus scripturam quasdam hæretico-
 nes Eccle rum traditiones doctrinam dæmoniorum appel
 lig doctri lantem, sed damnamus istorum opinionem, qui
 na demo fingunt traditiones patrum spiritu sancto autho
 niorum re institutas, tunc doctrinas esse dæmoniorum,
 vocari quando docetur, quod sint cultus utiles ad pro
 non pos merendam remissionem peccatorum et gratiam
 sunt, vt suum hæreticum institutum statuunt, quo do
 cent sola fide in Christum remissionem peccato
 rum contingere. Nam hic nihil aliud quam sua
 placita loquuntur. Nusquam enim in scripturis di
 citur quod iusta patrum decreta non tam huma
 na quam diuina docuisse, dæmoniorum sit doctri
 na, sed sic placet istis Catholicos iniurijs & con
 uicijs lacessere. At nos docuimus quod sine pec-

cato negligi non possint sancta patrum decreta. Si est in negligentia peccatum, certe erit in obseruantia meritū. Et nulla dicendi arte possunt hoc refellere. Si autem in obseruantia meritum est, quod nemo negare potest, quo modo non conferent ad remissionem peccatorum & ad gratiā promerendam? Neque qui traditiones illas diuino spiritu institutas dicunt ad remissionem peccatorum, & gratiam promerendam pertinere, Iudaizant, quod isti nequiter dicunt, neque doctrinis demoniorum obruunt euangelium, neque constituunt aliū mediatorē quā Christum, sed docēt euangelium sed sana doctrina illustrāt gloriā Christi, sed vni cum agnoscunt mediatorē Iesum Christum, qui est propitiatio pro peccatis nostris. Si audit Christū qui prælatus audit, si spernit Christū qui prælatus spernit, utique qui maiorum decreta contemnit, decretorum Christi temerator est, & omnino vna damnatio est, decretorum Christi, & præuaticatio traditionum quas constituerunt per spiritum sanctum orthoxi patres. Vt igitur præceptis Christi obtemperare utile imo necessarium est ad salutem & ad promerendam gratiā, iuxta illam Christi vocem: Si vis ad vitam ingredi serua mādata: ita iuxta ecclesiastici magistratū scita obseruare ad salutem adeoque ad remissionem peccatorum facit, & contemnere, haud parum animæ incommodat, & habēt istæ traditiones mandatum dei vt fieri debeant, alioqui non dicitur: Obedite præpositis vestris & subiaccete eis ipsi enim peruigilant &c. Et: Quæcunq; dixerint vobis, facite. Si in hac causa Christo obsequimur, nimirum oportet aliquod esse obsequij bra

Matt. 19.

Heb. 13. 1

Matth. 23

DE TRADITIONIB.

uium, videlicet remissionem peccatorum & gratiam, quæ hac ratione promerent. Et multæ sunt traditiones patrum, quæ ad satisfactionem pertinent, quæq; ad eã vtilissimæ sunt, adeo vt sancti eas ad vnguem obseruari voluerint, quasi hæ maxime ad remissionem peccatorum & ad gratiam promerendam pertineant. ¶ **S**upra longa disputatione docuimus, quod quidem gratis iustificemur per Christum, sed non omnino sine nostra opera. Nam & ipse iustificator noster reqrit a nobis, vt pœnitentiã præteritas peccati maculas abluamus: exigit vt in nos peccantibus ignoscamus, ne nobis veniæ apud deum non pateat ostiũ. Et præerea dixim⁹ quod ob hoc ipse Christus nihil imperfectior sed multo absolutissimus mediator sit atque saluator, vtpote qui in nobis operetur quæ sancta sunt & qui patiatur nos secum nostram operari salutem. Et quod tam immensæ bonitatis sit, vt quicquid eo adiutore facimus bene, nobis ascribat, faciatque sua dona nostra merita, quibus nos & remuneret & saluet, & quod omnia nostra opera qualiacunque tandem sint, inefficacia sint & oleant sine Christi meritis. Quia igitur hæc supra copiose explicuimus, non est quod ista nos hic rursus cogant, vt vel inuiti acta agamus. Si demas ex hac Apologia aduersariorum verba, mendacia, conuicia blasphemias, bone deus quantum erit reliquæ Iacto falso fundamento, oportet sane reliqua omnia mendacia esse. Fundamentum, quod docuimus falsum esse, fuit quod sola fide propter Christum iustificemur, & huic sane omnia quoad potuerunt, concordarunt, Et vt hoc statuunt,

Cultus
quomodo
sint v-
tiles ad
iustific.

ſæpenumero ſine ratione, ſine iudicio, ſine ſcripturis, ſine patrum testimonijs, turpiter epilogizant Et hac inani multiloquentia putant ſe Catholicorum ſententiã & authoritatem fracturos, q̄ non fregerint etiã ſi ipſam loquentiã loquacitate vincant. Sed redeamus vnde digreſſi ſumus.

¶ Aduerſarij

¶ Paulus inquit ad Galat. Euacuati eſtis a Chriſto qui lege iuſtificamini, id eſt ſi ſentitis vos mereri obſervatione legis, vt iuſti coram deo reputemini, nihil proderit vobis Chriſtus.

¶ Reſponſio Catholica,

¶ Bella plane verborũ Apoſt. exegeſis, ſi quis eam accipere velit. Paulus vt palam docet cõtextus, loquitur his qui cum obſervatione euangelij putabant Moſaicæ legis obſeruantiam ad rẽ pertinere, quaſi lex Chriſti infirmior ſit, quã q̄ ſola iuſtificare & ſaluare poſſit. Paulo em̄ ante dixerat: Si circũcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Iſti effrontes hoies aduerſus oĩm, q̄ ſacras litteras tractarunt, ſententiã ita torquent dictum Pauli, vt vel ex obſervatione legis Chriſti nemine iuſtitiã & ſalutẽ poſſe conſequi dicant. Sed qd hoc poſſet eſſe abſurdius? quid periculoſius? Nã affirmare, quod lex Chriſti ſuis obſeruatorib. neq̄ iuſtitiã neq̄ ſalutẽ afferat, Chriſtum legis euãgelicæ latorẽ blaſphemare eſt, & gloriã eius obſcurare. Perinde enim eſt, ac ſi imperfectam mutilãq̄ tradidiſſet legẽ: tradidiſſet mãdata, quorũ obſeruatio neq̄ remiſſi, peccatorũ. neq̄ iuſtitiã,

Paulum
adulterãt

Galat. 5.

DE TRADITIONIB.

neq̄ salutem mereretur. Si non meretur eorum
 obseruatio peccatorum remissionem quam ad-
 uersarij soli fidei attribuunt, eadem ratione non
 merebitur transgressio damnationem, & labas-
 cit totum euangelium. Vide nunc quam dexteri-
 ter isti nobis Paulum exposuerint. Certe dominus
 in **Leuit. 18.** Custodite inquit leges meas atq̄ iu-
Ezec. 20. dicia, quæ faciens homo uiuet in eis. Et in Eze-
 chiele: Dedi eis præcepta mea & iudicia mea o-
Prouer. 7. stendi eis, quæ faciens hō uiuet in eis. Et in Prouer-
 bijs spiritus sanctus: Serua mandata mea & vi-
Manda- ues. Frequenter in scripturis diuinorum obserua-
ra qui ob- toribus mandatorum vita promittitur, & isti no-
seruant lunt, quod statua mus, nos coram deo ex obseruā-
vita pro- tia legis Christi iustitiam & remissionem pecca-
mittitur. torum mereri. Sed qualis inquis vita promitteba-
 tur illis, corporalis an spiritualis aut utraq̄? Sa-
 ne deus spirituali magis vita, quam corporali de-
 lectatur. Viuebant enim naturaliter multi Iu dei
 & omnes in vniuersum gentiles, sed vtriq̄ man-
 datorum dei temeratores. Etiam si nonnullorum
 dei mandatorum publica transgressio antiquitus
 sola morte expiabatur, non tamen æque singulo-
 rum transgressio mandatorum, quod docent fur-
 ti, detractionis, odijq̄ peccata. Igitur diuinæ legis
 obseruatoribus nō tantum corporalis, sed & spi-
 ritualis vita & æterna pollicebatur. Id quod &
 ipse apud euāgelistā testatur Chr̄s: Si vis ad vitā
Matth. 19 ingredi serua mandata. Et legis ille peritus vbi
 consulisset Christum quid potissimum esset ad
 cœlestis regni adeptionem, necessarium, iulere-
Lucæ. 10. turque ipse respondere quid legisset, audiit: Hoc
 fac & viues, manifeste insinuando, quod in pri-

mis opus sit ei qui seruari velit, legis obseruatione: & isti tamen impudentes homines dicunt quod sola fide saluemur sine villo opere. Sed omnibus hisce nugis quas hic de lege, de fide, de iustificatio-
ne replicant aduersarij, supra longa disputatio-
ne obuiauimus.

¶ Aduersarij.

¶ Nulla traditio a sanctis patribus. hoc consilio instituta est vt mereamur remissionem peccatorum aut iusticiam, sed sunt instituta propter bonum ordinem in Ecclesia & propter tranquillitatem.

Hic nihil est veritatis

¶ Hic quia sine vlla probatione manifeste falsum docent, nulla sunt responsione digni: constat enim instituisse sanctos patres, vt saltem vel semel ad minus annuatim omnia peccata nostra sacerdoti proprio confiteamur, vtrique semel annuatim eucharistiam saltem accipiamus. Cur ita, nisi vt per sacramentorum bonum vsum gratiam mereamur & remissionem peccatorum. Constat proinde & ferias aliquot ab Ecclesia esse institutas non ob aliud, quam vt positis temporariarum rerum curis deo liberius vacantes gratiam & remissionem peccatorum peteremus, petentes acciperemus. Eadem ratione indicta sunt ieiunia, solennes preces, & canonicæ laudes, vt huiusmodi medijs diuinam gratiam & remissionem peccatorum ab vnico mediatore nro Christo mereamur. Et hanc certissimam & euangelicam sententiam tenebunt Catholici, etiam si

Traditiones cur instituta.

DE TRADITIONIB.

Doctrina infaniant omnes in vniuersum aduersarij. Sic pre-
veriss. de dicabunt fidem vt tamen opera non excludant.
fide & o- Sic efferēt opera, vt tñ fidem non exinaniant, vt
peribus. Christo, vt Euangelio sius seruetur honos.

¶ Aduersarij.

¶ Et vt velit alijs instituere certa ope-
ra ad promerendam remissionē peccato-
rum aut iustitiam, quō sciet illa opa Deo
placere, cū non habeat testimonium ver-
bi Dei.

¶ Tantum hic fortasse vtiliter dixero, quā san-
cti patres maiores nostri, imo Catholica ecclesia
vel externo nonnuq̄ vel nonnunquā interno ver-
bo, quo nūquam priuatur, iuxta vocem Christi,
ordinat quædam, quæ certum est cum ad gratiā,
rum ad remissionem peccatorum accipiendam,
vtilia esse & accommoda. Et hæc qui bene Chri-
stianus est, non modo credere sed & opere exple-
re tenetur, vt hac ratione fiat voti sui compos.

¶ Aduersarij.

¶ Nonne vbiq; prohibet in prophetis
instituere peculiare cultus sine suo man-
dato. Ezech. xx. In præceptis patrum ve-
strorum nolite incedere, nec iudicia eorū
custodiatis, nec, & c.

¶ Responsio Catholica.

¶ Vnum locum ex prophetis citant aduersa-

rii, & tamen confidenter dicunt: Nonne vbiq;
 &c. Et idem citatus locus imperat, vt obserue-
 mus iustas patrum traditiones, tantum abest vt
 prohibeat ne obseruemus. Quando enim mādat
 p̄ prophetā ne malam patrū suorū vitam imitē-
 tur, addit vt legē dei obseruent. Sed vt elucescat
 magis quid dixerit hic dominus, commodum fue-
 rit vt latiorē faciamus huius dicti exegesis. Pau-
 lo itaq; superius quam ista diceret propheta ex p̄-
 sona domini, etiam sic ait: Ego leuauī manū me-
 am super eos in deserto ne inducerem eos in terrā
 quam dedi eis fluentem lacte & melle præcipu-
 am terrarum omnium, quia iudicia mea pro-
 iecerunt, & in p̄ceptis meis non ambulauerūt, &
 sabbata mea violauerunt, post idola enim cor eo-
 rum gradiebatur. Et Paulo post: Dixi autem ad
 filios eorum in solitudine: In præceptis patrum
 vestrorū, & cætera quæ sequuntur. Quis est tam
 obtusi acuminis, qui non videat, mala fuisse pa-
 trum istorum studia & pessima iudicia, vt iure fi-
 lij abstineantur, ne patrum vestigia sequantur?
 Quod enim magis impium potest esse iudicium,
 quam quod contempto deo præcipiatur, vt ido-
 la vanissima sequantur homines. Et vt horū ni-
 mirum pessima traditio pessundanda erat, ita iu-
 re contemnuntur decreta pessimorum ecclesiæ p̄-
 latorum. Et hoc quoque nos ingenue dicimus,
 perdunt enim quos seruare debuerāt. At hinc nō
 sequitur, quod iusta maiorū p̄cepta cōtemnere de-
 beamus, imo contrariū prorsus præcipitur, cum
 dicitur: In præceptis meis ambulate & iudicia
 mea custodite. Et iusta Eccī senatus p̄cepta parē

Locus ab
 aduers. ci-
 tatus ad-
 uersuseos
 pugnat.

Ezech. 20

Ibidem

Traditio-
 nes malæ
 nō ligant

DE TRADITIONIB.

Matth. 23
Lucæ, 10.

Luthera
norum
impia ca
uillatio.

obedientia vt sua obseruari voluit, iuxta illud:
Quæcunq; dixerint vobis facite. Et qui vos au-
dit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Si ob-
seruatio mandatorum dei, quod nemo catholice
inficiari potest, meretur gratiam & remissionem
peccatorum, oportet vt & sancta Pontificum sci-
ta, quæ non aliter atque sua mandata obseruari
voluit Christus, mereantur remissionem pecca-
torum & gratiam. Et omnino non custodit iudi-
cia dei, qui inuiolabilia patrum non facit præce-
pta. Hic plane Iudaizant aduersarij, quando di-
cunt, quod vna ratione Ecclesiasticæ & oim gē-
tium & Ieroboami traditiones approbandæ sint
Nam si agnoscerent spiritum sanctum Ecclesiæ
dei esse moderatorē & quod nihil p̄ter eius singu-
larē assensum statuañt in Ecclesia, nō tā prinacit̄
neq; tā inuerecūde dicerent: idē ius esse gentibus
& Israelitis statuendū cultus ad promerendā gra-
tiam & remissionem peccatorum vtiles, quibus
tamen nihil cum CHRISTO, nihil cum spiritu
sancto, nihil cum Christiana fide commune est.
Sed sic verbis tantum volunt errorem suum, ne
putetur error esse, protegere. Nam omnia quæ ci-
tant, aut torquent aut data opera corrumpunt.
Et infiniti esset laboris etiam minutiora detege-
re: Catholicam sententiam satis adiuuero, si ea
quæ videntur aliquid habere roboris, quoad pos-
sum, ex dorsu auero.

¶ Aduersarij

¶ Paulus ad Coloss. plane dicit: Nemo
vos iudicet in cibo, potu, aut stato festo,
aut nouilunio, aut sabbatis, quæ sunt vni

bra futurorum, corpus autē Christi. Hic simul & legem Mosi & humanas traditiones complectitur.

¶ Responſio Catholica.

¶ Quis hic non admiretur prudentium iſtorum ſcilicet hominum exoculationem. Si in tam clara luce offenderēt Catholici, o deū immortalē quoties aſini, quoties nebulones, audirent. Sed nolumus cōuiciū cōuicio cōpensare. Sine vlla ſcriptura, ſine vllō teſtimōio, imo aduerſus ipſius dicti, quod citāt veritatē, nedū absurda ſed & rā manifeſte falſa inferunt, vt nemo eorum falſam ſtructuram non videat. Dicunt hac ſententia Pauli verba adulate-
 lum ſimul & legem Mosi & traditiones humanas complecti, cum tamen Paulus palam indicet, ſe de veteris legis obſeruantijs ſolum locutū. **Pauli verba adulate- rant.**
 Teſtatur enim ea ipſa de quibus loquitur, vmbra eſſe futurorum, non præſentium ceremoniarum, quæ tunc necdum expirarunt. quarum nūc nulla vmbra ſed ipſiſſima veritas emicat, iuxta vocem Pauli: Omnia in figura contingebant illis. **1. Cor. 10.**
 Tam euidenter hic textus de legalibus & vmbra-
 ticis illis ænigmatibus diſputat, vt nemo ſanctorum auſus ſit eum alio referre. Hinc diuus Hieronymus hunc locum exponens, ait: Nullum in hoc iudicium eſt, quod eſt vmbra, & ceſſauit corpore veniente, quia imagine opus non eſt, veritate præſente. Nullam facit hic nouæ legis mentionē. **Hierony.**
 Ambroſius quoque hunc locum ſic abſoluit. **Ambroſ.**
 ¶ Quidam Iudæorum inquit, ſolent iudicare fideles, q̄ ea quæ interdīcta p̄ Moſen ſunt, edant de cibis, cum omnia deus munda fecerit. Indig-

DE TRADITIONIB.

ni autem iudicati Iudæi de his edere prohibi-
 ti sunt a melioribus. Solent iterum reprehendere
 nos quia dies festos eorum spernimus, aut quia in-
 itia mensium non seruamus, quæ neomenias
 vocant, maxime autem quod dies sabbatorum
 non custodimus, vt ocio & epulis cum luxuria
 transigantur, quod magis ad offensam pertinet
 quã ad gratiam. Hæc autem omnia sunt corpus
 Christi, quia elementorum per effectus sunt vo-
 cabula. Hinc est vnde in euangelio dicit: Domi-
 nus est enim filius hominis, etiam sabbati. Per
 ipsum enim omnia, quæ quidem sic data sunt p̄
 Moſen, vt vmbra essent vel figura futurorum,
 vt apparente veritate figura cessaret. Hæc ille,
 sed nihil de humanis traditionibus loquitur, nisi
 forte aduersarij putent legem Moſi humanas es-
 se traditiones. Et Beda putat d. Augustinum hūc
 locum sic voluisse exponere, cum loquitur aduer-
 sus Faustum.

Augusti-
 nus cont.
 Faustum

¶ Patres nostri qui deo placuerunt tenuerunt
 ordinem suum in ipsa obedientia, vt quicquid de
 us temporibus iubendo distribuit, sic obseruarent
 quemadmodum ille distribuit. Itaq; non solum
 carnes ad cibos datos, cum omnes natura mun-
 dæ essent, quasdam tamen nonnulla significa-
 tione immundas illo tempore non ederunt, quo eas
 præceptum non edendi erat, vt talibus significa-
 tionibus futura rerum manifestatione præfigu-
 raretur. Sed & azymum panem & cætera huius-
 modi in quibus fuisse vmbra futurorū dicit a-
 postolus propter quæ tam rei essent illius tēporis
 & illius populi homines, si obseruare contēnerēt
 quando illa sic fieri, & ista quæ nunc reuelata sunt

fic prænuntiare oportebat, quam nos desipientes
 essemus si nunc iam manifestato nouo testamen
 to illas prænuntiativas obseruationes aliquid no
 bis prodesse putaremus. Hactenus Augustin⁹, &
 hactenus super hoc loco recitat eum Beda. Vnde
 affatim doceris quam sinistre aduersarij dixerint
 hunc locum legem Mosis & traditiones sub noua
 lege quas Catholici non tam humanas quam di
 uinas nuncupant, complecti. Et multo melius vi
 dent Catholici in hac causa, quam vniuersus ec
 clesiasticorum scriptorum chorus defendit, atque
 aduersarij nostri qui aut verborum phaleris aut
 personatæ veritati innituntur. Superuacaneū pla
 ne fuerit veritatem multiloquentia adornare, cū
 se ipsa sua maiestate illustret. Hoc tantum dico,
 vt tu magis Catholicis, qui Catholicos proferūt
 testes, quam aduersarijs, qui tātum sua verba di
 cunt, fidem habeas.

¶ Aduersarij

¶ Si euangelium negat ceremonias Mosis
 q̄ erant diuinitus institutæ, iustificare, q̄to
 minus iustificant traditiones humanæ?

¶ Respon. Catholica

¶ Pulchrum plane & ad decipiendum simpli
 ces quosque excogitatum figmentum, sed nō ca
 pientur eo illi quibus est aliquantum acuminis.
 Nusquam euangelium tradit obseruationem ce
 remoniā veteris instrumenti, dum non essent
 abolitæ, ad iustificationem nihil profuisse, imo
 ipse Dominus & legislator præcipuus affirmat
 illas ceremonias sibi tam fuisse acceptas, vt non
 solum obseruatoribus eorum sed & posteris eo-

Ceremo
 niarū ob
 seruatio
 aliquan
 do inuiv
 tiles.

DE TRADITIONIB.

Gent. 28. rum multa bona contulerit: Nam ex scripturis recens est memoria eorum, quæ Isaaco dicebat dominus: Dabo posteris tuis, inquit, vniuersas regiones has, & benedicentur in semine tuo omnes gētes terræ, eo quod obedierit Abraam voci meæ, & cæt. Verum euulgato iam euangelio veteres illæ ceremoniæ non modo inutiles sed & superuacaneæ sunt & quæ sui obseruatorē perpetuo dānent. Et ob hoc tanto studio eas insectatus est apostolus, ne quis puraret eas ad iustificationē pertinere. Isti tam pertinaciter malitiosi & tam malitiose pertinaces sunt, vt quicquid aduersus pernitiosam legalium ceremoniarum obseruantiam dictum esse clarum est, ad iustarum traditionum demolitionem adferant.

¶ Aduersarij.

¶ Nec habent Episcopi potestatem instituendi cultus tanquam iustificātes aut necessarios ad iustificationem. Imo apostoli Actuū. 15. dicunt: Quid tentatis deum imponentes iugum, & cæt. vbi velut magnum peccatum accusat Petrus hoc consilium onerandæ Ecclesiæ. Et ad Galatas 5. vetat Paulus, iterum seruituti subijci.

¶ Responsio Catholica

¶ Hanc aduersariorum sententiam si simpliciter veritas, & dicas: Habent Episcopi potestatem instituendi cultus tanquam iustificantes & necessarios ad iustificationē, nihil omnino pecces imo

catholicam protuleris sententiã. Constat enim apud legitimos ecclesiarum Episcopos, summã esse definiendi, statuendi, quæ cum ad politiam tum ad animarum salutem pertinent, & quod apud eos potestas sit in ædificationem corporis Christi mystici quod est ecclesia, ad istaurationem seu consummationem sanctorum in opus ministerij, donec occurramus oēs in vnitatem fidei & agnitionis filij dei, in virg perfectũ. Aduerte oĩa quæ apostolus memorat ecclesiæ ministrorum nomia, & vide quã *δ'is δ'ia πασών* pugnent cū singulorum etymologia, præcipue tamen aduerte quam parum erit *ἐπίσκοπος*, qui Episcopi nomine insignitur, si non licebit ei instituire cultus ad iustificationem, ad salutem suorum necessarios. Neq; recte dicetur ille suis *ἐπίσκοπος*, q non corrigit deuiantes, qui non sanat ægrotantes q nō pascit esurientes. Si hic dicant aduersarij, q ad hæc omnia sufficiat verbum dei, respondebimus etiam apostolos decreuisse nonnulla ad salutem animarum vtilia, quorum ne vnus quidem apex in sacris literis habebatur, & quod Apost. & huius tempestatis epōr; vna sit autoritas, & quod decretorum quæ vtriq; statuerūt, similis sit transgressio. Quanquam quid hic longa altercatione opus est, cum isti negent non modo Episcoporum & apostolorum decreta sed & euāgelicorum obseruationem præceptorum ad iustificationem pertinere. Tam inuerecundi sunt & proceres aduersus veritatem, vt suum de sola fide iustificante errorem statuunt. Quod ex Actis apostolicis proferunt, iterũ legales ceremonias respicit, & nihil incommodat nostro instituto. Sic em̄

Ephē. 4:

Episcopo
vnde dicatur.

DE TRADITIONIB.

Act. 15.

legis ibi; Surrexerūt quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt dicētes, quia oportet circūcidi eos, præcipere quoq; seruare legem Moisi. Cōueneruntq; apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres vos scitis qm̄ ab antiquis diebus deus in nobis elegit per os meum audire gentes uerbum euangelij & credere. Et qui nouit corda deus testimonium perhibuit dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, et nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. De circūcisione, quod audis, & de alijs legis oneribus loquitur: nam uerbo utitur præterito, nempe potuimus, alioq; si de traditionibus, quæ auctore spiritu sancto in ecclesia statutz sunt, loqueretur uerbo uteretur futuri temporis uidelicet poterimus. Oportebat hic aduersarios omnia incōmoda prius prospicere, quā aduersus ueritatē euangelicam & episcopalem auctoritatem definirēt. Nam ex hoc eodē capite, quod nobis demonstrarūt, colligimus argumentū, quod eorū sniam quā putabāt irrefragabilē, prorsus labefactat. Nam ex gentibus ad Chr̄m conuersis sic scribebāt apostoli: Visum est sp̄i sc̄to & nobis, nihil ultra imponere uobis quā hæc necessaria, ut abstinere uos ab immolatis simulachrorū & sanguine & suffocato & fornicatiōe, a quibus custodiētes uos bñ ageris. Apostoli isti primi in religiōe Christiana fuerūt Ep̄i, fuerūt & hoies sicut nostrates Ep̄i, sed tñ decreuerūt ista q̄ erant ad iustificatiōē ne-

Suo se iugulāt gladio.

Qui fuerūt Apostoli nunc sunt Ep̄i.

cessaria, quæ si cōtempserint quibus ferebantur arguēdi essent vt diuinæ legis præuaricatores, & quod sequitur, non potuissent iustificari etiam si bene crederent. At si forte hic obijciāt aduersarij quæ hæc ob Iudgorū scādālū obseruatu fuerint necessaria, nihil refragabimur, nam & hoc modo iuuat institutū nostrū. Valde enī necessariū est vt caueamus ne quæ fratrū verbo aut factio offendam⁹. Væ enim homini est iuxta vocem Christi, per quæ scādālū venit. Et Paulus: Qui propter cibum scandalizat fratrem suum, nō secundū charitatē ambulat. Qui nō ambulat secundū charitatem, non iustificatur sed manet in morte culpæ. Iusserunt igitur ista Apostoli, vt ea quæ ad salutē essent necessaria, tantū abest vt noluerint nos traditionibus, quæ instinctu spiritus sancti sūt ceu ad salutē non necessarijs obedire.

¶ Nam quod Paulus dicit: State & nolite iterū iugo seruitutis contineri, nō cogit nos ne sanctis patrum decretis obtemperemus, alioq; ipse secū pugnaret Apostolus, alio loco dicens: Obedite præpositis vestris, & c. Et alio loco: State & tene traditiones quas didicistis & c. Et accusandus esset insanæ doctrinæ, nā vt fert Lucas: præfatis cū Sila & Timotheo ciuitates, tradebāt eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apost. & senioribus quæ erāt Hierosolymis. Nā nō est credendum Paulū aliter hic aliter alibi docere voluisse. Iugum igitur quod non vult fideles Christi onerari, onus est legalitū ceremoniarū & iniqratū, quibus prius forte fuerāt irretiti. Et hinc palā pronūtiat. State, in fide videlicet & in iustitia, & nolite iterū iugo seruitutis contineri: perinde atque diceret:

Matt. 23.
Roma. 14

Gal. 5

Heb. 13
2, Theff. 3

Actu, 16

State &
nolite, &
cat. quæ
exponi
debeat.

DE TRADITIONIB:

Fuistis antehac graui peccatorum pondere onerati, cum peccatorum essetis serui: satagite deinceps, quando vos deus sua gratia dignatus est, ne eisdem iterum vicijs ceui iugo opprimamini. Hæc est germana istorum verborum exegesis, quam etiam aduersarij, si nollent esse obstreperi, sequi debebant.

¶ Articulus Confessionis sextusdecimus

¶ De rebus ciuilibus docent quod legitimæ ordinationes ciuiles sint bona opera dei, quod Chřianis liceat gerere magistratus, exercere iudicia, iudicare res ex imperatorijs & alijs p̄sentibus legib. supplicia iure constituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iusiurandum postulantibus magistratibus dare, ducere vxorem, nubere.

¶ Damnant Anabaptistas qui interdunt hæc ciuilia officia Christianis. Damnant & illos, qui euangelicam perfectionem non collocant in timore dei & fide, sed in deserēdis ciuilibus officijs, quia euangelium tradit iustitiam æternā cordis. Interim non dissipat politiam & Oeconomiam, sed maxime postulat obseruare tanquam ordinationes dei & in talibus ordinationibus exercere charitatem,

Iraq; necessario debent Christiani obedire magistratibus suis & legibus, nisi cū iubeant peccare, tunc etiam magis debent obedire deo quam hominibus Actuum 5.

HVnc articulum, a doctrina Catholica nihil discrepantem libenter recipiunt Orthodoxi, præcipue tamen quod vident aduersarios eadem approbare, quæ ante damnauerant, videlicet quod humanas traditiones hic obseruandas esse docent propter æternam cordis iustitiam, quas paulo ante dicebant nihil ad iustificationem facere. Cum dicunt & quidem Catholice, quod fideles diuino iure tenentur suis magistratibus parere nisi eos peccare cogant, docent nos iterum quod non debeamus iustis maiorum decretis rebellare, ne peccemus cum in deum, qui hoc præcepit, tum in proximum, qui vice dei in ecclesia præsidet. In altera articuli istius parte nesci rem quos damnarent præter Anabaptistas, nisi in Apologia Monachos suo more vexarent, quasi isti docuerint euangelicam perfectionem collocatam esse in deserendis ciuilibus officijs, & non in timore dei & fide, id quod calumniandi anio, utq; suorum anios odio aduersus Monachos inflament, nugant. Nā nunquā docuerūt Monachi perfectionem esse in deserendis ciuilibus officijs, in rerum abdicatione aut communionem, sed dixerunt ista adminicula esse contingendi ad veram perfectionem. Quoruſquisq; enim est qui in falsis, in magistratu, & in rerum ciuiliu tumultu, mentem habet tam pacatam, tam quietam, tā

Alii hic docent atque alibi

Perfectio in quibus rebus posita.

DE COMMV. RERV M

a mundanarum rerum ambitu liberam, quam habent boni monachi, qui in summa quiete vitam viuunt in terris cœlestem? Non hoc dico qđdamnem rerum publicarum administrationem sed vt Monachatum ei præferam. Sunt enim varij & distincti in ecclesia gradus. Porro illud prorsus præterisse quod in Monachos falso iaculatur aduersarij, forte haud vicio caruerit.

¶ Aduersarij

¶ Monachi multas perniciosas opiniones sparserunt in Ecclesiam. Vocauerunt politiam euangelicam communiõem rerum, dixerunt esse consilia, nõ tenere proprium, non vlisci. Hæ opiniones valde obscurant euāgelium & regnum spirituale & sunt periculosæ rebus publicis.

¶ Respon. Catholica

¶ Hic declarant aduersarij quomodo affecti sint Monachis, nam aperte acuunt enses & gladios, quibus eorum capita amputent Principes & magistratus. Sic enim fere dicunt: Monachi docent quod consilium sit non habere proprium, non vlisci, & idem docent nunc Anabaptistæ, qui tantum tragœdiarum germanicæ religioni excitarunt, iustū igitur fuerit vt vna pereant sententia, qui vnus sunt opiniõis. Et in decretis conciliabuli Marpurgeni sub paragrapho, de magistratu, Monachos plane cū Anabaptistis cõiungit. Vt vt doceat Monachi, cõpertū est qđ Apo.

vbi relictis seculariū reꝝ labyrinthis, Chr̄m seq̄rē
 ter nihil sibi referuarūt, sed de his q̄ forte Christo
 offerrent fideles, cum Christo victitarunt. Et Hie
 rosolymis fuisse sub Apostolis religiosos, q̄ se o-
 manibus denudassent facultatibus & cōmunibus
 viuerent, docet sæpe in epistolis suis apostolus &
 in Actis apost. Lucas: vbi & sic legimus: Omnes
 qui credebant, erant pariter & habebant omnia
 communia. Possessiones & substantias vende-
 bant, & diuidebant illa omnibus, prout cuiq̄ o-
 pus erat. Si non est hic euangelicus viuendi mo-
 dus, si repugnat euangelio, vadant cū Christo q̄
 hoc viuendi genus consuluit, & cū Apostolis, q̄
 conuicio eius paruerūt, exoptulatum. Alibi Chri-
 stus etiam nū consulenti se adolescenti bene cōsu-
 luit, dicens: Si vis p̄fectus esse vade & vende oīa
 quæ habes & da pauperibus & habebis thesau-
 rū in caelo & veni sequere me. Istud aut p̄ceptū
 aut consiliū esse facile concedent aduersarij. Si
 dixerint p̄ceptum esse, omnem experientur ad-
 uersus se scripturam dimicantem. Extra con-
 trouersiam est vnīcuique licere, vt suarum re-
 rum dominus sit. Cur hic æque non damnant
 Lutherum, choreæ istius ductorem? qui alicubi
 ita scribit:

Vendere & relinquere omnia nō est cō-
 silium, sed necessarium mandatum.

Cur non damnat se ipse Melanchthon, q̄ in li-
 bro Hypotyposeon vota monastica suggillans,
 pedibus concedit in hanc Lutheri sententiā, dicens
 quod paupertas euangelica ab oībus iure diuino
 exigatur, & q̄ non solū pertineat ad Monachos

Actu. 4

Consiliū
 est nō ha-
 bere pro-
 prium.

Matt. 19,

Lutherus
 & Melā-
 ch. causā
 erroris a-
 nabapti-
 stis dede-
 runt.

DE COMMV. RERVM

Ambro.
Pelargus

Vide nunc vtri maiorem Anabaptistarum collu-
uici erroris ansam dederint. Monachi qui hoc
consilij an isti duo, qui præcepti esse dixerunt. I-
stud prudēter etiā ante nos notauit Ambrosius
Pelargus, qui hic Philippum vehementer flagel-
lat vtpote parum sibi constantem, & parum fel-
citer paupertatem monasticam extenuantem. Si
dixerint consilium esse, vna ipsis & Catholicis
sententia est. Cur ergo dānāt Monachos cū Ana-
baptistis, quorum tam inter se pugnares sunt sen-
tentia? Nam Monachi consilium, Anabaptistæ
dicunt esse præceptum, Causam ob quam ista de
Monachis commētetur, diximus, nempe vt Mo-
nachos omnium principum & totius vulgi inui-
diæ exponāt. Et certe iuxta Monachorum sentē-
tiam, sua vendere & pauperibus dare, consilium
est: Non em̄ dixit Christus: Si vis æternis gaudijs
perfrui, dimitte omnia, et sequere me. Hoc modo
p̄ceptum esset, sine cuius obseruātia nemo salua-
ri posset. Sed dixit: Si vis perfectus esse, vade, vē-
de &c. ac si dicat: non præcipio hoc tanquam ne-
cessarium, sed perfectionem demonstro. Istā Ca-
tholicam expositionem agnoscūt omnes Catho-
lici scriptores, inter quos haud infimum tenens lo-
cum Hieronymus, sic ait Demetriadi: Aposto-
lici fastigij perfectæque virtutis est, vendere om-
nia & pauperibus distribuere, & sic leuem atque
expeditum cum Christo ad cœlestia subuolare, no-
bis imo tibi diligēs credita est dispensatio, quan-
quam in hoc omni ætati, omnique personæ li-
bertas arbitrij relicta sit. Si vis inquit esse per-
fectus, non cogo: non impero: sed propono pal-
mam, ostendo præmia, tuum est eligere, si vo-

Hierony.
ad Dem.

Iueris in agone atq; certamine coronari. Flocci pendimus infantilem Philippi Melanchthōis loquutulei magis quam Theologi exegetim, qui hoc loco in annotationibus nisi male memini, dicit istud esse præceptum personale quod ad istum adolescentem solum pertineat, & quod non pertineat æque ad omnes.

¶ De vltione iniuriarum quid sentiant Monachi poenitus ignoro, neque mea multum interest, quid dicant aduersarij, quos in hoc totos esse video, vt monachos pro sua libidine violenter opprimant, cum vna sit omnium Catholicorū sententia, vt caueat vnusquisq; ne animo vlciscendi, seu priuata vindicta malum malo repenset, & ne iudicibus suas partes stulte auferat. Et i hac causa libere sequitur Chrysoctomum vel illum qui est imperfecti operis author, catholice sic dicentem: Si autem secundum Christi mandatum non resistatur malo & si mali non læduntur, tamen boni permanebunt boni. Et sic mandatum Christi impletur & legis mandatū: Sequitur. Sed dicis quia dignus est ille reperi, q; contra legem percussit. Etiam. Sed tu non es dignus reperi, quia illius discipulus es, qui maledictus, non re-maledixit, percussus non percussit, crucifixus pro crucifigentibus se orauit. Si percussis ergo primum negasti te Christi esse discipulū, non verbis sed factis.

Chrysol.
vel operis
imper
fectæ au-
thor.

¶ Qui sic docet, non consulit vt magistratus gladium non accipiant aduersus reipublicæ & politix turbatores, id quod Lutherum fecisse clarum est, qui eos iubet Christianæ meminisse mansuetudinis, quæ interdicit nobis omne ius bellan-

XVII CONFESS. ARTI.

hi. Quamquam videamus eum vel coactum vel
la vertere & *καλινος εἶναι*. Huic itaq; nō Monachis, huius seditiosi erroris causam, quā defendūt
Anabaptistæ, acceptā referri oportuit. Vide hic
Pelargum libro contra Anabaptistarum errores
vbi clare conuincit Lutherū, quod docuerit Christianis vt Christiani sint in totum interdictum esse
se ius bellandi, quod istius Apologiæ Architecti
odio rabidi nequiter in Monachos de Lutero
transferunt.

¶ **Articulus Confess. decimus septimus.**

¶ **Item docent quod Christus apparebit in consummatione mundi ad iudicandum, & mortuos omnes resuscitabit, pijs & electis dabit vitam æternam & ppetua gaudia, impios autem homines ac diabolos condemnabit vt sine fine crucientur.**

ET hic articulus Catholicus est, & euangelio cōsonus et nulla prorsus indiget rasura. Vt nam daret dominus istis suum spiritum, vt semper Catholice sentirent.

¶ **Articulus Confessio. decimus octauus.**

¶ **De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatē ad efficiendum ciuilem iustitiam, & delibendi res rationi subiectas. Sed nō habet vim sine spiritu sancto efficiendæ iustitię**

dei seu iustitiæ spiritualis, quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei, sed hæc fit in cordibus, cum per verbum spiritus sanctus concipitur. Hæc totidem verbis dicit Augustinus lib. 3. Hypognoticon: Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum in ijs quæ ad deum pertinent, sine deo aut inchoare aut certe peragere, sed tantum in operibus vitæ præsentis tam bonis quàm etiam malis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur, id est, velle laborare in agro velle manducare & bibere, velle habere amicum, velle habere indumentum, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad præsentem pertinet vitam. Quæ oia non sine diuino gubernaculo subsistunt, imo ex ipso & per ipsum sunt & esse ceperunt. Malis vero dico, vt est velle idolum colere, velle homicidium & c.

Mirum dictu quàm libenter hunc articulum, de Desciscitis
 quæ tam diu inter Luth. & nostros controuersum a Luthe.

DE LIB. ARBITRIO

est, excipiant Catholici. Precantur etiam nunc de
um Op. Max. vt sicut hic Luthero renūtiat, ita
ab omni errore resipiscentes redeant ad vnitatē
ecclesiasticam. Longe aliter sonat iste articulus
atque illa Lutheri assertio, quæ est inter assertio-
nes numero trigesima sexta.

¶ Liberum arbitrium post peccatum
res est de solo titulo, & dum facit quod in
se est, peccat mortaliter.

¶ Qui hic Luthero fidem habuissent ab omni
bus honestis studijs semel auocati, sese totos suis
libidinibus exponebant. Nam si concupiscentijs
& peccatis intentassent bellum, persuadebant si
bi quod hac ratione mortaliter peccarent. Sed
non est operæ precium vt huic nos assertioni mul-
to perniciosissimæ opponamus, nam isti nostri
aduersarij in Apologia eam satis refellunt pro
nobis.

Libero ar-
bitr. mul-
ta hic tri-
buunt.

¶ Habet inquit, humana voluntas
libertatem in operibus & rebus deligen-
dis, quas ratio per se comprehendit. Pos-
test aliquo modo efficere iustitiam ciui-
lem seu iustitiam operum, potest log de
deo, exhibere deo certum cultum exter-
no opere, obedire magistratibus, parenti-
bus in externo opere eligendo, potest cō-
tinere manus a cæde, ab adulterio, a furto
Cum reliqua sit in natura hominis ratio,

& iudicium de rebus sensui subiectis, reli-
quus est etiam delectus rerum & libertas
& facultas efficiendæ iustitiæ ciuilibus.

¶ Audis nunc quantum isti concedant libe. ar-
bitrio, volue reuolue omnia Catholicorum scri-
pta, dispeream, si plus a nostris libero arbitrio at-
tributum sit, quam isti attribuunt. Vbiunq; er-
go offendes quod Catholicos cū Pelagianis cō-
ferunt, vbiunq; offendes quod dicant Catholi-
cos docere hominem posse deum diligere super
omnia, & præcepta dei facere, mereri gratiã et c.
mendacium esse agnoscito, ob hoc solum excogi-
tatum, vt suis fidem faciant, nostrisq; misere im-
ponant. Sed quando ita visum est, pergant menti-
ri et in hac præsertim acie cinctuti milites omnes
vires suas experiantur. A monachis facile serent
palmam, veritatem autem & conscientiam re-
cti, quibus obarmati sunt, etiam si furore rum-
pantur, nunquam occident.

¶ Articulus Confess. decimus nonus.

¶ De causa peccati docent, quod tamē
etsi deus creat & conseruat naturam, tamē
causa peccati est volūtas malorum, & dia-
boli & impiorum, quæ nõ adiuuante deo
auertit se a deo, sicut Christus ait Iohan-
nis. 8. cum loquitur mendacium ex pro-
prijs loquitur.

VNA omnium sententia vt duo præceden-
tes, hic articulus receptus est, & omnino
vacat periculo, Sed non item qui hunc im-

XX CONFESS. ART.

mediate sequitur.

¶ **Articulus Confess. vigesimus.**

¶ **D**ocent quod opera nostra non possunt reconciliare deum aut mereri remissionem peccatorum & gratiam & iustificationem, sed hanc tantum fide consequimur, credentes quod propter Christum recipiamur in gratiam, qui solus positus est mediator & propitiatorium, per quem reconcilietur pater.

Speruacaneum fuerit huc omnia adnotare, quæ hoc loco in Confessione loquuntur magis quam docent aduersarij. Et si non fuissent sui obliti, derelinquere poterant totum istum articulum, nihil aliud ineptientem, quam quod quartus hæretice nobis molitus est inculcare. Nam hic & ibi dicunt quod sola fide propter Christum recipiamur in gratiam. Sit igitur quarti articuli & vigesimi vna censura. Præterea quando articulo sexto plane docuimus, quam parum imo quæ nihil operibus tribuerint Lutherus & isti eius asseclæ, non est operæ precium, ut etiam excusationem, qua se apud populum putant purgare, referamus. Lutherus enim, quem isti libenter sequuntur, a bono opere tanquam a peccato abstinentium putauit. Non ignoramus quid sonent assertiones. 31. & 32. Et qui hanc imbiberunt opinionem plus peccato & malitiæ, quam iustitiæ & cæteris virtutibus afficiebantur. Non fugit nos quid audierimus quid viderimus in Hassia. Rea

nota est & nullis offitijs occultari potest. Omnes libentius subscribent receptæ in Ecclesia sententiæ quam istis perditis Apologiæ scriptoribus qui tam aperte blasphemant Christum & eius sacrum euangelium. Nullam apertam scripturâ, nullum clarum habent testimonium, quam quæ arte deprauant, aut mutilatim citant. Nulla ratione ferenda est ista blasphemia quod nuda fide propter Christum contingat remissio peccatorum. Omittimus quod ista doctrina tam infirma tam inconstans est, vt seipsum tueri non possit. Sed hæc omnia & multo plura supra docuimus, inde lector sumat scripturarum & patrum inuicta testimonia.

¶ DE INVOCAT. SANCT.

¶ Articulus Confessi. vigesimus primus.

¶ De cultu sanctorum docet, quod memoria sanctorum proponi potest, vt imitemur fidem eorum & bona opera iuxta vocationem. Vt Cæsar imitari potest exemplum Dauidis in bello gerendo ad depellendos Turcas a patria. Nam vterque rex est. Sed scriptura nõ docet inuocare sanctos, seu petere auxilium a Sanctis. Quia vnum CHRISTVM nobis proponit mediatorem, propitiorem, pontificem & intercessorem. Hic inuocandus est, & promisit se exauditurum esse preces

DE INVOCAZIONE

nostras, & hunc cultum maxime probat, videlicet vt inuocetur in omnibus afflictionibus. 1. Ioha. 2. Si quis peccat habemus aduocatum apud deum.

NIC articulus quando ita sanctorum cultū admittit vt tamen inuocationem neget, ab omnibus orthodoxis iure reprobatur & non paruo indiget cauterio. Nam eorum inuocatio Augustino, Hieronymo, Cypriano, Chrysostomo, Gregorio, Bernardo, &c. non displicuit. Et si quando de oratione quas pro viuentibus coram domino effundunt, loquuntur, nusquam vetant ne inuocemus eos. Docebimus itaq; inuocationem sanctorum fidei, rationi & sacris scripturis consentaneā esse, & aduersarios inaniter aduersus sanctos furere. Sed videamus primum quibus modis sanctorum inuocationem extenuent.

¶ Aduersarij,

¶ Allegant Cyprianum, quod viuum Cornelium rogauerit, vt discedēs pro fratribus oraret. Hoc exemplo probant mortuorum inuocationem. Citant & Hieronymum contra Vigilantem. In hac arena iniquiunt ante mille & centum annos vicit Hieronymus Vigilantium. Sic triumphant aduersarij, quasi iam sit debellatum. Nec vident isti asini apud Hieronymum contra Vigilantem nullā extare syllabā de inuocatione, &c.

¶ Responsio Catholica,

¶ Quod rationibus non possunt, calumnijs, mē
dacijs & malis artibus tuentur. Non ab re citant
Catholici Cyprianum rogantem Cornelium, vt
dum hinc decederet, rogaret pro fratribus a chuc
strennue domino stipendia facientibus. Significa
uit enim hoc facto se sentire quod Sanctorū qui
hinc discessissent, preces haud parum conducant
his, qui cupiunt huius vitę discrimina sine offen
sione percurrere. Hoc igitur primum cōstituatur
quod oratiōes sanctorum apud deum plurimum
valeant. Id autem solius Cypriani auctori
tate docuisse fortassis non sufficiat, audiantur er
go plures. Hieronymum contra Vigilantium i
psi aduersarij confitentur de honoribus sanctorū
loqui, non de inuocatione. Certe nihil loquitur de
honoribus eorum sed de intercessione.

¶ Dicis inquit, o Vigilanti, in libello tuo quod
dum viuimus mutuo pro nobis orare possumus,
postquam autem mortui fuerimus nullius sit pro
alio exaudienda oratio, præsertim cum marty
res vltionem sui sanguinis obsecranes, impetra
re non quiuerint. Si Apostoli & Martyres adhuc
in corpore constituti possunt orare pro cæteris, qñ
pro se adhuc debent esse solliciti, qñto magis post
coronas & victorias & triūphos? Vnus hō Mo
ses sexcentis milibus armatis, impetrat a deo ve
niā. Et Stephanis imitator dñi sui & primus mar
tyr in Christo, pro suis psecutoribus veniā depre
catur. Et postq̄ nunc cum Christo esse cœperint,
minus valebunt? Paulus Apost. ducentas septua
gintra sex sibi dixit in nauī aīas condonatas. Et
postquā resolutus cœperit esse cū Christo, tūc ora
clausurus est, & pro his, q̄ in toto orbe ad suū cre

Hieronius
cōtra Vi
gilan.

Interces
sio San
ctorū a
pud deū
efficax

DE INVOCATIONE

diderunt euangeliū mutire non poterit? Melior quæ
erit Vigilātius canis viuus, quā leo mortuus. Re
cte hoc de Ecclesiaste proponerem, si Paulum in
spiritu mortuum confiterer. Denique Sancti appellā
tur non mortui sed viuentes, vel dormiētes. Deus
Abraā, deus Isaac, & c. Totus hic locus de in
tercessione Sanctorū est, honorū altissimū est hic
silentium. Id non dixerim quod Sanctos non pu
tem honorandos esse, sed vt demonstrē fallacē
istorum animum, qui se solos putant hoīes esse.

Audis etiam ex verbis Hieron. quod Sancti non de
beant mortui appellari sed viuentes, iuxta vocē
Christi: Non est deus mortuorū sed viuentiū. Sed
aduersarij citra delectum vocant mortuos, qui
vere viuunt. De intercessione audi iterū eundem.

**Hiero. ad
Heliodo.** ¶ Veniet inquit, veniet postea dies quo victor re
uertaris in patriā, quo Hieroso. cœlestē vir fortis
coronatus incēdas. Tunc municipatū cum Pau
lo capies, tunc & parentibus tuis eiusdē ciuitatis
ius petes. Tunc & pro me rogabis, q te vt vince
res incitavi. Docet & hic locus Sanctorū, q carne
resoluti cum dño viuunt, preces eē efficaces. Hic
quoque Augustinus dicit in lib. de verbis Apost.

**Aug. lib.
de verb.
Apost.** ¶ Iniuria est pro martyre in Ecclesia orare, cu
ius debemus orationibus commendari. Et in eo
dem: Aestimo cum, inquit, quasi per ignem trās
euntē, saluari meritis & intercessione cœlestis
Ecclesiæ, quæ pro fidelibus semper intercedit do
nec impleatur Christus in eis. Origenes illis duo
bus natu maior intercessiōē Sanctorū approbat

**Orige. s̄
Ios. Ho
mil. 16.** ¶ Ego sic arbitror inquit, quod omnes illi qui
dormierunt ante nos patres, pugnant nobiscum
& adiuuant nos orationibus suis. Et Chrysosto-

mus ait: Sanctorum orationes & supplicationes habent pro nobis v. m. & quidem maximā, cum nos idipsum per poenitentiam postulamus, & ad studia meliora confugimus. Hæc pauca patrum testimonia pro intercessione Sanctorum sufficiant. Vetusiores citauimus, vt scias iuniores a veteribus non discrepare. Cōstet igitur quod etiam Sancti pro nobis intercedāt, quod aduersarij grauatim admittunt. Sic enim dicunt.

¶ Præterea & hoc largimur quod angeli orent pro nobis. Extat enim testimonium Zachariæ, & c. De sanctis & si cōcedimus, quod sicut viui orent pro Ecclesia vniuersa in genere, ita in cœlis orent pro Ecclesia in genere.

¶ Non orant sancti qui supersunt solum pro ecclesia in genere, sed orāt etiam pro singulis. Desiderauit enim Paulus, vt pro se orarent Romani, & ipse vicissim orat pro Romanis & Colossensibus. Et in actis Apostolicis orat ecclesia pro Petro, in carcere deuincto. Sicut ergo patrum prudenter dicunt, quod Sancti viui orāt pro ecclesia vniuersa in genere, ita parum roboris habet quod Sancti in cœlistantum in genere pro nobis orent, & non pro singulis. Et hoc solum excogitarunt argumentum, ne dum admitterent, q̄ pro singulis orent, cogantur etiam dare q̄ singulorū vota & desideria apud eos valeāt. Porro si simpliciter cōcedūt Sāctorū in cœlis pro nobis intercessionē, q̄d vel iuiti cogūt dare, nulli⁹ energiæ sunt oīa argu-

Orāt singuli pro singulis.

Actuu. 12

DE INVOCATIO.

Inuoca
mus san-
ctos hac
vita defū
ctos, vt
vientes.
Scti sunt
inuocādi.

menta eorum vel ex ratioe diuine misericordie,
potentie ac iustitie vel ex ratione vnici media-
toris & aduocati aduersus inuocationem San-
ctorum, producta. Si vtrique tam superstitēs quā
cum Christo viuētes Sancti æque efficaciter pro
nobis intercedere possunt ad deum, quid periculi
erit, si vt viuos, ita inuocē & in Christo dormien-
tes. An non viuunt magis qui in Chro viuunt,
quā qui hāc vitam quam rectius mortem quam
vitam appellaueris, viuūt? Hinc vehementer ad-
miror qua authoritate, ne dicam temeritate, au-
deant fidem sacrorum Macchabæorum volu-
minum labefactare, vt dicant somnium esse il-
lud quod ibi de mortuis orantibus refertur. Sed
tantum indulgeamus volupi istorum animo,
lasciuiei plenissimo.

¶ Aduersarij.

¶ Porro vt maxime pro ecclesia orent
Sancti, tamen non sequitur quod sint in-
uocandi.

¶ Responsio Catholica

¶ Maxime sequitur quod sint Sancti inuocan-
di, si quod nunc dant sed grauatim, pro nobis
orant. Quomodo enim patronum meum, quem
sciam cām meam agere, non inuocem? Hic ve-
lim scire causam cur nō sint inuocādi, quos com-
pertum est pro nobis vtiliter orare. Nos dicimus
quod necessario inuocemus Sanctos, vt nostras
apud deum necessitates subleuent. Sicut autem
venerationis, sic & inuocationis a veteribus acci-
pimus exempla.

¶ Augustinus de ciuitate dei lib. secūdo & vigesimo refert q̄ ad inuocationē Sanctoꝝ Geruasij & Prothasij adolescēs quidā a dæmonio sit liberatus. Et ne quis cauillari possit, ponam ipsa Augustini verba, q̄ clare docent, q̄ ad inuocationem sanctorū prodigiū hoc factū fuerit: Victoriāna villa dicitur quæ ab Hippone regio plus minus. xxx. milibus abest, Memoria martyrum Mediolanensium ibi est, Prothasij & Geruasij. Portatus est illo quidam adolescens, qui cum die medio tempore ætatis equum ablueret, in fluminis gurgite dæmonem incurrit. Ibi cum iaceret vel proximus morti, vel simillimus mortuo, ad vespertinos illuc hymnos & orationes cum ancillis suis & quibusdam sanctimonialibus ex more domina possessionis intrauit, atq̄ cantare cœperunt. Qua voce ille percussus, excussus est, & cum terribili fremitu altare comprehensum mouere non audens siue non valens, tanquam eo fuerit alligatus aut affixus tenebat, & cum grandi eiulatu parci sibi rogans, confitebatur vbi adolescentem & quādo & quomodo inuaserit, postremo se exiturum esse denuntiās, membra eius singula nominabat, quæ se amputaturū exiens minabatur. Atq̄ inter hæc verba discessit ab homine. Sed oculus eius in maxilla fusus tenui venula ab interiore quasi radice pendebat, totumq̄ eius mediū quod nigellum fuerat albicauerat. Quo viso qui aderant (concurrerant autem etiam alij vocibus eius acciti, & se omnes pro illo in orationem strauerunt) quamuis eum sana mente stare gauderent, rursus tamen propter eius oculum contristati, medicum esse quærendum, dicebant:

Ad inuocationem Sancti liberat quidam a dæmonio.

DE INVOCATIONE

Ibi maritus sororis eius, qui cum illo detulerat: Potens est inquit, deus sanctorum orationibus, qui fugauit dæmonem, lumen ei reddere. Quis hic neget sanctorum martyrum implorata esse auxilia, cum adolescentem videat ad eorum memoriam esse adductum, cum videat eum qui adduxerunt intentionem ad sanctorum intercessionem apud deum direxisse. Poterat a dæmonio domus suæ liberari: & non esset opæ precium, vt ad Martyres duceretur liberandus, sed sic placuit Christo vt certiores faceret homines quod ad inuocationem sanctorum suorum ipse velit necessitatibus humanis opulari. Ibidem memorat idem Augustinus, quod homo quidam senex Florentinus pauper sed religiosus, per inuocationem xx. martyrum meruerit vestiri. Cur isti momi non reprehendant hic Augustinum vt fabulatorem, vt rerum inanium nugacem. Ad inuocationem Sancti Stephani refert eodem in loco quendam gratiam consecutum a deo vt Christianus fieret. Nescio an posset inuocatio sanctorum apertioribus argumentis doceri.

Theodosius inuocat sanctos.

¶ Et in libro xi. ecclesiasticæ historiæ de Theodosio aduersus Eugenium arma parante, sic refert Ruffinus: Igitur præparatur ad bellum non tam armorum telorumque, quam ieiuniorum orationumque subsidijs: nec tam excubiarum vigilijs, quam obsecrationum pernoctatione munitus, circumibat cum sacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante martyrum & Apostolorum thecas iacebat ciliatio prostratus, & auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat. Et hic claret vetustissimo exemplo, quod Theodosius hoc proposito Martyrum & Apostolorum mausolea

inuenit vt inuocaret eos, quatenus sibi victoria a deo ipsorum intercessionem contingeret. Neque possunt aduersarij hoc argumentum vlla cauillatione inuertere, Apparet enim q̄ Sanctos inuocauerit, alioqui non sperasset eorum fida intercessione ab hostium impetu liberari.

¶ Ad sanctorum quoque inuocationem pertinet solennis illa & vetustissima Litaniarū institutio, quæ obtinuit ab hinc annis plus minus mille quadringētis. In Litanijs vero post sacram tridam continua est & ordine digesta Sanctorum & Sanctarū inuocatio. Nihil habēt hic aduersarij quod remurmurent, & mēdaciū est q̄ dicunt hic, veteres istas orationes non inuocare sanctos nisi mentionem faciant eorum. Quis enim bonus vir audiens ex me: Sancta Maria ora pro nobis, & sancte Petre ora pro nobis &c. non dicat me beatam virginem, beatum Petrum & reliquos inuocare? Res ipsa loquitur, q̄ nulla alia causa institutæ sint Litaniarū, quam vt afflictis nobis & omnigena peccatorum mole grauatis multorum petitione placatus adesset deus, vt desideratam nobis suæ propitiatiōis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiatur. Sed quid necesse est pluribus, cum nusquam non occurrant inuocationis Sanctorum exempla? Libenter credent aduersarij Augustino, qui doctrinā nobis reliquit quod inuocare debeamus Sanctos, & formulas quibus inuocemus. Doctrinam nobis reliquit in sermone de Petro & Paulo, qui sine controuersia eius est.

Inuocati
onis san-
ctorū do-
ctrinā ha-
bemus
et formu-
las ab Au-
gu. tradi-
tas.

DE INVOCATIO.

August. ¶ Nunc, inquit, ad memoriam piscatoris fle-
 ctuntur genua Imperatoris. Ibi radiant gemmæ
 diadematis, vbi fulgēt beneficia piscatoris. Cur
 curuantur ad memoriam piscatoris genua Impe-
 ratoris, nisi vt orent Sanctos, quatenus cū iuuet
 apud deum sua intercessione? Seruone quoq; de
 Sancto Laurentio docet nos quod a Sanctis pen-
 dere debeamus. Hoc nunquam credidissent ad-
 uersarij, nisi tanti hominis autoritas compelle-
 ret eos.

Idem ¶ Granum, inquit, dixerim dominum, cum ce-
 ditur, cum contemnitur, cum increpatur: arborē
 autem cum cæcos illuminat, mortuos resuscitat,
 peccata condonat. Ramos autem huius arboris
 si requiras inuenies. Ramus est Petrus, ramus est
 Paulus, ramus est Laurentius, cuius hodie nata-
 litia celebramus. Rami sunt omnes apostoli vel
 martyres saluatoris, ad quos si quis se fortiter te-
 nere voluerit fluctibus seculi minime mergitur,
 quin potius sub vmbra illorum latitans, gehen-
 næ non patietur ardorem, securusq; de diabolicæ
 tempestatis procella erit. Quis non videat hæc
 de inuocatione Sanctorum dicta esse? Cæterum
 haud parum clarius docet idem Augustinus ser-
 mone. v. de Apostolis Petro & Paulo, sed breuis-
 sime recensebo dicta eius, ne probum lectorem
 tædeat multæ lectionis: Si ad præsidia, inq; sup-
 plicantium tam potens fuit ante martyriū, quan-
 tomagis effica x post triumphum? ¶ Breuis

Idem est hic sermo, sed multo fortissime confirmat Ca-
 tholicorū sententiam. Perinde enim est ac si dice-
 ret: Si ad sanādum infirmos, qui eum inuocabāt,
 necdum pro Christo martyrio coronatum, tantā

accepit gratiam, quanto fortior erit adiuuandis hominibus qui inuocant eum iam gloria & honore cum deo coronatum? Addit ibidem plerumque multa quibus idem docere possemus, sed oportet nos meminisse, ne responsionis excedamus modos.

Hoc vero præterisse dogma, quod in sermone de virgine Maria nunquam satis laudata tradidit, vitiosum forte fuerit. In epilogo igitur sermonis sic inquit: Inter hæc igitur cum toto mentis affectu beatissimæ virginis nos intercessionibus committamus, omnes eius patrocinia omninif imploremus, vt dum nos supplici eam obsequio frequentamus in terris, ipsa nos sedulo precibus commendare dignetur in cælis. Non puto aduersarios tam pertinaces esse, quæ velint tam claris testimonijs refragari. Sed quid si obmurmurent? sanctorum hominum tam clara sanctorum hominum audisse testimonia. Iam adnotabimus etiã orationum aliquot formulas, quas patres reliquerunt vt habeant aduersarij modum quo beatam virginem inuocent. Idem itaque Augustinus, quantum videre licet ex sermonibus eius, beatissimæ virginis deuotissimus, sic eam inuocat:

O beata Maria, quis tibi digne valeat iura gratiarum ac laudum præconia rependere, quæ singulæ tuo assensu mundo succurristi perditæ? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluat, quæ solo tuo commertio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque qualescunque exiles, qualescunque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditõis, et repor-

Hic ser.
nullo est
ab recog
nitore. θ
pnotatus

Oratio
Augusti.
ad beatã
virginem
quæ hinc ser.
Annũtia.
quæ etiã nõ
est præno
tatus

DE INVOCATIO.

tā nobis antidotū reconciliationis. Sit per te excu-
 sabile quod p̄ te ingerimus, fiat impetrabile quod
 fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, re-
 dona quod rogamus: excusa quod timemus, quia
 tu es spes vnica peccatorū, p̄ te speramus veniā deli-
 ctorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio
 pramiorum. Sctā Maria succ. mis. iuuua, pusill. reso-
 flebil. ora pro populo, interueni pro clero, inter-
 cede pro deuoto femineo sexu. Sctiant oēs tuum
 iuuamen, quicumq; celebrant tuā cōmemoratio-
 nē. Assiste parata votis poscētū, & repēde oib.
 optatū effectū. Sint tibi studia assidue orare pro
 populo dei, quæ meruisti benedicta redemptorē
 ferre mundi, qui viuit & regnat in secula seculo-
 rum. Hæc vna est supplex oratio Augustini, in
 qua bonus ille vir multo plura tribuit sacerrimæ
 virgini, quā Catholici tribuere auderent, si nō es-
 sent tanti viri autoritate animati. Addam etiā
 aliā eiusdē orōnē, vt videāt strenui *ἑκονομάχοι*
 quod Augusti. nō poenituerit prioris illius orati-
 onis. Maximā em̄ partē hic repetit, quā prius ora-
 uerat. Sic itaq; cōcludit sermonē de solennibus fe-
 rijs assumptæ virginis. ¶ Hucusq; de te ipsa vir-
 go h̄cā, q̄ nos ad amorē dei accēderēt fidelis pro-
 tulisti, ea vero quæ sequuntur humano generi pro-
 phetasti, Meū aut̄ votū extitit ea tm̄ inde trans-
 currere, quæ ad tuā laudē nois p̄tinebāt. Sed hæc
 q̄ de te ipsa narrasti, neq; tu vt dignitas tua mere-
 tur, dicere potuisti. Quas ergo laudes tibi fragili-
 tas humani gñis psoluet, quæ tuo solo commer-
 titio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaque
 q̄ scūq; exiles, qual cūq; meritis tuis impares gra-
 tiarū actiōes, & cū susceperis vota, culpas n̄as
 orando excusa, Admitte n̄as preces in *tra sacra*

Alia ora-
 tio ad be-
 atā virgi-
 nē eiusdē
 Et hic ser-
 mo est si-
 ne, b.

rium exauditionis, & reporta nobis gratiam re
 cōciliationis. Sit per te excusabile, quod per te in
 gerimus. Accipe quod offerimus, impetra quod
 rogamus, excusa quod timemus: q̄a nec potiorē
 meritis inuenimus quā te ad placandā irā iudicis,
 quæ meruisti esse mater redemptoris & iudicis.
 Succurre ergo miseris, iuua pusillamines refoue
 flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, inter
 cede pro Monachorū choro, exora pro deuoto fœ
 mineo sexu, sentiāt oēstutū leua mē, quocūq; deuote
 celebrāt tuū nomē. Sit tibi cōpassio sup afflicto
 sit pius affectus sup cœlorū pegrinis. Et cū te letā
 tē sp̄ aspicias, fletus n̄ros quos sumus ipsa ad deū ad
 mittas, eūq; vt propriū filiū pro nob̄ interpellas.
 Nos em̄ adhuc in hac terra affligimur, p̄sequimur,
 iniurijs laceessimur, opprobrijs afficimur, esurim⁹,
 sitim⁹, somnū patimur, i carcere retinemur (Nūc
 venit ad p̄clara illa p̄conia quibus eā idignā cēsant
 Lutherani) Tu vero in cœlestib. regnis p̄lata es
 cūctis virginū choris, tu agnū quocūq; prexerit
 se q̄ris. Tu virgineos choros & ab icētūx carnis
 illecebris alienos p̄ albertia lilia rosasq; vernā
 res ad fontes pennis vitæ potādos inuitas. Tu i il
 la beatorū fœliciss, regna primi ordinis dignitatē
 adepta plātis roscidis oberrās, in paradisi amœ
 nitatē gramineosq; crocos tenero poplice p̄gis,
 fœliciq; palma violas immarcessibiles carpis.
 Tu concinis sine fine choris coniuncta summis
 angelis archangelisque sociata indefessa voce,
 sanctus clamare non cessas. Tu in cubiculo regis
 gemmis & margaritis ornata assistis. Tibi thro
 nus regius ab angelis collocatur in aula æterni
 regis, teque ipsum rex regū vt matrē verā & de
 curā sp̄sam p̄ oib, diligēs amoris amplexu sibi

Multa en
 comia b.
 Mariæ
 virginis.

DE INVOCATIONE

affociat. Nec mirum si dignetur tibi aggaudere deus regnans, quem tu paruulum ex te hominem natum toties osculata es in terris. Has ergo tuas felicitates possidens, cōuertere ad nostrarum miseriarum salutem. Euolueres omnes Lutheri, Philippi, Brenzj, Pomerani & reliquorū pseudeuangelistarum libros, & nullum profus tanta virgine dignum inuenires encomium. Tam inuidi sunt, vt putent eam a foedissimis quas domi teneriter nutriunt, lupis, nihil differre vbi mūdo perditō salutem peperisset. Si negent isti se eam cæteris mulieribus æquasse, certe ex dehoneftatione, qua Sanctos affecerūt, multi Lutheri Galactophagi sumpserunt ansam, vt in eam, q̄ maximis honoribus prosequi oportuit, plus quā in cæteros Sanctos debaccharentur. Qui hoc sibi persuaferant, si possent istius matris dei & hominis fidem & famam labefactare, facile abrogaretur diuorū veneratio & inuocatio. Sed hæc forte extra rem dixerim, reliquum est vt adnumere mus etiam alias preculas quibus ista sancta mater rogata sit. Sic igitur inuocauit eam Bernard.

Mariam
æquarūt
cæteris
mulieribus
Luthera,

Bernard.
serm. de
aduentu.

¶ O virgo virga sublimis inquam, sublime verticem sanctum erigis, vsq; ad sedentē in throno, vsq; ad dominum maiestatis. Neque enim id mirum, quoniam in altum mittis radices humilitatis. O vere cœlestis planta preciosior cunctis, sanctior vniuersis. O vere lignum vitæ, quod solum fuit dignum portare fructum salutis. Et post pauca. Per te accessum habeamus ad filiū, ob benedicta inuentix gratiæ, genetrix vitæ, mater salutis, vt per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsū integritas tua culpam

nostræ corruptionis: & hūilitas deo grata nostræ
 veniā impetret vanitati. Copiosa charitas tua
 nostrorū cooperiat multitudinē peccatorum: &
 fecunditas gloriosa fecunditatem nobis confe-
 rat meritorum. Domina nostra, mediatrix n̄ra,
 aduocata nostra tuo filio nos reconcilia, tuo filio
 nos commenda, tuo nos filio repræsenta. Fac o
 benedicta per gratiam quam inuenisti, per præ-
 rogatiuam quam mervisti, per misericordiam
 quam peperisti, vt qui te mediante fieri dignatus
 est particeps infirmitatis & miserix n̄ræ, te quo-
 que intercedente participes faciat nos gloriæ &
 beatitudinis suæ.

¶ **Alia oꝛo:** Iam te mater misericordiæ p̄ ip̄m
 syncerissimæ tuæ mētis affectum, tuis iacēs pro Bernard:
 uoluta pedibus luna, mediatricem sibi apud so- in ser. de
 lem iustitiæ cōstitutam deuotis supplicationibus be. Maria
 interpellat, vt in lumine tuo videat lumen, & so super ver
 lis gratiā tuo mereatur obtētū, quā vere amauit ba Apoc.
 præ oibus & ornauit stola gloriæ induēs, & coro Signum
 nam pulchritudinis ponens in capite tuo. Ple- magnum
 na es gratiarum, plena rore cœlesti, innixa sup di appa.
 lectum, delicijs affluens. Ciba hodie pauperes tu
 os domina, ipsi quoque catelli de micis edāt nec
 puero Abraæ r̄atum, sed et camelis potū tribuas
 de supereffluenti hydria tua, quia tu vere puella
 es prælecta & præparata altissimi filio tuo.

¶ **Tantum de preculis,** quas beatæ Mariæ de-
 dicauit mellifluus doctor Bernardus, restat vt vi
 deamus an & ipse docuerit quod inuocare debeat
 mus eam. Profecto non hoc solum docuit, sed eti
 am docuit, quod Sanctos alios inuocare debeat
 mus. Primum docuit homilia secunda euangeli-

DE INVOCATIONE

Bernard⁹ ex lectionis, quæ est: Missus est, vbi sic inquit?
 Homil. 2. Quisq; te intelligis in huius seculi profluuio ma-
 Miss⁹ est. gis inter procellas & tempestates fluctuare, quã
 per terram ambulare, ne auertas oculos a fulgore
 sideris (Mariam intelligit) si non vis obrui pro-
 cellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras
 scopulos tribulationũ, respice stellam, voca Ma-
 riam. Si iactaris superbix vndis, si ambitionis, si
 detractionis, si æmulationis, respice stellam, vo-
 ca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis
 illecebra nauiculam concusserit mentis, respice
 ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus
 conscientix fœditate confusus, iudicij horrore p-
 territus, barathro incipias absorberi tristitiæ, de-
 sperationis abyssu, cogita Mariã. Et multo plu-
 ra quæ sanctus vir ibi scribit, adnotare possem⁹,
 sed piget nos laboriosioris scriptionis, Boni vi-
 ri facile credunt, contumacibus omnia patrũ te-
 stimonia non sufficiunt,

Bernard⁹ ¶ Secundum quod etiam alios Sanctos inuoca-
 fermo. 5. re debeamus, docuit alibi. Hãc gloriam tora &
 de omni. mus & nos, quia gloriã quæ ab inuicem est quæ-
 Sanct. ritis, & gloriã quæ a solo deo est non vultis. Sa-
 ne vt eam nobis sperare liceat, & ad tantã bea-
 titudinem aspirare, summopere nobis desideran-
 da sunt suffragia quoq; Sanctõrũ, vt quod possi-
 bilitas nostra nõ obtinet, eorum nobis intercessio-
 ne donetur. Deinde addit orationis formulam.
 Misere mini miseremini mei saltẽ vos amici mei.
 Nostis ipsi periculum nostrũ, nostis figmentũ no-
 strũ, nostis ignorantiã nostrã & dolos aduersariõrũ,
 nostis eorũ impetus et nostrã fragilitã, Vobis etiã

loquor qui in eadem tentatione fuistis, qui eosdē
superastis cōflictus, eosdem laqueos euastis, qui
didicistis ex his quæ passi estis, compassionem.

¶ Citauimus duos testes fide dignissimos Au-
gustinum & Bernardum, quorum ille fuit ante
annos circiter mille ducētos, iste ante annos plus
minusus quingentos sexaginta, vt discas inuoca-
tionem Sanctorum non recentē esse, aut a religio-
sulis aliquot Monachis excogitatā. Possimus
quidem plura citare testimonia, sed ista sufficiūt.
Et citra tergiuersationem probatur nūc inuoca-
tio, qm̄ ipsi aduersarij venerationē sanctorū & in-
tercessionem nobis largiuntur. Si dicāt q̄ solum
debeamus Christum, vtpote solum aduocatum,
mediatorem & propiciatorē: respōdebimus, q̄
habeamus ex scripturis multa argumenta quæ
docent nos alterū posse & debere oratione alterū
iuuare. Si nō ē nefas, vt fratris mei q̄ adhuc mor-
talitatis huius nexibus vincitur, implorem opē:
non erit continuo peccatum si inuocem Sanctos
amicos dei, quos certo sciam apud deum plura
posse, quorū certo sciā orationes multo efficacissi-
mas esse. Non inuocamus eos vt propitiatores,
mediatores redēptiōis, quod solius Christi officium
est, sed vt mediatores & aduocatos intercessiōis, Sanctos
tāet si aliud causent Mom̄ isti, non religionis sed quō inuo-
ostentationis gr̄a. Si habet huiusmodi inuocatio cemus
Sanctorum aliquid periculi, habent Theodosiū
Imperatorē pijsimū, habēt ecclesiā, Augustinū
habēt, Bernardū habēt & omnes patres cū quibus
expostulēt. Vt vt insaniāt isti, piæ mētes nihil sen-
tiūt periculi in sc̄orū inuocatiōe, imo putāt Ch̄o
plus honoris accrescere si inuocēt sancti, q̄s deus tāto

DE INVOCATIO.

voluit honore afficere, vt rogati rogēt vicissim deum, qui solus nos facit nostri desiderij compotes. Exaggerāt hic multa aduersarij, quibus facile scripturis occurri posset, sed in hac arena ante nos triumpharūt Iudocus Clichtoueus, Eckius, & pleriq; alij veritatis Catholicæ defensores. Si quid præterea desiderabitur, consuli potest & nostra Catapulta, quæ clarissime inuocationem Sanctorum docet. Et hic oramus optime Carole Imperator maxime, propter gloriam Christi quam maxime te cupere scimus, & propter honorem gloriosæ virginis Matris dei, cuius te orationibus libenter committis, ne acquiescas fraudulentis aduersariorum nostrorū consilijs, ne assentiaris Philippicæ blandiloquentiæ, multa dicentis sed nihil sani cōsiliij tribuentis. Tu scis enim quam seditiosus sit Philippus, vtpote qui ad maiestatem T. scribere ausus est, Rom. Pont. (cuius dignitatem & honorem libenter defendis) tyrannum esse, Antichristum esse, esse puppā Romanam, esse orbis terrarum vastatorem, publicam pestem, regem gentium, exitium animarum, & talem deniq; malorum Lernam, in quē T. M. & reliqui Principes optio iure exacuant gladios. Vidisti seditiosum, vide nunc hypocritam. Confessionē ita temperavit, vt maximæ illius discordiæ, atque adeo manifestæ & inimicitia & hostilitatis, quā alibi Gigantis instar contra Rom. Pont. susceperat, ne vno quidem verbulo meminerit. Adhæc in petitione sua ad legatū Rom. Pont. Laurentiū Campegium tm simulat Curiū, vt p pontificiā clemētiā oret Legatū, quo dignæ suis vtrāq; speciē pmittere &c. Ne igit acquiescas aduersariorū sen-

Philippus
Melanchthon
seditiosus.

Idem alibi
hypocrita.

sentie, sed si quid est quod correctiōe opus habet, id refer vel ad sacras Synodos, vel ad gñale Cōcilium, ne piam consciā tuā macules, ne assensu tuo tyrannidem in innocentes homines, sicut hactenus fieri vidimus, aduersarij exerceant, ne ue sanam doctrinā in ecclesia verborū fuco, verboritate, mendacijs & praua scripturāz interpretatione opprimant. Tu enim vidisti & nos ipsi ob oculos videmus, quam multa mala, ter maioris peiora, aduersariorū doctrina induxerit vni regi tui parti, quamq; difficulter cum multo sanguine arceatur. Quod si assentiaris, quod nunq; fiat, interfectis Monachis, interfectis bonis doctoribus, oppressa sana doctrina, succedent fanatici spūs, quos non poterit M. T. et si velit, opprimere, qui ecclesiam impijs dogmatibus pturbabūt, & totam ecclesiasticam politiciā euertent, quā nos maxime cupimus conseruatū iri. Haud dubium si ex tam paruo ouo tantū erupit regulorū, quin laxata libidine ex multis vulpibus, innumere nascantur vulpes, quæ vineam domini Sabaoth demoliantur.

¶ Hactenus illi suos errores tradiderūt, hactenus quoq; nos eos scripturis, rationibus, & sanctorū testimonijs euicimus. Nunc psequemur etiam alia quædā, quæ ipsi saltē abusus vocant, videlicet cōmunionē sub vtraq; specie, cōiugiū sacerdotū, missam, cōfessionē, discrimen ciborū, vota monasticorū, prātē Ecclesiast. Et primū dicemus.

¶ DE COMM. SVB VNA SPECIE

¶ Aduersarij.

¶ Laicis datur vtraq; species Sacramen

DE COMMVNIONE

ti in cœna dñi, quia hic mos habet mandatum domini Matth. 26. Bibite ex hoc omnes. Vbi manifeste præcepit Christus de poculo vt omnes bibant.

Conciliū
Constantiē.



Primum hic dicam, quod nō possit abusus esse quod tāto patrum consensu definitum est. Nam Sacrum Constantiense Concilium sessione tertiadecima consuetudinem communicandi laicos sub

Cōsuetudo haberi
debet

vna tantum sacramenti specie, nēpe panis, haud ita recentem sed matura patrum deliberatione ad cauēda quædā quæ inde acciderant forte, pericula & scandala, rationabiliter introductam ac diutissime obseruatam testatur, & quod ob hoc consuetudo pro lege tam firma quæ citra vniuersalis Ecclesiæ authoritatē infringi non possit, haberi debeat. Quapropter inquit decretū, dicere quod hanc consuetudinem aut legē obseruare, illicitum sit, cēseri debet erroneū: & p̄tinaciter assertes oppositū p̄missorū tanq̄ hæretici arcēdi sunt, & grauiter puniēdi p̄ diocesanos locorū seu officiales eorū, & c.

Decretū
Cōci. Cōstantiē.

Audi etiā nunc q̄ pœnā minēt sacra synodus ijs q̄ pro sua temeritate laicis sacramētū corporis & sanguinis sub vtraq; specie porrigūt. Itē ipsa sancta Synodus decernit & declarat super ista materia Reuerēdissimis in Christo p̄ribus & dñis patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & eorū in sp̄ialibus vicarijs vbilibet cōstitutis processus esse dirigēdos, in quibus eis cōmittat̄ & mādetur authoritate huius sacri Cōcilij sub pœna excōmunicatiōis, vt effectu

Pœna
porrigen
tiū sacra

aliter puniant contra hoc decretū excedentes eos qui cōmunicando populū sub vtraq; specie panis & vini exhortati fuerūt, & sic faciēdū eē suscipiāt iniūcta eis pro mō culpæ pnia saluari. Qui vero ex illis ad pniā redire non curauerint, aīo indurato per censuras ecclesiasticas per eos vt heretici sunt coercendi. Inuocato etiā ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Et adeo placuit ista definitio posterioribus, vt & in Concilio Basiliēn magno patrum consensu non solum approbata verumetiam renouata sit. Et super hac re etiamnum tale adidit decretum.

¶ Laudabilis cōsuetudo cōmunicādi laicū populū sub vna specie ab ecclesia & sc̄tis p̄ribus rationabiliter introducta & hactenus diutiss. obseruata & a doct̄oribus diuinæ legis sacrarū scripturarū atq; canonū multā notitiā habentibus iam a lōgeuo tpe cōmendata pro lege habenda est, nec alicui licitū est eā reprobare, aut sine autoritate Ecclesiæ ipsam imutare. Ex vtroq; decreto discis prius quā Cōcilia decreuissent sub vna cōmunicādū esse specie, cōsuetudinem illā obtinuisse, quodq; illa cōsuetudo nō sine autoritate introducta sit. Nō pōt ergo cōsuetudo illa inf̄ abusus nūc rari. Sed pone iā abusum eē cōmunionē sub vna tm̄ specie, ergone ille abusus abrogari debuit a S. Concilijs? Cur ergo probarunt, cur definiuerunt hunc obseruandū esse abusum? Cerre si hic abusus fuisset, fuisset sane intolerabilis & abrogandus, nunc autem consuetudo fuit vetus, sicut audis, quam citra controuersiam duo Concilia Generalia sibi succedentia approbant, statuuntque hæreticum & erroneū, si quis forte ei oblectaret.

mentum] sub vtraque spe.

Constitutio illa cōstantiē Concilij in Concilio Basiliēnō renouata est.

Cōmunicatio sub vna specie nō est abusus.

DE COMMVNIONE

Et non arbitror quenquam tam misere errare, vt dicat istud decretū sine spiritus sancti speciali consensu esse probatum.

Communiō sub vtraque specie nō habetmā datum.

¶ Temere ergo sub vtraq; specie laicis porrigunt sacramentum. Nam Ecclesia Catholica de vetere primum consuetudine, deinde ex decreto Conciliorum laicos sub vna tantum specie communicat. Et iste mos communicandi laicos sub vtraq; specie non habet mandatum domini.

Quod citant aduersarij: Bibite ex hoc omnes, nō ad laicos sed apostolos refertur potest. Apostolos vero tunc sacerdotes instituit. Et omnes Euangelistæ dicunt, quod in illa cœna cum solis Apostolis discubuerit. Hinc vnus ex eis dicebat: Vespere autem factō discumbebat cum duodecim. Hic porrexit sacramentum sub vtraq; specie. Lucas proinde testatur, quod illis ipsis, quibus corpus suum & sanguinem dederat sub vtraq; specie, potestatem fecerit hoc sacramentum conficiendi, alijsq; porrigendi, imo prius facta est eis ista potestas conficiendi sacramentum, quam alteram sacramenti speciem, id est, vini porrectam biberent. Prius ergo sacerdotes erant, quam sacramentum sub specie vini perciperent. Sic autem habet Lucas: Accepto pane, gratias egit & fregit & dedit eis dicens: Hoc est corpus meū, quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Magno consensu dicunt hic omnes Catholici Scriptores, quod Christus istis verbis Apostolos & omnes in Apostolici muneris functionem accitos, vt sacramenta conficiant, alijsq; porrigant, ordinauerit. Et post hanc ordinationē vt sacerdotes, acceperunt etiam vini speciem. Sequi

Comuniō sub vtraque specie q̄bus præcipiatur.

tur enim: Similiter et calicem, postquam coenauit dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Et ad hunc sensum Lucae debent etiam aliorum euangelistarum textus referri.

¶ Nemo sane inficias ierit, quod omnibus æq̃ Christianis præceptum sit, vt carnem Christi & sanguinem bibant, iuxta illam vocem Christi: Nisi manducaueritis carnem filij hominis & beritis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Terribilis plane sententia, qua dicuntur vita carituri qui hoc sacramentum nō percipiūt. At nusquam præcepit Christus, quod laici etiam debeant hoc sacramentum corporis & sanguinis Christi sub vtraque specie accipere. Catholica Ecclesia sentit quod tam sub specie panis quā sub specie vini integrum sit sacramētum, & ideo qui accipit sub specie panis eucharistiam, simul corpus & sanguinem accipiat. Hoc solum inter est inter communionem sub vtraq̃ specie, & cōmunionem sub vna specie, quod illa maiorem habeat dominicæ passionis expressionem. Non ergo negant Catholici corpus Christi & sanguinē esse percipienda, sed negant a Christo præceptū esse quatenus vt sacerdotes ita et laici communcent sub vtraq̃ specie. Sed hoc nolunt aduersarij. Sic enim referunt in Confessione.

¶ Et ne quis possit cauillari, quod hoc ad sacerdotes tantum pertineat, Paulus ad Corinthios exemplum recitat in quo apparet totam Ecclesiā vtraq̃ specie vsam

Iohan. 6.

Quid inter sit iter sit vtram q̃ cōmunionem.

esse, & diu mansit hic mos in ecclesia. Nec constat quādo & quo auctore mutatus sit.

¶ Non dicunt Catholici communionem sub vtraque specie ita ad solos sacerdotes pertinere, vt laicis omnino concedi non possit, sed q̄ ea communicatio sacerdotibus solis & non laicis, ita praecepta sit, vt nunquam liceat eis panem sanctum offerre, qui sub vtraque specie sacramentum sumere debeant. Et hoc significat illa preciosi sanguinis, quae in cruce facta est, a corpore diuisio. Cum vero Christus hoc sacramentum in cibum daret, viuus erat & a sumētibz viuus accipiebatur, neque ab eius corpore sanguis erat seiunctus. Et hinc est testimoniū quod & nūc sub vna tantum specie communicare possint fideles, quātum vis, quodlibere confiteor, ecclesia per sp̄m sanctū instructa decernere posset, si deessent incommoda, vt sub vtraque specie populus coicaret. Contra vero ecclesiae decretum quod nunc contrarium docet, temere & cū graui peccato nūc sub vtraque specie q̄dā porrigunt & quidam accipiūt eucharistiam. Qui enim ecclesiam non audit ethnicus censetur & publicanus & re ipsa male porrigit & male accipit, q̄ Ecclesiasticis decretis non obtemperat. Qui sic manducat & bibit, iudiciū sibi manducat & bibit.

Ecclesia
variare
posset cō
suetudi-
nem cō-
muniōis.

Matt. 19.

1. Cor. 11

¶ Neq̄ ex Paulo apparet totam Corinthiorū ecclesiam sub vtraque specie cōmunicasse. Et nisi hoc doceant apertius ex Paulo, nō credemus eis: sed eadē facilitate qua ipsi probant, nos cōtemnimus. Sed esto, q̄ cōicauerint aliqui fideles sub vtraque specie ex p̄missione Ecclesiae, nū ex hoc do

cebitur p̄ceptum esse, q̄ non debeant fideles cō-
municare nisi sub vtraq̄ specie? Minime id qui-
dem, nam de hac re nulla est neq̄ in euangelijs,
neq̄ in canonicis epistolis, neq̄ in patr̄ decretis,
syllaba. Imo cōstat diuersum quod fideles haud
raro in primitiua ecclesia sub vna tm̄ specie com-
municauerint. Nā Ignatius Apostolor̄ synchro-
nus in epist. ad Ephe. recenset fideles sub panis spe-
cie cōmunicasse, calicis interim & vini ne semel
q̄dem meminit. Et Ambrosius in libro de sacra-
mentis, de cōmunionē laicor̄ differens solius pa-
nis nullam calicis facit mētionem. Gregorius re-
fert in Concilio Remeñ statutū fuisse vt sacerdo-
tes infirmis corp̄is Christi sacramentū afferrent,
calicis nihil meminit. Et in alio Concilio p̄cipit,
vt sacerdos semper paratam habeat hostiam, ni-
hil tale de calice decernitur. In Concilio Agathen-
si habetur etiam de cōmunionē laicor̄, q̄ sub vna
tm̄ specie fieri debeat. Decreta Concilior̄ Basi-
lien̄ & Cōstantien̄ adnotauimus paulo ante. Imo
videtur & ex euangelio q̄ Christus ipse exordi-
tus sit primū homibus sub vna specie corpus suū
& sanguinē porrigere. Sic em̄ legimus apud Lu-
cam: Et factum est cum recumberet cum eis Ie-
sus, accepit panem & benedixit ac fregit & por-
rigebat illis. Et mox: Et aperti sunt oculi ambo-
rum, & cognouerunt eum in fractione panis. Au-
gustinus libro tertio de consensu euangel. Chry-
sostomus homil. 17. vtroq̄ antiq̄or Theophilus,
& Theophylactus iunior exponūt hunc locū cō-
corditer de cōione. Et in Actis Apo. Græca exē-
plaria expressius loquūt de cōmunionē sub vna
specie. Erant perseverantes in doctrina apostolo-
rum καὶ τῆ κοινωνίᾳ καὶ τῆ κλάσει τοῦ ἄρτου.

Commu-
nio sub v-
traq̄ spe-
cie nō ha-
bet man-
datum, q̄
tū ad lai-
cos.
Ignatius
Ambro-
Greg. li.
3. dialog.

Aliā Cō-
cilium
Concilium
Agathen̄

Luc. 24

Augusti.
Chrysol.
Theophi-
lus.
Theoph.
Actu. 2

DE COMMVNIONE

Commu-
nio sub
vna spe-
cie ram
vetus, vt
nesciatur
quando
nata sit.

Fortē iam satis clarum est hanc sub vna tantum specie communicandi consuetudinem in primitiua Ecclesia viguisse, & post audaculos quosdam istis aduersarijs nostris similes hanc bonam consuetudinem anteuertisse, quibus postea Concilijs obuiare oportuit. Porro quod hic addunt, non cōstare quando & quo auctore mutatus sit mos cōmunicandi sub vtraq; specie, Catholicorum tunc sententiam. Arguunt enim quod ista consuetudo, quæ hæctenus in Catholica Ecclesia perdurat, haud ita recens nata, sed a vetustissimis patribus, sicut aiunt etiam Conciliorum decreta, rationabiliter introducta sit. Concedimus tempore Cypriani apud Carthaginem morem fuisse, vt porrigeretur fidelibus eucharistia sub vtraq; specie, sed non erant tunc eadē pericula, quæ postea magis ac magis accreuerunt, non erat tunc decretum ne fieret, vt nunc est, alioqui Cyprianus hæc consuetudinem quæ tum erat, non tolerauisset. Isti temerarij nihil non audent, sed statuunt quæq; pro sua corrupta libidine. Iam addunt etiā mendacium probationis loco.

¶ Imo Gelasius papa mandat, ne diuidatur sacramētum Dist. 2. de Confe. ca. Comperimus.

Gelasij decretū ad-
ulterant. ¶ Sacrum Gelasij papæ decretū accipimus, sed fallaciam istorum quis æquo ferat animo? Gelasius papa de sacerdotibus loquitur qui forte tum per errorem abstinebant a sacro calice. Hoc probat Capitris citati summarij, quod sic sonat: Corpus Christi sine eius sanguine sacerdos nō debet accipere, Hoc probāt verba paulo añ in eadē distin-

ctiōe allegata ex Concilio Toletano, ca. Relatū est. Hoc etiam probat Glosa cap. Comperimus. Vides itaq; & hoc argumentum veritatis declaratione enervatum esse. Audi nunc aliū cauillū.

¶ Constat autem quod consuetudo cōtra mandata dei introducta non sit probāda, vt testantur canones dist. 8. ca. Veritate, cum sequentibus. Hæc vero cōsuetudo non solum contra scripturam, sed etiam contra veteres canones & exemplum Ecclesiæ recepta est. Quare si qui maluerint vtraque specie sacramenti vti, non fuerūt cogendi vt aliter facerent cum offensione conscientia.

¶ Hic manifeste falsum assumunt aduersarij, & ob hoc haud mirum est, quod ex falso falsum concludunt. Certe damus malam consuetudinē quæ aduersus mandatum dei obtinuit, abrogandam esse, sed quod consuetudo communionis sub vna tantum panis specie contra mandatum dei, contra scripturam, contra veteres canones sit, negabunt omnes boni viri. Nam vt nunc docuimus, nullibi in scripturis aut sacris canonibus præcipitur, quod laici debeant sub vtraque specie cōmunicare. Imo sacri canones præcipiunt ne cōmunicent sub vtraq; specie. Neq; potest decretū decreti robur infirmare. Quare nemo existimet, hūc canonē & sequētes, quos de Dist. 8. allegant aduersarij, labefactare velle fidem receptissimæ consuetudinis, quam tantus sanctorum patrum

Communi-
sub vna
spe. non
est contra
scriptu.

DE COMMVNIONE

assensus in tot Cōcilijs, vbi spiritus sanctus fuit p̄
 sentissimus, approbavit. Quare, inquiūt isti, si q̄
 maluerint vtraq; specie sacramenti vti, non fue
 runt cogendi, vt aliter facerent cum offensione
 conscientia. O religiosas mentes, nullum habent
 euidens scripturae testimonium, nullum habēt pa
 trum decretum, & nullam habent rationem, qui
 bus probent opinionem suam, & tamen volunt
 aduersus laudatam ecclesiae consuetudinem, ad
 uersus Conciliorum decreta sub vtraque specie
 communicare. O pias istorum conscientias, quae
 malunt suae opinioni quam ecclesiae subscribere.
 Vide cum quanta dignitate communicent, qui
 cū contēptu Ecclesiasticae consuetudinis, cum p̄
 uaricatione veterum canonum communicant.
 Sed tale fuit semper ab initio haereticorum inge
 nium, vt qui in ecclesiam irruptionem meditare
 tur, vehementer aduersus ius fasq; insisterēt. Nos
 igitur caueamus ab eis vt ab ethnicis & publi
 canis, vtpote ecclesiae dei obstreperis, & adiura
 tissimis inimicis. Quod i Apol. addūt istis aduer
 sarij, Christus instituit vtraq; partē, & i
 stituit non pro parte Ecclesiae, sed pro to
 ta ecclesia, nam nō presbyteri solum sed
 tota Ecclesia autoritate Christi non au
 thoritate humana vtitur sacramento, ea
 dem facilitate corrui, qua coruunt omnia quae
 aduersus Ecclesiae institutum moliuntur. Ne au
 tem hic in sinu gaudeant quasi iam debellatum
 sit breuiter dicimus, quod CHRISTVS qui
 dem vtraq; sacramenti speciem pro tota eccle

Vtraque
 spēs pro
 tota Ec
 clesia in
 stituta.

fia instituit, sed ob hoc statim non sequitur vtranque speciem ab omnibus ecclesie membris necessario esse sumendam. Nam si hoc statim sequeretur, sequeretur etiamnum consecrationem sacramenti ex æquo ad omnes promiscui sexus homines pertinere, sequeretur quoque omnibus a peccatis absoluedi potestatem esse factam. Nam consecrationis & absolutionis munera pro tota ecclesia instituta sunt. Sed quã longe a vero diffidet, quod tota ecclesia consecrare et absolueri debeat: tam longe a præcepto est, quod omnes fideles teneantur sub vtraque specie communicare. Et vere tota ecclesia vtitur hoc sacramento corporis & sanguinis Christi, non humana autoritate tantum sed & autoritate Christi, nõ tñ vtitur eo sub vtraque specie de autoritate Christi, qui laicis nihil præcepit de vtraque specie, sed tantum sacerdotibus. Hacenus nobis de communione sub vtraque specie dictum sit, quod non sit de mandato dei, tametsi ecclesia hoc decernere possit, vt communicarent etiam laici sub vtraque specie, sicut iam diuersum in Concilio definiuit, quod grauius conscientiam suam maculent, qui contra ordinatiõem ecclesie sub vtraque specie communicant, & in primis qui rudi populo hoc persuadent.

Ecclesia
vtitur sa-
cramẽto
corporis
& sang.
sed aliter
sacerdo-
tes aliter
laici.

DE COELIBA. SACERD.

Publica querela fuit de exemplis sacerdotũ q non cõtinebant. Quã ob causam & Pius papa dixisse fertur fuisse aliq̃s causas cur ademptum sit Sacerdotibus coniugiũ, sed multo maiores esse causas cur

DE SACERDOTVM

reddi debeat. Sic enim scribit Platina: Cū
igit sacerdotes apud nos publica illa scan-
dala vitare vellent, duxerunt vxores.

Sacerdo-
tum incō-
tinentia.

HAud facile dici potest, quā in animo cru-
cientur bene Catholici ob quorundam sa-
cerdotum spurcissimam vitam, qua toti
mundo sese traducunt, qui templa soli deo conse-
crata impudicitia contaminant, qui de membris
Christi membra faciunt diaboli. Si cuiusuis pri-
uati hominis fornicatio & impudicitia turpis est
& diuina animaduersione digna, multo maxi-
me sacerdotis, qui debebat speculator esse, et vo-
luptatibus diffuentes verbo & exemplo redar-
guere. Si cuiusuis priuati hominis fornicatio eccle-
siasticam inturbat harmoniam, quanto ma-
gis sacerdotum incontinentia & luxuria, & cum
plebe in cibo, in potu, in vestitu, in accubitu, &
qualitas offendet oēs cordatos viros. Sanū igitur
vitandę fornicationis consilium facile probauero
sed hunc modum quem tradunt isti vt ducāt vxo-
res, oēs bñ Catholici damnant, primū q̄ hac ra-
tione bonis hominibus ansam dant offensionis,
deinde quod peccant in iura pontificia & in Con-
ciliarum decreta, tertio quod conscientiam suam
grauiter vulnerant. Manifestum est quantum pij
homines ob publica Sacerdotum coniugia of-
fendantur, quos vident cum alijs vnam vitam
vivere, & omnia nuptiarum incommoda, tu-
multuantis familię strepitum, infantium vagi-
tum, rei domesticę curam, vxoris querimonias,
susurria, lachrymas, & alia omnia nuptiarū in-
commoda perferre. Quomodo talem honore af-

Coniugij
sacerdo-
tū incom-
moda.

ficient a cæteris hominibus nihil deseretū? Opor-
tebat autem sacerdotem exemplar esse absolu-
tissimæ vitæ, quod tuto imitari possent homines
pro sua virili i tãto reꝝ mūdanasꝝ tumultu. Quã
difficile vero sit vxori simul & rebus domesticis
eē deuinctū, & simul reb. diuis. orōni, lectiōi, &
studijs vacare, testat̃ ip̃a illorꝝ q vxores duxerūt
sacerdotū, cōsciētia. Iura pōtificia adimūt Sacer-
dotib. matrimōia, vt licētius deo militēt, vt licē-
tius sacris studijs se occupent, vt magis verbo del-
populū Christianū & cū maiori autoritate eru-
diant, quæ omnia coniugia impediunt, & non si-
nunt sacerdotem, sacerdotem esse. Concilioꝝ
decreta quædam vetustiora permittebant vt sa-
cerdos esse posset, qui haberet vxorem: sed nulla
sustinent, vt qui sacerdos est, vxorem ducat. Et
tamen istorum sacerdotes licentissime ducūt vx-
ores, non vt Generalia Patrum Concilia, sed vt
imperant quædam Hombergiana & Marpur-
giana Cathorꝝ conciliabula. Imperant inquam
nam cogebantur boni sacerdotes & qui citra su-
spitionem vixerant, contrahere. Hic recordor cu
iusdam optimi viri honorabilis sacerdotis & an-
nos circiter quinquaginta sex, qui cum lachry-
mis referebat se cum ancilla sua, qua cum hone-
stissime & omnium iudicio castissime vixerat,
vel cum alia adulescentiore contrahere, vel certe
exulare, vel solum sine cuiuscunq; ancillæ coha-
bitatione & ministerio viuere dehere. Iam audis
apud istos coniugium coactionis esse & necessi-
tatis, adeo vt non liceat eis tametsi bene vellent
in cœlibatu viuere. Dura prorsus lex, & qua ne-
gentes quædam suos sacerdotes onerant. Quid

Ap̃ Hel-
sos cogū-
tur sacer-
dotes ad
coniugia

DE SACERDOTVM

hic dicam de conscientiarum ipsorum sacerdotū vulneribus, cum ipsimet testari debeant se in anima vermem perferre perpetim se infestantem, ac perpetrati facinoris commonentem, & quotidiana eis morsibus excarnificantem? Hic forte quis dicat multo melius esse quod sacerdotes ducant uxores, quam quod turpiter cum concubinis fornicentur. Hic breuiter respondebimus, neutrum bonum esse, & quod neque uxores ducere neque fornicari sed continere debebant. Ducere uxorem sacerdoti non permittunt leges, & fornicari prohibent diuina iura, vtriusque mali neutrum apprehendere debet sacerdos, sed ore deum, caueat pericula vt continere possit.

¶ Est quidem matrimonium institutum ad remedium humanæ infirmitatis, sed sacerdotes, qui se semel deo deuouerunt, alia quærere debebant suæ imbecillitatis pharmaca, quàm matrimoniū. Carnalibus illis & illis qui non capiunt verbum coelibatus, conceditur suaue illud & amarum antidotum, spirituales vero & qui se castrauerunt propter regnum cælorum, summopere cauere debent foeminarum necessitudinem & contubernium, quandoquidem, quod ait Hieronymus, foemina viscus est tenacissimus ad illaqueandas animas. Vbi ergo iuuenis sacerdos cum iuvene foemina habitat, non deerit diaboli viscarium. Et Augustinus: Grauem inimicum consecuta est castitas, cui non solum resistendum, sed potius admissio equo, vt dicitur, ab eo longe fugiendum. Breuis sermo & rigidus cum huiusmodi habitus est. Nec minus cauendæ sunt quia bonæ indolis sunt, vel quia piæ conuersationis esse probantur.

Remedia
ad coercē
dū carnis
pruritum
Primum
Hieron.

Augusti.

tur. Quo etenim melioris famæ existunt, eo citius alliciunt, & c. ¶ Deinde qui sacerdotes sunt, p̄-
 fertim cauere debent, ne pessimis cogitationibus quæ solent incautis imponere animis, sese oblectent, sed quam primum natæ fuerint, memoria incruentæ passionis Christi obtundantur, elidantur in semine, ne excrescant zizania. Beatum vocat illum Hieronymus, qui statim vt cœperit mala cogitare, interficit cogitatus & allidit eos ad petram Christum. ¶ Haud parum quoque profuerit reſtinctioni prurientis libidinis, si omnes carnalium tentationum motus scuto fidei excipias, vt vbi concupiscentiæ te cœperint commouere ad libidinem, instruat te fides, quibus fidas animæ periculis obnoxius, si assenseris: contra qua corona doneris, si viceris. Doceat te etiamnum fides, hanc vitam breuem esse & vmbra inaniorem, fumoq; fugaciorem, vindicem malorum seueriorem, & mortem nullis temporibus morituram. Hoc forte non fuerit poenitentium lasciuientis carnis capistrum. ¶ Meminerint proinde sacrorum mystæ, vt saucię carnis vlcera crebro ieiuniorum & laborę cauterio sanent. Qui delicate nutrit seruum suum, inquit scriptura, in fine sentiet eum contumacem. Nam qui commestationibus vacat, qui porationibus indulget præsentissimis continentię hostibus, non potest non labi. Luxuriosa res est vinũ, inqt in Prouer. Salomon, & tumultuosa ebrietas. Lot inquit Hieron. per temulentiam nesciens libidini miscuit incestum, & quem Sodoma non vicerat, vina vicerunt. Nedũ vina sed & gulæ indulgentia libidini bus fomentum præstat. ¶ Nam qui velit in-

Secundũ

Hieron.

Tertium

Quartũ:

Proue. 29

Proue. 26

Hieron.

Quintũ.

DE SACERDOTVM

- centiura libidinis prorsus cauere, fugiat ocium, q̄
 non est aliud pestilentius malum ad illaqueandū
 imbecillum aīos, quotidiana vero recreet men-
 tem suam scripturarum lectione quæ præsertim
 continētiam nutrire, carnis pruritus medullitus
 possit extirpare. De ocio dicebat Ecclesiasticus:
 Multam malitiam docuit ociositas. De sacrarū
 lectione scripturarum quod noxios carnis motus
 compescant, testimonium habemus Hieronymi:
 Ama, inquit, literarum studia, & carnis vitia nō
 amabis. ¶ Fortissimū quoq; munimentum ad-
 uersus domestici hostis ferociā, est oratio. Hęc enī
 contra quoslibet hostis insultus virtutem & vin-
 cēdi spem administrat. Hinc de summo bono ait
 Isidorus. Isidorus: Hoc est remedium eius qui viciōrum tē-
 rationibus æstuat, vt quoties quolibet tēgitur vi-
 cio, toties deo se subdat ad orationem recurrēdo,
 quia frequens oratio vitiōrum impugnationem
 extinguit. Hęc & si quæ sunt talia, debebant esse
 ebulliētis semper & recrudescētis tētiginis phar-
 maca, nō illa illegitima & foeda cōiugia. Istis re-
 medijs innūera iuuenū & puellarū multitudo in-
 cendia libidinum & concupiscentiarum flam-
 mas superauit, & apud aduersarios aliquot vel
 acherontij senes & decrepiti, sed parum imo ni-
 hil gratiæ confidentes, sed desperantes contrahūt
 matrimonia, perinde atq; deus suæ olim defutura
 rus esset pollicitationi. Id quod plane Paulo non
 placuit, sed quasi animans imbecillum & bene
 operari ex se impotentem, dicebat: Fidelis est de-
 us, qui non patietur vos tentari supra id quod po-
 testis, sed faciet cum tentatione prouentum,
 vt possitis sustinere. His igitur remedijs debebāt
 apud aduersarios sacerdotes rediuinam libidinū

Eccī. 33

Hieron.

Sextum.

Isidorus.

1. Cori. 10

flammam restinguere, & diuinæ gratiæ nihil diffidere.

¶ Verba Pij quæ ex Platina referunt aduersarij, haud ita magni facimus, nam graues atque prudentes viri nonnunquam obiter quædam loquuntur, quæ sepulta esse profuerat. Certe qui in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Quod si in ea sententia ipse perstitisset Pius, vt erat nomine & re vir pius & bonus, vtique saregisset vt cum consensu Concilij redderentur sacerdotibus vxores. Si voluit & non potuit, manifestum est quod non sit in manu cuiusuis hominis vertere quod magno Catholicæ ecclesiæ consensu & authore spiritu sancto institutum est & approbatum. Temeritatis igitur hic arguendi sunt aduersarij, qui nō solum permiserunt, vt contraherent sacerdotes, verum etiam coegerūt vel nolētes vel q̄ castissime sine querela vixerāt. Sed videamus quo prætextu errorem suū adumbrēt.

Verba
Pij exte-
nuantur.
Iaco. 1.

¶ Docuerunt q̄ liceat ipsis contrahere matrimoniū. Primum, quia Paulus dicit Vnusquisq; habeat vxorem propter fornicationem. Item, melius est nubere quā vri.

¶ Haud quaquam vt somniant hic aduersarij, Paulus cuilibet contrahendi matrimoniij copiam facit, cum se titillauerit innata libido. Quando enim dicit: Vnusquisq; habeat vxorem suā, neq; præcepit neque consuluit, vt nullus vir sua vxore, nulla foemina suo careat viro, alioqui ipse inter se pugnantia traderet neq; multum sibi cō-

Verba
Pauli ad
ulterant.

DE SACERDOTVM

staret in tam breui sermone. Si hoc præceptum
 esset vt vnusquisq; vir suam habeat vxorem, &
 vnaquæq; mulier suum virũ, frustra diceret: De
 virginibus præceptum domini non habeo, consti-
 lium aut̃ do. Item: Qui matrimonio iungit virgi-
 nem suam, bene facit: qui non iungit, melius fa-
 cit. Item: Dico autem non nuptis & viduis, ho-
 num est illis si sic permanserint sicut & ego. Au-
 dis igitur ex his quæ loquitur apostolus, q̃ omnes
 æque Christiani non obligentur vt contrahant,
 & quod inculcetur etiam status melior. Si meli-
 or, vtiq; erit & perfectior. Sed quibus consulit
 coelibatum, bestijs an hominibus? Certe homini-
 bus tationis compositibus, qui sibi & malefua-
 dis concupiscētijs adiutore deo imperare possunt
 si in natura esset virginitas, nullũ esset meritũ:
 sed iam in natura non est sed supra naturam: &
 ob hoc bene dicit Ambros. quod in carne præter
 carnem viuere, vita sit nõ humana sed angelica.
 Dicit itaq; hoc verbo Apostolus quod cuiq; libe-
 rum sit vxorẽ ducere, vel coelibatum eligere. Ne-
 tri quoq; obligatur, sed in hac parte relinquitur
 suo iuri, vt vel illi vel huic statui se subiuet. Illis
 q̃ neq; matrimonio neque coelibatui sese obliga-
 runt, & præterea non continent, dicit apostolus:
 Quod si non continēt, nubāt: melius est em̃ nube-
 re quam vri. Hic dicant, si synceriter possunt ad-
 uersarij, an nõ similiter peccet deo q̃ vouit castita-
 tem suam, & postea ducit vxorem: vt ille qui cõ-
 traxit matrimonium & adulterat subinde.
 Quod iste adulter peccet, plurima sunt scripturæ
 testimonia, Iste homini, ille deo nõ seruat fidem.

Coelibata-
 tus nõ ẽ i
 natura.
 Ambros.

Magis
 peccat q̃
 deo quã
 qui hõib;
 nõ seruat
 fidem.

Quæ maior trāsgressio, hoī, an deo mentitū esse?
 Sed tamē vtriusque vna posset esse querimonia
 videlicet, non possum continere. Et sic fiet tan-
 dem vt Anabaptistas vxorū numerositate super-
 rent. Semper enim allegare possent, quia non suf-
 ficat mihi vna neque duæ neque tres, imo oportet
 etiā habere decimā, alioqui prorūpam in adulte-
 rium, & in vetitam libidinem. Vides itaque q̄
 tam coniugibus quam coelibibus refrenanda sit
 concupiscentia, illis in matrimonio q̄ est vir mu-
 lieri obnoxius, & contra mulier viro: istis in con-
 tinentia, vt fidem deo seruent incorruptam, expe-
 ctētque vicissim a deo auxilium vt seruare pos-
 sint. Insulse loquaris plane, si dicas, pendere a
 deo vt iuuare velit. Nam testimonium CHRIS-
 TI habemus, quod deus det spiritum bonum
 petentibus se.

Deus libē
 ter audie
 eos q̄ cō-
 tinere cu-
 piunt.

¶ Quod autem iste, quem adduximus genuinus
 verborum Pauli, quæ allegant aduersarij, sit sen-
 sus, testantur veteres scripturarum interpretes.
 In primis Ambrosius super hoc verbo: Habentes
 damnationem, quia primam fidem irritam
 fecerunt, sic ait.

Ambro.

¶ Quid maneat tales ostendit, ne facile aude-
 ant, quod implere difficile est, aut si anius est hu-
 ic deuotioni deditus, apud se interim teneat, quia
 dicit temerarium esse, quod adhuc iuuenili æta-
 ti credi non debet. Damnationi enim sit obnoxius
 qui ab hoc declinat, quod recte fecerat. Quan-
 tum enim laudabile est, si impleat quod vltra vi-
 res eius credit, tanto magis puniendus erit si hoc
 audeat sibi iponere p̄sumptiōe temeritatis quod

DE SACERDOTVM

Chrysol. ferre non possit: nec ad veniam debet pertinere, & primordio infidelis inuentus est. Deñ Chrysolomus idem Pauli dictum sic tractat:

¶ Cum illi se deuouerint, nubere volunt, habet damnationem quia primam fidem irritam fecerunt. Fidem pactum dicit, contra veritatem meritae sunt inquit, ipsum irritauerunt, & foedera violauerunt. Et Augustinus, cuius verba Beda super praedictam Pauli sententiam adfert.

**Augusti-
n. ad Iuli.
de sanct.
viduitate** ¶ In coniugali vinculo si pudicitia conseruatur damnatio non timetur. Sed in viduali continentia & virginali excellentia virtus muneris amplioris expetitur, qua expetita & electa, & voto deuoto oblata, iam non solum capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle, damnabile. Nam vt hoc demonstrat Apostolus non ait cum in delictis egerint in Christo nubunt, sed nubere volunt. Habentes inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, & si non nubendo, tantum volendo: non quia ipsae nuptiae velut malum damnandae indicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta fides voti. Damnatur non susceptio a bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia conjugalem fidem posterius inueniunt sed quia continentiae primam fidem irritam fecerunt.

¶ Quod hic Augustinus de viduis loquitur, qui se voto obligant, referri debet ad sacerdotes, qui similiter castitatem suam deo vt hostiam multo redolentissimam obtulerunt. Et nullus initiat sacerdotio, qui primum castitatem se promittat obseruaturum. Quod si quis continentiam ex

animo cupit seruare incontaminatam, & nihil negligit eorum quæ ad obseruationem eius iuuat hunc diuina gratia quoq; iuuat vt seruare possit quod ei alioqui esset impossibile. Vnde super illo verbo Pauli: Vnusquisq; proprium donū habet a deo, vnus quidem sic, alius vero sic, dicit idem August. Vnusquisq; iuxta votum suum donum dei habet, vt si velit ipsius nutu dei possibilitatem consequatur. Est igitur in potestate nostra per gratiam dei non vri: nam nemo vritur, nisi volens. Neq; enim tentari sed a tentatione vinci vri est, alioqui & in matrimonio constituti vrentur, qui, si Paulo credimus, tribulationem carnis habent. Idem docet etiam Ambrosius super hunc locum: Vri inquit, est desiderijs agi aut vinci. Cum enim voluntas calori carnis consentit, vritur. Nam desideria pati & non vinci, illustris viri est & perfecti. Ex his arbitror satis doctū esse, quod sacerdotibus & alijs, qui suapte se sponte ad perpetuum deuinxerunt cœlibatum, nulla contrahendi ex scripturis suffragetur lex, & quod aduersus carnis illecebras alia eis quærenda sint cauteria, nempe illa, quæ diximus, aut si quæ sunt alia.

¶ Secundo: Christus inquit, Non omnes capiunt verbum hoc, vbi docet non omnes homines ad cœlibatum idoneos esse, quia deus creauit hominem ad procreationem. Gen. 1.

¶ Bene mouentur hic aduersarij quod omnes homines non sint idonei ad cœlibatum. Sane ex

Augusti.

Vri qd
sit Paulo

Ambros.

Cœliba-
ri natu-
ra nemo
idoneus.

DE SACĒRDOTVM

propria natura & virtute nemo ad cœlibatū ap-
 tus est, quandoquidē mox a corrupta natura ois
 homo ad malum est propensus. Id quod in Mose
 Gene. 3. bene dicebat dominus: Sensus & cogitatio hūa-
 ni cordis prona sunt ad malum ab adolescentia.
 Et plerunq; tamen si desit facultas peccandi, de-
 linquit libidinis cupiditas. Hinc est illud Ecclesi-
 Eccle. 10. astici: Concupiscentia spadonis deuirginauit iu-
 uenculam. Vt igitur continens sis, opem te oportet
 diuinitus implorare, iuxta sententiam Sapien-
 Sapien. 8. tis: Et vt sciui quia aliter non possem esse conti-
 nens, nisi deus det, & hoc ipsum erat summa sa-
 pientia scire, cuius esset hoc donum, adij dñm &
 deprecatus sum illum. Vt cōtinentia sine dei mu-
 nere obseruatu est impossibilis, ita facile seruare
 potest, qui hoc donum dei impetrauit. Hoc igitur
 eorum qui cœlibatum amant, summū debet esse
 studium, vt assidue deum indeficiente rogent pre-
 ce, ne in re tam iusta ipsis desit. Aderit autem, &
 adeo aderit, vt tibi non deneget seruandæ castita-
 tis facultatem, modo tu bonam habeas volunta-
 tem. Pulchre de hac re disputat Origenes.

Origenes **¶** Non auditis ex diuinis scripturis quia certa-
 super Le men est inter homines, carni aduersus spiritū, &
 uit. Ho- spiritui aduersus carnem? Nescitis quia si carnē
 mil. 9 solam nutriatis, et ipsam frequenti mollicie ac iu-
 gi deliciarum fluxu foueatis, insolescat necessa-
 rio aduersus spiritū, & fortior illo efficiat? Quod
 si fiat, sine dubio eum in suam ditionem reda-
 ctum suis coget legibus ac vicij obediē. Si ve-
 ro ad ecclesiā frequenter veniens, autē literis diui-
 nis admoueat, explanationēq; mādatōr cœle-
 stiu capias, sicut cibus & delicijs caro, ita spiritus

verbis diuinis conualescet: ac sensibus & cupiditatibus robustior effectus, carnem sibi parere cogit, ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt, diuina lectio, orationes assidue, sermo doctrinae. His alitur cibus, his conalescit, his victor efficitur. Quod quia non facitis, nolite conqueri de infirmitate carnis. Nolite dicere: quia uolumus, sed non possumus. Volumus continenter uere sed carnis infirmitate decipimur & impugnatur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuae, tu eam aduersus spiritum tuum armas & potentem facis, cum eam carnibus facias, uino nimio inundas, omni mollicie palpas, & ad illecebras nutris.

¶ Ex his uerbis Origenis facile colligis qui sint ad coelibatum idonei, qui inidonei, quibus rebus continetia iuuetur, quibus uirietur. Audi nunc etiam quam potenter Chrysolostorum sententiam expugnet qui dicunt non omnes idoneos esse ad coelibatum.

¶ Non oportet dicere, inquit, non possum continere, & accusare conditorem. Si enim impotentes fecit nos, qui iubet, accusandus est. Qualiter igitur ais, multi non possunt, quod non uolunt dei. Si enim uoluerint, omnes potuerint. Propterea et Paulus ait: Volo omnes homines esse ut meipsum quia sciuerat quod omnes esse poterant ut ipse. Non enim si impossibile esset, hoc dixisset. Vis fieri? uelle primum assume solum. Dic mihi in omnibus artibus cum uoluerimus fieri, contenti sumus, solo autem uelle tangimus res? Tale est quod dico: Vult quis fieri gubernator? non dicit nolo, et in hoc contentus est: rem tangit. Agricolarum rursum uult, at non dicit solum, uolo, sed rem tangit. Demum in omnibus non sufficit uelle solum, sed sufficit uelle cum

Continentia quibus nutriatur

Chrysol.
Humi. 17
in episto.
Hebræ.

DE SACERDOTVM

ope, quia assumit rem quæ laboratur. Dicamus enim cooperatorem & congestorem, solum velimus, solum operi offeramur, in re solum solliciti simus. Hactenus Chrysostomus. Si tantum studerent aliquot sacerdotes seruandæ continentia, quantum student epotandis calicibus; si tantum vacarent orationibus, ieiunijs, bonis & honestis studijs, quantum nunc pro pudor alexæ ve nationi & alijs ineptijs vacant, nemo eorum causaretur continentia culmen apprehensu esse impossibile,

Cogunt
nos vt se
cundum
naturam
viamus

¶ Quod nunc hic addunt, deum creasse hominem ad procreationem solum, ad rhetoricæ pertinet theologiam, & argumentū ē magis irridendum quam refellendum. Tantum tamen cōmode respondeatur, quod deus humani generis factor non solum creauerit hominem, vt procreentur solī carnales filij, verum etiam vt crearentur qui relicta carne spiritui sese totos manciparent. Tam religiosi sunt isti vt omnia ad carnem metiantur, & stulte metuunt, ne omnes monachātū profiteantur, aut presbyteratum. Tam religiosi sunt scilicet vt putent deum suis promissis deferre, qui vbiq; docent & hoc bene docent, quod toti ex deo pendere debeamus. Et si qui nunc ex deo toti dependent, & eum implorant, vt animam simul cum corpore seruare possint impolluta, perurgent eos isti vt mandatum dei iam in nouo testamento spirituali procreationis genere innouatum, faciamus, & vt non rogemus deum, qui det nobis continendi robur & perpetuam voluntatē Prius docere debebant mandatū esse quod sacerdotes & omnes monachi aduersus votum & ad

versus constitutiōem cōtrahere debeāt, quā istas
 nugas impudenter orbi inueherent. Nam omnes
 Catholici negant hoc præceptum esse quod oēs
 similiter liget, videlicet quod omnes teneantur
 matrimonia contrahere, siue sacerdotes siue Mo-
 nachī. Si præceptum est, cur non duxerunt ante
 nos vxores Hieronymus, Augustinus, Ambro-
 sius, & alij omnes boni pontifices & Monachī?
 Si est hoc præceptum, vt omnes filios procreent,
 cur relinquunt suas vxores ad euangelicum mu-
 nus acciti Apostoli? Si præceptum est, vt omnes
 sceminæ nubant viris, cur cœlibes viuunt quatu-
 or Philippi filix? Nam hoc præter acta apostoli-
 ca docuit nos etiam Ecclesiastica Eusebii histo-
 ria. Si hoc deniq; præceptum est vt omnes matri-
 monialibus sint legibus impediti, cur de paucissi-
 mis legitur, quod fuerint mariti? Mariti dico vx-
 orum quas ante nō quas post sacerdotiū duxere
 ¶ Apostolus Paulus matrimonio deuinctis sua-
 der vt aliquando ad tempus ex alterutrius con-
 sensu ab officijs coniugalibus cōtineant, quo sint
 orationi magis idonei. Quid ergo? Non placent
 deo oratiōes quas fundūt illi qui ab actis matri-
 monialibus in ecclesia deū orāt? Sane non videt,
 nā Apost. cōfidēter dicit: Nolite fraudare inuicē,
 nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis ieu-
 nio & orationi. Et si quid placent, nō tamen tam
 efficaces sunt quam sunt eorum orationes qui se
 prorsus a voluptatibus & carnalibus concupis-
 centijs cohibent. Quid ergo faciet sacerdotes
 qui debet quotidie pro toto mūdo impollutas of-
 ferre hostias? Certe q̄ cogitur semper orare, sem-
 per debet cōtinere, vt orare possit cū fruge. Hinc

Cœlibes
 fuerunt
 pleriq; po-
 mnes ve-
 teres Ep̄i

Li. 2 ca. 28

1. Cor. 7.

Sacerdos
 vt sporet
 semp cō-
 tineat.

DE SACERDOTVM

Origenes optime dicebat Origenes super hoc pauli dicto:
 ¶ Certū est impediri sacrificiū indefinens ijs q̄
 necessitatibus cōiugalibus inseruiunt. Vnde vi-
 detur mihi, quod illius solius est offerre sacrificiū
 indefinens, qui indefinenti & perpetuo se deuoue-
 rit castitati. Ambrosius hanc eandē quoq̄ munit
 sententiam.

Amb. in
 epi. Tim.
 cap. 3.

¶ Si plebeis, inquit, hoībus orationis causa ad
 tempus abstinere se præcepit Apo. vt vacēt ora-
 tioni, quātomagis leuitis aut sacerdotibus, quos
 die noctuq̄ pro plebe sibi commissa oportet ora-
 re. Et Hieron. lib. 1. con. Iouinianū sic dicit.

Hieron.

¶ Sed & hoc inferendū, si laicus & quicumq̄
 delis orare nō potest, nisi careat officio cōiugali:
 sacerdoti, cui semper pro officio offerēda sunt sa-
 crificia, semper orandū est, ergo sp̄ carēdū matri-
 monio. Nā & in vetere lege q̄ pro populo hostias
 offerebāt, nō solū in domib. suis nō erāt, sed puri-
 ficabātur ad tps ab vxorib. separati & vinū &
 sicerā nō bibebāt, q̄ libidinem solent prouocare.

Ad cœli-
 batū nos
 adhorta-
 tur Apo-
 stolus.

¶ Quid recēsemus Sctōrum dicta, cū etiā Apo-
 stolus Corinth. quibus de cœlibatu scripsit, ad vti-
 litatem consuluerit, non autem præceperit, conti-
 nentiam, præsertim cum hæc videretur occasio-
 nem præstare, quo securi possent, qui eam arripe-
 rent, dñm orare. Iam nō video quos magis oportet
 sine sollicitudine esse, quos magis deceat cœ-
 libes esse, quos necesse sit magis ad orandū esse
 idoneos, quā sacerdotes, qui ad diuina ministeria
 præcipue sunt acciti, qui diuinis altaribus nunq̄
 debent non astare. Verū si opponāt nobis hic Za-
 chariam Pontificem & Elizabetham eius coniu-
 gem, Petrū & soctum eius, adducemus Hieron.

qui in hac arena ante annos fere mille ducentos Iouinianum deiecit, sic dicentem.

¶ Consuetudine Iouiniani uerborum non intelligit istos quoque inter eos, qui legi seruerint, debuisse numerare. Neque enim Euangelium ante crucem Christi est, quod passione & sanguine ipsius dedicatur. Iuxta quam regulam Petrus & ceteri Apostoli habuerunt quidem uxores, sed quas eo tempore acceperant, quo Euangelium nesciebant. Qui assumpti postea in Apostolatū, relinquunt officium conjugale.

Hieron.

¶ Eiusdem roboris est quod hic in Confessione rhetoricatur magis quam theologizant isti. Metuunt ne si diutius sacerdotibus uxores negentur, defint pastores, qui curam gerant animarum. O bella capita, si non vacarent cerebro. Perinde est atque si dicerent: Nisi restituantur sacerdotibus uxores, nemo erit pastor, nemo erit qui docendi populum munus obeat, nemo erit qui praebeat, quam si ad solos pertineat Sacerdotes generationis officium, & non ad omnes qui legitime possunt contrahere. Aut certe hoc volunt, aut ut ex Sacerdotibus solis solum procreentur sacerdotes, quemadmodum ex solis Leuitis solum nati sunt Leuitae. Operis precium fuit, ut Leuitae uxores haberent, ex quibus Leuitas novos acciperent, aut certe interisset breui genus illud Leuiticum, interisset etiam annuus diuinus cultus, cui istud peculiariter erat applicatum. At non necesse est, ut nunc Sacerdotes uxores habeant, ex quibus novos Sacerdotes accipiant. Si qui uero accipiunt, non sine graui populi totius scandalo accipiunt. Nam ex legitimis uirorum & mulierum matrimonijs nascuntur.

Nota quod in Confessione metuant.

Leuitae necessario habebant uxores.

DE SACERDOTVM

qui sacerdotio possunt initiari. Et hi grauer ferrent si ex solis sacerdotibus sacerdotes deberent nasci. Cupiunt enim omnes boni parentes, vñ saltem filium Deo consecrare, qui mortificata carne in castitate corporis & spūs mundissimas Deo vñ offerat hostias. Si qui sunt sacerdotum filij, si ne publicitus, tamē clam apud plebeios exhibantur, quanq̄ ipsi filij, hoc nihilo sint peiores. Pessime audiunt apud omnes sacerdotes concubinarj, & vtinam Summus Pont. & omnes boni Episcopi huic malo mederent tandem, non vt redderentur eis vxores, sed vt cogerent eos ad remedia cœlibatus seruandi, quæ oñdimus, vel ad alia efficaciora. Nam necesse est vt Sacrosanctis Patrum Synodis suus seruetur honos. Ante annos mille trecētos Calixtus papa vir vitæ sanctimonia & martyrio clarissimus, decreuit, q̄ sacerdotes deberent cœlibes esse, & isti mentiuntur constitutionem de continentia nouitiam esse, & vix quadringentos annos natam. Hoc vero fuit illius sancti viri decretum

Decretū
Calixti
de cœliba
tu sacer
dotum.

Synodus
Cæsari.

¶ Presbyteris, Diaconibus, Subdiaconibus et Monachis, concubinas habere seu matrimonia contrahere pœnitus interdiciamus, contracta quoq̄ ab huiusmodi personis dissungi, & personas ad pœnitentiam redigi debere iuxta sacrorū canonum definitionem iudicamus. Et ex hoc decreto liquet, diu añ Calixtū cautū fuisse in ecclesia ne Sacerdotes vxores haberēt. Et hæc definitio adeo placuit posteriorib⁹, vt & in Cæsariensi Meldensi, Toletano primo & quinto, Neocæsariensi Concilijs approbata sit & nouata. ¶ Quippe in Synodo Cæsariensi ita constitutū est: Pres-

hyter qui vxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere statuimus. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abijciatur & pœnitentiam agat.

¶ In Concilio Meldensi decreuerunt patres, ne minem ad sacrum ordinem admittendum, nisi qui aut virgo sit aut probata castitatis, & qui vsq; ad subdiaconatum vnicam & virginem vxorem habuerit.

Conciliū
Meldens.

¶ In Concilio Toletano secundo præcipitur, vt ad Diaconatum accessuri continentiam profiteantur. ¶ In Concilio Toletano quinto hic canon aditus est: Quando presbyteri & Diaconi p parochias constituuntur, oportet eos professiōem episcopo suo facere, vt caste & pure viuant sub timore dei. ¶ Et ante omnia ista Concilium Neocæsariē, in quo præsentēs fuerūt Basilus & Gregorius, hoc statuit: Presbyter si vxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abijci & ad pœnitentiam inter laicos redigi oportere. Vnus est Conciliorum & Sāctorum Patrum concentus, quod continere debeāt Sacerdotes tam a coniugibus quam concubinis, & isti allegant ius naturæ, quasi nemini legem naturæ liceat freno continentia compescere, & carnem iugo spiritus domare. Libenter volunt veteribus canonibus inquiri, obedire, sed hos Canones veteres (Nam cōcilium Neocæsariē fuit anno dñi 314) nolunt recipere, qui suo aduersantur instituto Allegant Paulum dicentem, episcopum eligēdū esse eū, qui maritus sit, q̄si hoc necesse sit vt maritus sit, & quod sine vxore nemo debeat Episco

Conciliū
Toletanū, 1. & 5

Cōcil. Neocæsariē

Hieron.
quō intel
lexerit lo
cū: Opor
tet episco
pum, etc.

pus esse. Hic ipsi cogunt episcopos vt ducant vxores, cum hoc liberum sit vnicuique vt contrahat vel non contrahat matrimonium. Quanquam non nesciamus Hieronymum hunc locum ita interpretatum esse vt intelligatur de vxore mortua, non autem viuente. Et hæc etiam sententia non displicuit Chrysostomo, qui etiam refert quosdam ante se sic eam intellexisse. ¶ Citant & alia quædam paulo absurdiora, quæ vanissimum fuerit refellere. Nam omnia pertinent ad legitima matrimonia plebium, non ad nouas & illicitas nuptias Sacerdotum q̄ coram Episcopo suo iureiurando sese obstrinxerunt, vt pure & caste viuerent. Liber erat ante Sacerdotium vt vxorē duceret vel non duceret. Nunc non licet matrimonialibus implicato legibus Sacerdotem esse, tametsi non negemus aliquando licuisse, cum in initio nascentis Ecclesiæ essent aliqui boni viri coniugati, quibus Sacerdotale officium necessario debebat committi. Nunc in Catholica Ecclesia non admittitur, nisi qui continētiam prius vouerit perpetuam. Et qui non vult eam vovere, sacerdotio censetur indignus. Tantum de Sacerdotum coelibatu.

DB missa et de sacrificio altaris nihil hic agimus, quia superiore anno aduersus Bernardum Rothmannum hæc luce clarius ædidimus. Et in hac arena fortiter deiecit Lutherum & totam aduersariorum phalangem Iohannes Eccius inuictissimus fidei nostræ propugnator, & quod citra inuidiam dixerim, sine pari. De Confessione & de peccatorum enumeratione pleraque multa diximus supra, cum de pœnitentiæ partibus differeremus, Hæc itaque sufficiant,

DE DISCRIMI. CIBORVM.

Publica persuasio fuit non tantū vulgi sed etiam docentium in ecclesijs, quod discrimina ciborum & similes traditiones humanæ sint opera vtilia ad promerendam gratiam & satisfactoria pro peccatis.

DRaco ille magnus serpens antiquus quod vocatur diabolus & Satanus humanæ inuidens salutem, multiphariam agit, ut perdat hominem. Haud enim ignorat quantum ieiunia abstinentiæ, & austerior vita ad salutem conducant. Inuenit autē harum rerum non ignauos milites, qui cum Catholicis earum defensoribus aperto Marte pugnarent, ut possit tandem de victoria triumphare. Sed frustra sane & proflus sine spe conflictant milites isti aduersus veritatem se se potenter protegentem, frustra obarmant se contra inuicta dei castra. Post Cherinthum carnalium voluptatum defensorem, venit Iouinianus diabolici impiger legatus ieiuniorumque & abstinentiarum strenuus hostis, cuius ut referente Hieronymo agnouimus, tertia assertio fuit, inter abstinentiam ciborum & perceptionem cum gratiarum actione, nullam esse distantiam. Hanc impiam voluptarij hominis persuasionem idem Hieronymus obtundens, docet ieiunium saturitati præferendum esse, & abstinentiam ciborum vsui eorum præponendam. Aduersus eundem errorem extat liber Ambrosij de Elia & ieiunio, qui ieiuniorum laudem & utilitatem aduersus blasphematum hæreticorum protetiam luculenter tradidit.

Iouinia-
nus ieiu-
niorum ho-
stis.

Ambr. II.
de Elia et
ieiunio.

DE DISCRIMINE

**Vigilan-
tius dam-
navit iei-
nium.** Prodiit subide Vigilantius hō haud multo min⁹
effrons, qui iam pene Ioviniani de ieiunio extin-
ctam hæresim velut ab inferis reuocauit, damna-
uitq; ieiunium Epicurus iste ceu rem multo pesti-
lentissimam. Circiter annum domini plus minus
septuagesimum supra millesimum ducentessimū
apparuerunt nescio qui furunculi, qui eadem mo-
liti sunt, quæ iam dictæ hæreticorum feces inani
conatu tentarunt. Et hõz venenato latratui Bo-
nauentura homo grauissimorum iudicio virorū
vere Seraphicus, tractatu cui est nomenclatura
Apologiæ pauperum, confidenter & cum victo-
ria obuiauit. Hos Vuiclesus & Iohannes Huf-
nocentiss. Iatrunculi subsecuti sunt, qui sub Chri-
stianæ libertatis titulo ieiuniorum obseruantia,
prout tradidit Ecclesia, impudenter damnarunt.
His nunc succinunt isti aduersarij nostri, qui do-
cent certorum prohibitionem ciborum doctri-
nam esse dæmoniorum. Cōfidimus autem quod
& isti protinus succumbant, quanquam iam sæ-
pe a multis doctis viris contusa sit eorum auda-
cia. Audis itaq; vnde propagata sit istorum opi-
nio, nimirum ex malo coruo malum ouū. Cau-
santur quod docetur in Ecclesia Catholica, absti-
nentiam ciborum & ieiunia & traditionum hu-
manarum obseruantiam ad promerendam gra-
tiam vtilia esse, & pro peccatis satisfactoria.
Cur hoc non doceretur, cum omnis id clamet scri-
ptura, clamet Christus, clament Apostoli, clamēt
etiānum omnes orthodoxi patres? Id nunc breui-
ter videamus. ¶ In Ioele inquit dñs: Cōuertimini
ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu. Cer-
te hic cum ad conuersionem impij requirit ieiuni-

um, indicat quod ad iustificationem profit ieiunium, modo non desit dolor poenitentiae.

¶ Tobias quoque vir deo plenus ait: Bona est oratio cum ieiunio & elemosyna, ubi innuit & ieiunium et elemosynam adiumenta esse quibus oratio roboretur. Citius sane auditur oratio eius, qui abstinentia corpus suum alioqui ad libidinem proclive flagellat, & qui in erogando pauperibus assiduus est, quam qui in delicijs luxatus, & i pauperes crudelis, pharisaica deum orat fronte.

Tob. 12.

¶ Moses Israeliticae dux phalangis ieiunauit continue quadraginta diebus et quadraginta noctibus, priusquam legem acciperet. Sic enim populum suum in Deute. affatus est: Perseueraui in nocte quadraginta diebus & noctibus panem non comedens & aquam non bibens, deditque mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Cur ieiunat tantisper homo dei, qui diuino affatu dignus est? Cur non accipit legem mox consensu monte nisi ut magis fiat idoneus, qui accipiat tantum dei beneficium.

Exod. 24.

Moses

Deut. 9

¶ Samuel quoque exhortabatur Israellem, ut congregaretur coram domino in Masphat ieiunaret in die illa. Acquisiuit vero Israel tantae exhortationi & dixit domino: Tibi peccauimus domine. Et hoc ieiunio & hac humili confessione mitigarunt vindicem dei animum, adeo ut ille poenas quas daturi erant, nisi resipuissent, retractaret, defenderetque eos multo miraculo ab hostibus coniuratissimis. ¶ Elias ieiunium Moisaico illi ieiunio haud impar, modico pane eoque subcinericio reffectus, absoluens, tandem meretur vocem diuinam & claram illustrationem. Hic dicit Ambrosius, Ieiunius filium videtur ab inferis resu-

1. Reg. 7.

3. Reg. 19

Elias

DE DISCRIMINE

- scitauit, ieiunus pluuias ore deposuit, ieiunus ignes de caelo vocauit, ieiunio curru raptus est ad caelum & quadraginta dierum ieiunio diuinam acquisiuit praesentiam. Tunc denique plus meruit quando plus ieiunauit. ¶ Achab rex impius, vt ex propheta audiuit offensum sibi esse dominum & poenas illaturum, scidit vestimenta sua & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque & dormiuit in sacco & ambulauit demisso capite. Et hac ratione promeruit vt tempore suo nulla regno suo obuenerent incommoda, sed ad filium suum translata sint. ¶ Sara virgo purissima Raguelis bona filia ieiunando & orando obtinuit, vt a daemone septem viros suos, quibus ante Tobiam nupserat, iugilante, illaesa semper abierit. ¶ Iudith sancta vidua vitam suam post defunctum maritum, vno fere ieiunio transegisse scribitur. Et de hac est praecclarum testimonium Ambrosij: Iudith inquit, ieiunans omnibus diebus viduitatis suae, praeter festorum dierum solennitates, his armis munita processit, & omnem Assyriorum circumuenit exercitum. Sobrii vigore consilij abstulit Holofernis caput, seruauit pudicitiam, victoriam reportauit. Haec enim succincta ieiunio in castris se praetendebat alienis. Ille vino sepultus iacebat, vt ictum vulneris sentire non posset. Itaque vnus mulieris ieiunium innumeros strauit exercitus ebriorum. Et paulo post de Esther ait idem: Esther commendata quae ieiunio adornata Ahasuerum populo suo reddidit placatum. Et in fine: Est ergo ieiunium reconciliationis sacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam scenas fortiores augmento gratiae. ¶ Daniel oratu-
3. Reg. 12.
Achab.
- Tob. 3.
Sara.
- Iudith.
- Ambrosij
us.
- Idem.
- Daniel.

rus deum pro populi liberatione, prius ieiunio se disponit, quo sit oratio magis exaudibilis. Et non solū meruit vt popul⁹ liberaretur, verꝫ etiā vt angelus eum inter flammaram crepantium turbine inuiseret & vim ignis stupendo miraculo infirmaret. Deprecātur & Niniuitæ mala sua, quæ sustinere debebāt nisi ieiunio, oratione, cilicio & cinere iram dei placauissent. Hæc pauca de plurimis veteris officinæ testimonijs collegisse sufficiat, reliquū est vt nūc videamus an & in noua lege ieiunia aliquid habeant viuētis energiæ. Hic principio memoriæ occurrit homo plane diuinus prius spiritu sancto plenus quam natus, Iohannes baptista, cui melota vestimentum, locusta & mel syluestre esca, aqua potus erat. Hic si ieiunium & abstinentia admirāda magis quam imitanda, ad iustitiam non pertinuissent, nūquam tanta se inedia afflictasset. Habuit quoq; testimoniū a Christo quod eo nemo inter natos mulierum maior esset, certe non ob aliud, quam quod nihil eorū ommitteret, quæ viderētur ad iustitiā pertinere. Certe ieiunia & abstinentiæ & alia quæ in eo commendantur, ad iustitiæ opera adnumerare necesse est, alioqui non dixisset Christus: Venit Iohannes baptista non manducans neque bibens, neque ceteri euangelistæ referrent vitā eius tam duram. ¶ Commendatur impendio & Anna Phanuelis filia, quod nō discesserit a templo sed die noctuque ieiunijs & obsecrationibus domino seruerit. Et idcirco Christum & videre & predicare meruit.

¶ Ieiunat & Christus quadraginta dies & noctes

Niniuitæ

Iohannes
baptista.

Matth. 11

Anna
Phanuelis
filia.
Lucæ. 1.

DE DISCRIMINE

Apostoli.
Act. 13.

2. Cor. 6

Ieiunia p
tinent ad
domādū
carnem.

totidem vno ieiunio absoluens. Ieiunāt post sub
latum hinc in caelum Christum Apostoli, & sine
ieiunio nullum opus arduum et quod humanam
superat rationem, aggrediūtur. Dimissuri nam-
que Saulum & Barnabam in opus euangelij, ie-
iunant & orāt, vt cū energia spirituss, eis manus
imponant. Et ieiunātibus illis adfuit spiritus san-
ctus, qui diceret: Segregate mihi Saulum & Bar-
nabam &c. ¶ Postremo vt omnes alios tacea-
mus, hortatur nos Paulus, vt in omnibus exhi-
beamus nos sicut dei ministros in multa patien-
tia, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs. Quis nō vi-
deat ista ieiunia & similes traditiones (non dicā
hic humanae sed diuinā: nam ieiunia habēt man-
datum dei, & authore spiritu sancto quidam di-
es cum ieiunio sunt transigēdi) sint vtilia ad pro-
merendam gratiam, & satisfactoria pro peccatis?
Si non conducunt ad promerendam gratiam
&c. nō video quorūm his facto opus sit. Nam
q̄ iustus est & a peccatis emaculatus, nō indiget vt
ieiunio latrantem irritet stomachum, sed vti pōt
quod aduersarij inquit, euāgelica libertate, q̄ ni-
hil eis non licet. Quibus ergo haec scripsit Apost.
iustis an iniustis aut vtrisque simul? Certe vtrisque
scripsit. Iustis ieiunio opus ē, nam laxato delictijs
corpore, nequit spūs integer cōsistere, sed fouetur
ardentis Aethnae incendium, & flammivomi for-
nax Vulcani accensa mōtes conterminos adurit.
Iniustis maxime cōuenit vt ieiunent, nam hac ra-
tione gratiam promerentur. Quod hoc verum
sit, docent scripturae, docebunt & dicta patrum
quae subscribentur. Est & alia ratio vtrisque com-
munis cur ieiunare debeāt, videlicet vt summa

cura caueant ne in sacrosancta Ecclesie decreta offendant, quæ qui contempserit re ipsa declarat se non iustum sed iniquum esse. Nunc audi quid de ieiunio senserit veteres scriptores. Nam si quæ de ieiunio tradunt, auctoritatem habet, vt gratiam promereatur, non erunt etiam alia traditio nes quæ auctore spū sancto p̄ sanctos patres accepimus, infirmiores, quā vt gratiam lucrentur.

¶ Cyprianns itaq; vir apud omnes probatissimæ fidei, de ieiunio hoc modo differuit: Ieiunijs vitiorū sentina siccatur, petulantia marcet, cōcupiscentia languet, fugitiuæ abeunt voluptates. Vtilitas ieiuniorū temporibus Christianis clarius patuit, & a multis frequentata in plurimos se effudit. Quotquot virtutum viros vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse, nec aliquid magnū moliti sunt, nisi prius abstinentia p̄cessisset. Quoties aliquid a deo obtinere conati sunt, ieiunijs incubuere & lachrymis & pernoctantes in orationibus cilijs carni hærētibus supplices beneficia postularunt. Nec defuit prouentus, vbi ad pedes dei sacrificium contriti cordis offerens se prostravit humilitas, sed prope fuit inuocātibus se deus, & porrexit manum naufragis & subuenit afflictis. Hactenus Cyprianus, Quid poterunt hic reclamare homines plane Epicurei & rituum Ecclesiasticorū dissipatores? Ipsi vrgent q̄ discrimina ciborū, quorū in ieiuniorū obseruātia bona p̄est, non mereantur gratiā, neq; faciant ad remissionem peccatorū & iustificationem, cum tñ Cyprianus hic dicat aperte, quod non defuerit prouentus, cum ieiunijs incubuere, qui aliquid a deo obtinere moliti sunt. Et nunc tamen si insantiant

Cyp. ser. de ieiun. et tenta.

Ieiunia q̄ cōmoda sequatur

DE DISCRIMINE

Melanchthon & ceteri hæreticæ istius cohortis doctores, qui corde contrito & humiliato abstinencia sese flagellant, deus porrigit manū vt accipiant gratiam & misericordiam.

¶ Huic Cyprianianæ sententiæ, haud imparia sunt illa dicta Ambrosij quæ paulo ante cum de Iudith & de Esther proferrem bona testimonia. recitabantur. Similiter quadrant isti quæ recitat Augustinus, dicens: Ieiunium purgat mētem, subleuat sensum, carnem spiritui subiicit, cor facit cōtritum, & humiliatum, quod deus non spernit, concupiscentiæque nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis lumen accendit &c. Audis etiam hic, quod deus nō spernat ieiunium sed mercede compenser.

¶ Gregorius quoque vir omnium iudicio sanctissimus instituit, vt ad missam ante sacrum Canonem caneretur: Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia per CHRISTVM dominum nostrum. Quid necesse est pluribus lectorem grauari testimonijs, cum inter Ecclesiasticos scriptores nemo sit qui nō reliq̄rit præclara ieiuniorum & abstinentiæ encomia, quibus colligitur, q̄ ieiunijs modo sint pura & voluntaria, placemus iram dei, impetremus beneficia, illuminemur, & cordium tenus purgemur. Quicquid de ieiunio hæctenus dictum est nobis, referendum est ad omnes pias & vriles traditiones, quas authore spiritu sancto a patrib. accepimus. Quod si hoc vnū decretū de ieiunijs accipiunt, necessario cogentur etiam alia non repudiare, quæ longo iam vsu in

Ecclesia obtinuerunt. Omnium enim vna est lex, vna auctoritas. Et bene sentit mundus, quando tam æquis tam vtilibus ceremonijs putat deferendum esse. Tamen si nihil mererentur ieiunia & alia officia, mereretur tamen obedientia præcepti gratiam & remissionem peccatorum, melior est enim obedientia, inquit Samuel, quam victimæ. Hic videant sibi aduersarij quid agant, quando cum contemptu omnium Conciliorum, omnium patrum, omnium Ecclesiarum docent quod ista non sint obseruanda, vt talia quæ promerantur gratiam, & satisfaciunt pro peccatis, cum nulla solida scriptura hoc possint probare. Calumnijs solum & mendacijs oppugnant Catholicos superbi rhetores, in hac palestra strenui milites. At haud quaquam cedunt arena, qui circumcirca fortissimorum præsidio Athletarum, imo qui ipsa veritate muniti sunt. Audi nunc quod obstat cur nolint obtemperare.

¶ Primo obscurata est doctrina de gratia & iustitia, quæ præcipua pars est euangelij.

¶ Hic expectamus rationem, quomodo obscurata sit doctrina de gratia & iustitia, per traditionem ieiuniorum, aliarumque ceremoniarum, cum ista nihil impediant doctrinam gratiæ & iustitiæ, quo minus eminere & extare possit in Ecclesia, imo tota in hoc sunt, vt magis ista doctrina reluceat. Nullum vero PAVLO facessunt negotium lex Evangelica & traditiones quæ auctore spiritu sancto in Ecclesia

Obedientia erga patrum traditiones meretur remissio pecc.
1. Reg. 15.

Traditiones de ieiunijs etc. non obscurant doctrinam de gratia & iustitia

DE DISCRIMINE

iam dudum ab Apostolorum temporibus inoleuerunt, alioqui apertò Marte aduersus apostolos & aduersus sese conflictaret ipse Paulus. Sed hanc calumniam cum de iustificatione loqueremur, aperte contudimus.

¶ Secundo hæ traditiones obscurauerunt præcepta dei quia traditiones longe præferebantur præceptis dei.

Traditiones quæ ad æquã præceptis dei grauius peccant.

¶ Hic nihil opus est responsione, nam quæ hic dicunt a vero sunt alienissima. Hoc tamen breuiter dixerò, quod quisquis tandem humanas traditiones ut prorsus humanæ sunt, præceptis diuinis aut æquat aut præponit, pessime agat. Hoc tamen non facile pronuntiauerò, de his qui morem gerunt sanctionibus, quas a spiritu sancto per Ecclesiam accepimus. Sunt enim quibus aliquor Conciliorum decreta eiusdem cum Euangelij sunt authoritatis, paris honoris. Impie hic rhetorizantur, quod homines putauerint totum Christianismum nihil aliud esse quam certarum obseruationum feriarum, rituum, ieiuniorum, vestitus. Sed bene crediderunt hæc quod ista, quæ hic enumerant aduersarij, ideo decreta sint, ut præcipui illi Christianismi articuli de fide, de charitate, de spe, & de cæteris virtutibus exactius obseruarentur. Habebatur proinde magnus honor magistratui alijs functionibus ciuilibus, coniugio, prædicabaturque publicitus, quod ista esset ordinatio Dei, quæ non posset non esse bona, & quod unusquisque in uocatione sua saluari posset, Nihil igitur facias

ista verborum sed inanium lenocinia.

¶ Tertio traditiones attulerūt magna pericula conscientijs, quia impossibile erat omnes traditiones seruare, & tamē homines arbitrantur has obseruationes necessarios esse cultus.

¶ Traditiones nullum adferunt periculum his qui libenter ecclesiæ obsequuntur, qui bonæ sunt voluntatis, sed lucri plurimum. Hinc est illud Damasi ad Autelium Carthagineñ. Episcopum Nullo modo statuta sanctorum Patrum absq; inevitabili necessitate transgrediamur, sed fidelissime per ea gradiētes cum eis qui instinctu condididerunt diuino mercedis gloriam & laboris cumulum habere mereamur. Contra qui non obediunt sanctis canonibus plurima manent pericula, non tam corporis quam animæ. Si tot pericula operiuntur inobediētes simpliciter, quot putas discriminibus subiecta erit conscientia quæ eos contemnit, quæ manibus pedibusq; & toto deniq; pectore renititur, & quæ cupit esse abolitos & omnino e mentibus hominum sublatos.

¶ Quod vero asserunt, impossibile esse omnes traditiones seruare, facile admiserō si intelligant hoc modo, q̄ iusta Sanctorum patrū scita simul cum impijs hæreticorum edictis seruari non possint. Quemadmodū enim diuersa sunt Sanctorum patrum & hæreticorum ingenia, ita & in decernendo differunt, & ob hoc vtraq; obseruata sunt impossibilia. Et sententia est euangelica q̄ nemo possit duobus dominis seruire, Si autē de æquissi-

Traditiones nihil onerāt cōscientias. Damaf.

Decreta quæ obseruata sunt impossibilia.

DE DISCRIMINE

mis patrum statutis intelligi volunt, errant quod
 dicitur, tota via. Nam nihil statutum est apud eos
 quod idem obseruari non possit. Ostendant si pos-
 sunt, vnum aliquod ex omnibus, quod sua graui-
 tate voluntarium opprimat, vt ab Ecclesia abo-
 leri possit. Et si quidem est aliquid graue, non ta-
 men ad hoc æque omnes tenentur, sed pro ratio-
 ne locorum, temporum, personarum mitigari de-
 bet. Si in hac causa fuerunt aliqui seueriores, illi
 nimirum corripendi sunt, ne ratione obseruatio-
 num infirmos opprimant. Non igitur obligantur
 prægnantes mulierculæ, puerperæ aut quouis mo-
 do valetudinarij ad quorumuis statutorum obser-
 uantiam, sed fortes sed sani sed robusto corpore,
 quorum corpora ne spiritum opprimant, habe-
 nis indigent & loris. Nunc qui obstrepunt sacris
 istis canonibus, idem opponimus, quod iam pri-
 dem Aurelio Carthaginensi Episcopo mādabat
 Damasus, vt populo suo ea publicaret: Instituta
 patris, inquit, te custodire optamus, & alijs prædicā-
 da ac publicanda mandamus, vt ab omnibus e-
 tiam inuiolate debita veneratione custodiantur,
 & inuiolate seruentur, atque ab omnibus futuris
 temporibus diligenter venerentur, quia violato-
 res voluntarij canonum grauius a sanctis patri-
 bus iudicantur, & a spiritu sancto, cuius instin-
 ctu ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam
 blasphemare spiritum sanctum non incongrue
 videntur, qui contra eosdem sanctos canones nõ
 necessitate compulsi sed libenter aliquid proter-
 ue agunt aut loqui præsumunt, aut facere volen-
 tibus sponte consentiunt. Talis enim præsum-

Ad tradi-
 tionū ob-
 seruantiā
 qui nõ te-
 neantur.

Damasus

prio manifeste vnum genus est blasphemanti-
 um spiritum sanctum, quoniam contra eum a-
 git, cuius impulsu & gratia iidem sancti æditi
 sunt canones. Hic iterum incidimus in eundem
 labyrinthum vnde iam cum de traditionibus
 ageretur, eramus erepti. Sed huc adegit nos
 istorum impudentia, qui omnem mouent lapi-
 dem vt omnia ieiuniorum & aliorum rituum
 canones pessudent, viuantq; soli Epicuri. Quæ
 ex scripturis citant nihil obsunt nostro instituto,
 neque vlla indigent expositione, nam quædam
 refellimus, quædam sese exponunt. Hoc solum
 iterum me mouet quod isti tam crebro dæmonio-
 rum reminiscuntur, angelorum plane pestilentis
 simorum, quorū vt refertur nomenclatura, obtu-
 rant aures suas pñ homines signatisq; frontibus
 cupiunt hanc pestem a se esse quam longissime.
 Non quod omnino nominari non liceat, sed
 quod tam sæpe cum Catholicis eorum doctrina
 æquari non debeat. Sic itaque aduersus Catho-
 licam doctrinā quasi illa dæmoniaca sit, tam im-
 prudenter quam fallaciter ex Paulo doctore ve-
 ritatis pronunciant.

Dæmoni-
 orum sæ-
 pe faciūt
 mēionē
 hoies pa-
 rū diuini.

¶ Et i. Timot. 4. vocat prohibitionem
 ciborum, doctrinam dæmoniorum, quia
 pugnat cum euangelio talia opera institu-
 ere aut facere, vt per ea mereamur gratia-
 am, aut non possit existere Christianis-
 mus sine tali cultu.

DE DISCRIMINE

Quod peruersorum hominum impudentiam & malignitatem plus quam hostilem, quæ Catholicam Ecclesiam ipsam veritatis columnam & magistram non metuit tam sæpe demoniacæ doctrinæ petulanter & falso arguere. Et ob hoc solum effrenant inuerecundum os suum quod Ecclesia certis temporibus decreuerit certis cibis vitendum esse. Si hic est tantum periculi, expostulent cum Apostolis qui decreuerunt etiam de cibis, quibus vti, quibus non vti liceret illis qui ex gentibus nascebantur Christo. Prohibet etiam natura ne omni carne vescamur, utpote canina, egna &c. Cur non item dicunt hic quod & ista doctrina natura sit doctrina dæmoniorum, aut cur item non

Cibis quæ
 ab horret
 natura

Episcopi
 habent au
 thoritatē
 vt mode
 rentur ca
 nones pro
 qualitate
 person.

prætergreditur doctrinam istam sicut doctrinam Catholicam de delectu ciborum præuaricati sunt. Sane utrunque de ordinatione dei est, ut abominemur ea quæ horrescit natura, & ut maioribus Ecclesiæ in rebus tam leuissimis & obseruatiuissimis pareamus. Non habent hic quod respondeant. Nam quod iam attigimus, infirmi & qui legitimam habent causam vescendi carnibus, excipiuntur ab hac lege, & hic maxime relaxatur rigor Canonum. Sed nolunt hanc relaxandi canonum potestatem apud quosuis esse, sed solum apud Episcopos aut eorum vicarios alioqui indulgerent sibi plus satis, & viuerent Epicuros, Sardanapalos & bacchanalia. Sed Episcopi, qui habent mandatum dei, ut subditorum suorum animabus bene consulant, in primis cauere debent, ne illi delitijs & voluptatibus emasculentur. Si non ista bona causa ob quam fortes viri debeant Episcoporum decretis obtemperare, non video

cur præpositi sint, vt Ecclesiæ dei prouideant. Si hic dixerint, quod solum in verbo & doctrina p̄sistere debeant, responderi potest quod quãdo obediunt verbis diuinis quæ illi prædicant, deo vel coacti obsequuntur. Iam additum est vt & Episcopis obediant & subiaceant, ceu his qui curam habent animarum eorum. Et in Matthæo dicit Christus: Omnia quæ dixerint vobis facite. Non loquitur hic Christus de mandatis dei, quæ prædicant, vt in his eis obtemperemus. Nã vox Christi est: Si vis ad vitã ingredi serua mandata, perinde atq̄ diceret: Si non seruaueris m̄adata, non ingredieris ad vitam.

¶ Abutuntur igitur dictis Pauli. Nam Paulus loquitur aduersus hæreticos, quos surrecturos certo certius prænouerat, videlicet Encratitas, Tatianos, Seuerianos, & similes pseudapostolorum pestes, qui cum Manicheo contendebant esum carniũ & vini potum ob hoc omnino fugiendum esse, quod caro & vinum suapte natura essent mala: & horum iniquam persuasionem refellit hic Apostolus, dicens hanc esse doctrinam dæmoniorum. Et hinc dicit idem: Omnis creatura dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione accipitur. Quod vero iste sit intellectus verborũ Pauli, testentur ipsæ aduersariorum conscientiæ, quas nunc rodit & vellicat vermis ille mortis nescius. Sentiunt enim sancto motu sacros antistites instituisse vt aliquando a carnibus & ab omni luxu ieiunent homines, tum vt carnem spiritui subiugēt, tum vt magis sint idonei qui orantes gratiam & beneficia a deo impetrent. Certe Augustinus intellexit de his quos

In traditi
onum p̄-
ceptiste-
nenē sub
diti Epif-
copiscobe
dire.

Matt. 23.

Mat. 23.

Adulter-
ant Pau-
lum Lu-
therani.

DE DISCRIMINE

nominauimus.

August. **¶** Istos inquit, significauit futuros Apostolos in temporibus nouissimis, prohibentes nubere et abstinere a cibis, quos deus creauit. Hos enim proprie designat, qui non se propterea temperant a cibis talibus, ut aut concupiscentiam suam refrenent, aut infirmitati alterius parcant. **¶** Si non intellexit ad hunc modum, pugnat ipse secum & cum sacris canonibus, quos ante eum fecerunt non minus docti quam sancti pontifices. Sed id absit, voluit enim eorum irrefragabilem esse auctoritatem. Qua igitur fronte audent Catholicam doctrinam cum impiissimis hæreticorum commentis conferre? Sed isti rhetores, quos certe scimus Confessionis & Apologiae architectos esse, non putant se satis suo defunctos esse officio, nisi egregie Catholicos calumnientur, nisi Catholicos in Meccenatum suorum & plebis odium rapiant.

¶ Et in hanc concedit etiam sententiam Hieronymus, qui ad Iouinianum ita inquit: Reprobat Apostolus eos qui prohibebant nubere & iuebant a cibis abstinere, sed Marcianum designat et cæteros hæreticos qui abstinentiam inducunt perpetuam, ad destruenda & contemnenda & abortuanda opera creatoris. Nos autem omnem creaturam laudamus & maciem saginæ, abstinentiam luxuriæ, ieiuniaque præferimus saturitati. Et a diebus Iohannis baptistæ ieiunatoris & virginis, regnum cælorum vim patitur. Hæc ille benedixit, et inter recitandum non solum aduertimus quod ista sententia Pauli non potest de Catholica doctrina dici, sed & quod ieiunatores, & discrete a cibis abstinentes de congruo merentur gratia.

Auguſt.
cōtra A-
damari.
hūc locū
Pauli ali
ter intel-
lexit atq;
iſti,

Alii q̄q;
Hierony-
mus.

Ieiuna-
tores, de
congruo
merentur

tiam & gloriam, iuxta euangelij vocem: **A** gratiã & gloriam. Matth. 11
 diebus Iohannis baptiste regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Inferunt regno cœlorũ vim, q̄ cupiditatibus imperant, q̄ luxuriã castitate, gulam abſtinentia, iram manſuetudine, auaritiã liberalitate, ſupbiam humilitate ſuperãt. Et hæc eſt anguſta porta & arta illa via quæ tam raros habet, qui conterant eam. Sed hæc iam ſunt extra metam.

¶ Nec vt iterum calumniantur aduerſarij, ita **C**ultus ce-
 Catholicis probantur omnes ceremoniarum, ie remonia-
 iuniorum, feriarum cultus, vt aliqua ſi vrgeat ne rum q̄te-
 ceſſitas ſaluo Chrianiſmo, iuſtitia, & ſalute, ab nus Ca-
 rogari non poſſint. Sed cõſtãter aſſeuerãt abrogã tholicis
 dorum authoritatem rituũ non in crypticis ſedi probetur
 tioſorum aliquot hominũ conciliabulis ſed in le
 gitimo Concilio eſſe. Et quod citra graue peccat-
 um nemo Eccleſiæ decreta cum violatione con-
 temnat, aut cum contemptu violet.

¶ Cõſequenter religioſi iſti viri ſcilicet docẽt,
 quod quilibet Chriſtianus debeat ſe corporali dſ
 ſciplina aut corporalibus exercitijs & laboribus
 ſic coercere, ne ſaturitas aut deſidia extimuler ad
 peccatum. Et quod oporteat hanc corporalem
 diſciplinam ſemper vrgerẽ, non ſolum paucis &
 conſtitutis diebus. Bona quidem eſt iſta doctri-
 na, ſi obſeruetur. Nullibi minus affligitur caro
 nullibi minus ſeiunatur, q̄ apd̄ aduerſarios. Vi-
 deas apud eos pleroſque multos per quadraſimã
 & ſextis ferijs carnibus ſeſe farcire, quibus die
 dominico & reliquo tempore oleribus vel maci-
 lentiffimis victitandum eſt. Et in hoc putant
 totam eſſe **CHRISTIANAM** libertatem

DE DISCRIMINE

si tempore interdictionis ab vniuersali Ecclesia, carnibus vescantur, & ne quid desit, addunt etiam pisces, vt & ventrem distendant, & oculos saturant, si Sctorū ferias iniquis cōtaminent operibus si Monachis infesti sint, si cucullas per fas nefasq; extorqueant, si sacris virginibus vt nubant, persuadeant, si sacerdotibus vxores copulent, & in his omnibus strenui sunt milites.

¶ Sed cui hoc placeat quod damnant traditiones q̄ certos dies, certos cibos præscribūt. O Calixte martyr hic te damnant, quod constitueris quater in anno ieiunandum esse, vt sicut annus p̄ quatuor voluitur tempora, sic et fideles quaternū solenne agant ieiunium: & sicut replentur frumēto, vino & oleo ad alenda corpora, sic repleantur ieiunio ad alendas animas. Hic te damnant Thelesphore pontifex Max. quod conscientias tam longa ieiuniorum ante sanctum pascha obseruatione oneraueris. Damnant & hic te Vrbanus summe sacerdos, quod in Calixti sententiam pedibus concesseris. Damnant Concilium Aurelianē, quod præcepit sacerdotibus vt ante paschæ solennitatem quadragesimā ieiuent. Damnāt Conciliū Toletanum octauum, idē omnibus nisi necessitate cogantur, præcipiens. Damnant oēs sanctos patres, qui quadragesimæ et reliquorum ieiuniorum ab Ecclesia constitutorū obseruantiam multis præclaris encomijs exornarunt. Damnant tam veterem cōsuetudinem, que pro lege iam pridem obtinuit, etiamsi nullo esset decreto roborata. Quid faciemus? Non est quod hic respondeamus, hoc vnum reliquum est, vt remittamus eos, expositulatū cum Calixto, cū The

O impudentiam plus quā scurrilem

Iesphoro, cum Urbano, cum Cōcilijs Aurelianeū
Toletano, cum vetustissimis patribus, vita et sci-
entia clarissimis, si forte possint cum eis concor-
dię inuenire modos. Apud bñ fideles extra cōtro-
uersiam est hæc res, nec putant Cæs. Maiest. vnq̃
commissuram vt isti hac parte aduersus verita-
tem tripudient. Si quid necessario de constitutio-
num rigore mitigandum est, id fiat in pleno pa-
trum confesso, non in adulterinis hæreticorū con-
ciliabulis, vbi spiritus sanctus vnus Catholicę
Ecclesię illustrator, adesse nequit.

DE VOTIS MONASTICIS.

Hic vt male sentiāt de Monachis & Mona-
chabus, exasperant Confessionem men-
daci præcisione, quasi in Monasterijs oēs
angeli esse deberent, neq; peccare possent. Si qd
peccati admissum est in cœnobijs, corripit, non ei
ci debebant monachi. Haud ita longe abhinc eie-
cti sunt quidam ob hoc solum quod hereticas No-
renbergen constitutiones aduersus totius ecclesię
sententiam promulgatas, acceptare nollent. Ita
me deus amet, si aliam ob causam nunc exulent
quam quod suo volebant obtemperare instituto
Cur non parerent? cur non statē pacto, quod cū
deo pepigerant? Si non lletissent, hic eijciendū erāt
vt fœdis fragi. Sed nunc satis extra oleas.

¶ Augustini tempore erant libera col-
legia, postea corrupta disciplina vbiq; ad-
dita sunt vsta, vt tanquam excogitato car-
cere disciplina restitueretur.

¶ Hic mihi primum dicendum erit, quod non
tantum Augustini tempore sed & ante initiū eu-

DE VOTIS

**Monachi
vereres.**

Nume. 6.

**Iud. 13.
Samson.**

**Elias mo-
nastices
princeps
vt refert
Eccle. hi-
sto. trip.
lib. 1. cap.
10;**

euāgelij fuerūt religiosi, q̄ relictis res; mūdanas
vanitatibus, voto sese obstrinxissent. De his erāt
Nazaraei sub lege multo alijs religiosiores, q̄ vel
ad tempus vel per totam vitam suam dño sese
per votum consecrauerant. His vinum non bibe-
re, non tonderi perpetua lex fuit. De quibus scri-
ptum est: Vir siue mulier cum fecerit votum vt
sanctificetur, & se voluerint domino consecra-
re, a vino & omni quod inebriare potest, absti-
nebunt. Sequitur: Quicquid ex vinea esse potest
ab vua passa vsq; ad acinum, non comedent o-
mni tempore separationis suæ nouacula nō tran-
sibit per caput eius vsq; ad completum diem q̄
domino consecratur. Hoc dictum est de his, q̄ ad
certum tempus sese a communi hominū studio
& conuersatione, voto cohibuissent. Alij erant
perpetuo voto obnoxij, vt dño peculium essent.
De his fuit Samson, de quo ita ait angelus: Erit
puer Nazareus dei ab infantia sua & ex vtero ma-
tris suæ vsq; in diem mortis suæ. Hic vir fuit tam
admirandæ fortitudis, vt nulla arte, nulla vi, nul-
lis machinis superari potuisset, nisi Dalila frau-
de & muliebri sua uilogo in sinu suo molliter dor-
mitanti pilos abraisset.

¶ Talem quoq; fuisse Eliam ex tertio Regum
lib. cōpertū ē. Quippe religiosam vitam et a cōi-
hoim conuersatione discretā duxit, adeo vt in stu-
porem verterent illius tempestatis hoies. Hūc se-
quitur Elizeus cū filijs prophetarū casam sibi cō-
struxerat a turba hoim remotam, vbi sancte cū
illis conuersaret, herbisq; victitaret agrestibus.
Hi duo siue virginitatē vouerint, siue non voue-
rint incertum est, constat tñ vtrūq; sanctos vir

gies fuisse, & ob hoc uterq; monachatus typus.

¶ Et in Epistola ad Heb. recēset Paulus quosdam veteris testamēti patres q; circuierint in melotis & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti & qbus dignus non fuerit mūdus, & c. q; longe aliter atq; cōis populus uiuebāt. Patet igitur primum in vetere testamento præfiguratam esse monasticen, & re ipsa expressam.

¶ Iam & in ipsius noui testamenti rudimentis fuit Iohānes baptista, qui a speritate vestitus, tenuitate victus, fuga mundi, incolatu eremi optimum monachū expressit. De hoc plurima sunt euangeliorū testimonia. Apostoli q; ut a Chro vocati sunt, vitam uiuebant mūdo admodū dissimilem, videlicet in voluntaria paupertate, purissima castitate, & in prōptissima obediā. Quod rem suā domesticā & uxores reliq;rint, liquet ex sacro euāgelio, & aduersarij nisi vellēt euāgelio obstrepere, hoc nō pnt negare. Et hos qdā sequuti Hierosolymis habebāt oīa cōia, ita ut nemo suū aliquid esse diceret. Et aduersarij nō pnt dicere q; isti hanc artā vitā non uouerint. Horū exemplo plurimæ adulescentū & puellarū chiliades anīati cōtemptis huius mūdi illecebris in paupertate, in castitate & in obediētia dño militarunt. Et inter has puellas fuerunt quatuor Philippi filix, q; si Eusebio credimus, uirginitatē suā deo cōsecrauerūt. Neq; hic dicere pnt, q; istę non uouerint. Incertū ergo est an oīa collegia tpe Augustini fuerint libera, certe constat q; mox post apostolos solennē Monachi fecerint professionem. Nam sacer Dionysius postquam multa de monachorū statu pulchredifferuisset, de hac professione sic subiit uerba.

Iohā. Baptista monachorū Coryphę usut ibidē referē.

Apostoli uixerunt puriss. monachi. Act. 2

Lib. 3. ca. 15

DE VOTIS

Diony.ec
cle.Hiear
ca.8

Mona-
chorū pro
fessionis
ordo &
ritus ve-
rustissimi

¶ Apostolorum alij vocauerunt eos famulos propter puram & assiduam dei famulatū. Alij vocauerunt eos Monachos scilicet a monade. i. ab vnitate, propter ipsorum vitam & indiuisibilem & singularē, quæ vnit eos simplicium contemplatione et tractatu ad conformitatem diuinæ simplicitatis & perfectionem amabilem deo, propter quod ecclesia continuo attribuit eis perfectiuam gratiam, et sacerdotali non pontificali inuocatione benedicuntur. Sequitur: Sacerdos quidem stat iuxta altare cum cantu deum inuocans pro Monachorum benedictiōe. Monachus autē qui benedicitur, retro sacerdotem stat erectus .i. nullū genu flectit, nec sup caput habet euang. Sacerdos autē monachum benedicens, interrogat eum si vult renuntiare omnibus secularibus conuersationibus & phantasijs. Post enarrat ei quæ sit perfecta cōuersatio Monachorum, testificans q̄ oporteat eum perfectius viuere quam ordinē mediū, scilicet fidelis populi. Hæc autem omnia eo, qui perficitur, cōfesso, sacerdos eum signans in forma crucis, detundet eū cū inuocatione sanctæ trinitatis & veste pristina exuens induit alia & cum omnibus fidelibus astantibus eum osculans facit communicare eucharistiæ. Hactenus Dionysius. Ex his verbis clarum est, ante Augustinum fuisse Monachos, qui initio nascentis ecclesiæ publice & solenniter, profiterentur monachatum, & puto tunc turpius fuisse proposito & professione decidere, quam nūc est votis nullam præstare fidem. Quamquam nō satis constet an tunc uerint nec ne. Et aduersarij nullo probabili argumento docere possunt, q̄ non uouerint.

Certe si monachus tunc fuisset liber, non arbitrator quod tanta pompa ceremoniarum ista professio celebrata esset. Hoc enim cessisset in totius ecclesie confusionem, si qui hodie monachatum assumpsisset, vix expleto vno aut altero anno palinodiam caneret poeniteretque professionis. Hac vero professione sic celebrata, obligabantur ad obseruationem eorum, quae ad monachatum pertinebant. Hinc ibidem refert idem Dionysius.

Est enim Monachus altissimi ordinis eorum qui perficiuntur & non perficiunt. Vnde multa eis prohibentur, quae possunt impune fieri a populo fidei, ut sunt nuptiae & militiae & similia, eoque Monachi debent vniri & ad sanctam vnitatem congregari, & congregationi sacerdotali iuxta suum ordinem conformari. Haec ibi: Sed cur non vouerent, qui tali intentione in conspectu totius populi monachatum profitebantur, quae vellent toto vitae suae tempore obseruare? An vouere tam sanctam rem illicitum est? Absit. Nam omnis scriptura licita & honesta vota commendat. Vouit enim cum in Mesopotamiam proficisceretur Iacob, & ea vouit quae alioqui sine voto domino reddere debebat, praeter quod non obligaretur domum dei aedificare, vbi lapidem erexisset: & quod non teneretur decimas exoluere omnium quae possideret. Hoc tamen votum quo se deo obstrinxerat, a deo placuit, ut deus ex Mesopotamia redeuntis Iacobi apprensus, iureiurando roborauerit, quod ex eo nasceretur qui esset toto Israeli liberator & saluator. Ex quo colliquescit quod vel de his, quae alioqui homo praestare deo teneretur, sese voto obligare potest, ut duplici vinculo obstrictus, perfectius

Monachi tenentur ad obseruationem eorum quae profitentur

Vota esse licita.
Gen. 28.

DE VOTIS

- & diligentius pensum exoluat.
- Num. 9.** ¶ In libro Numerorū declarat dominus Moysi, quo viuēdi genere vti debeat, qui dño se deuouit: ex quo perspicuū est, q̄ vota deo nō displiceant.
- Deut. 33.** ¶ Adde quod in Deuteronomio scriptū est: Cum votum voueris domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit illud dñs deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absq̄ peccato eris. Quod semel egressum est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promisisti dño deo tuo, & propria voluntate tua locutus es. Si dominus vota honesta & licita execraretur, non tam sollicitè ea extorqueret, neq̄ diceret in Dauide spiritus sanctus: Vouete & reddite domino deo vestro. Non est in hoc nobis magnopere laborandum vt probemus licita & honesta vota deo esse accepta, cum id clamer omnis scriptura. Neq̄ aduersarij tametsi impudentes sint, audent hic obstrepere. Non est ergo illicitum monachatuū vouere. Neq̄ verisimile est q̄ omnia collegia fuerint libera tempore Augustini, nā eodē tempore fuit Chrysostomus, qui non raro meminit eorū qui perpetuam vouebāt virginitatem. Hinc in sermone 70. loquitur. Nō hęc solum solitarijs scribebat, neq̄ perpetuā vouentibus virginitatē, sed secularibus. Et alias sæpe. Sunt & nunc quædam collegia libera, quorū virgines nubere possunt vel continere pro sua voluntate.
- Psal. 75.**
- Collegia tpe Chryso-
stomi
non fue-
runt libe-
ra.**

¶ Additæ sunt paulatim alię multæ obseruationes. Et hęc vincula ante iustam ætatem contra canones iniecta sunt. Mul

si inciderunt errore in hoc vitæ genus, quibus tamen non defuerunt anni, tamen iudicium de suis viribus defuit.

¶ Monastica quando bonis & honestis observationibus adornata est, laudabilis est non reprehensibilis. Hortatur autem spiritus sanctus in scripturis, ut quicquid possimus bene facere, magno studio persequamur. Quicquid, inquit, potest facere manus tua instanter operare, Et Paulus ait: Bonum facientes non deficiamus, tempe enim suo metemus non deficientes. Tanto igitur prædicanda sunt vota monastica, quanto sanctioribus adornata sunt institutis. Iam aduersarij quo omnes a monachatu abstineant, vota vocat vincula. Neque ego inficias iuero vincula esse vota: Sic enim ligant sibi obnoxios, ut ab eis sese expedire nemo debeat aut possit. Vincula quidē sunt sed suauia sed fructuosa, quibus vrgentur ad virtutis studium, ad salutem, ad Deum, quibus quis quis liber collum submiserit suapte sponte, sine salutis suæ dispendio ea abijcere non potest, iuxta illam Ecclesiasticis sententiam: Si quid vouisti deo, ne moreris reddere.

Eccl. 9.
Gal. 5.

Vota sūt
vere vin-
cula.

Eccl. 5.

¶ Cum vero de natura voti sit ut sit voluntariū, si quis contra canonū prohibitionem coactus ita voueat, ut tamen vota obseruare non intendat: aut tali est grate, ut omnino nesciat quibus se impediatur vinculis, quia iudicio caret rationis, in obligationem non plene consentit adeoque non est ligatus. Et ideo libertas voluntatis, quæ ad rationem voti maxime requiritur, deest, & ob hoc voti non obligat, nisi vouens accedere ætate, quæ deli-

DE VOTIS

berandi & legitime se obligandi maturitatem comportat, factum roborat. Itaque neque Catholicis placet quod ante iustam ætatem hæc votorum vincula alicui injiciuntur, & vellent antehac non factum esse.

Votis obnoxij non debent solui suas vires metiri, sed ex deo pende.

¶ Stulte causantur aduersarij, nonnullis qui uerunt etiam si legitimam haberent ætatem, tamen de suis viribus iudicium defuisse. Nam religionis monasticæ votis sese constringentes non debent adeo suas vires metiri, atque diuinam gratiam ut possint, implorare. Aduersarij volunt autem dire spirituales, & tamen omnia metiuntur ad carnem. Ut nemo mandata dei absque auxilio dei seruare potest, ita nemo euangelicis concilijs obtemperat nisi diuinitus adiuuetur. Nam, ut ait Apostolus, non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Deus autem ut fidelis est in omnibus verbis suis, ita non negat gratiam his qui eam ex toto pectore desiderant. Illi vero qui monasticas sese vinculis implicant, gratia dei maxime indigent, & ideo non debent tamen suas vires metiri, quam auxilium a deo expectare. Et de his qui sic ex deo pendunt, dicit Isaias: Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assumunt pennas ut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Igitur non tam nostræ vires metiendæ sunt, quam nostræ voluntatis promptitudo consideranda. Quemadmodum non est nostrarum vitium sine dei munere ut a mundi huius illecebris & carnis voluptatibus perpetuo abstinemus, & non quæ non iuvent sed quæ deo placeant faciamus: ita continendi, obediendi, seruandæque

2. Cori. 3.

Isa. 43.

paupertatis plena voluntas apud nos non consistit, sed quicquid possumus ex deo est. Deus autem quibus dat gratiam ut hæc obseruare velint, haud dubie non subtrahet perficiendi robur quo possint, modo ipsi non desinant ab eo toti dependere. Deus est, inquit Paulus, qui operatur in nobis, vel le & perficere pro bona voluntate. Et: Fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet. Rursumque: Fidelis autem dominus, qui confirmabit vos & custodiet a malo.

Philip. 2.
1. Thess. 5
2. Thess. 3

¶ Quapropter quisquis vouebit, plus voluntatis promptitudinem, plus intentionem, quam suas vires metiatur. Si enim intellexerit pura & simplicissima intentione & prompta voluntate seculi vanitatibus & carnis voluptatibus se cupere renuntiare, hoc est, ut religionem ingressus, eo possit deo seruire purius, quo a seculi voluptatibus magis est abstractus, de dei dono totus depēdens, confidenter polliceatur, quod deum hac de causa consuluisse compertum est.

Et hoc est quod dominus aperte docet apud Matthæum: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum: qui potest capere, capiat. Non dicit: Qui potest facere, faciat, cum nemo id sine speciali dei munere facere possit: sed qui potest capere capiat: hoc est, qui continendi a deo accipit voluntatem, idem confidat quod qui voluntatem dedit, idem non neget ut continere possit, facultatem. Hunc autem esse genuinam verborum Christi sensum, plura habemus patrum testimonia. Principio suffragatur huic sententiæ nostræ Origenes, qui hunc locum ita interpretatus est.

Matt. 19.
Exegesis
verborū
Christi:
Qui potest
capere et
cæt.

DE VOTIS

Origenes

¶ Eunuchi, inquit, nunc moraliter abstinentes se a venereis, sunt appellandi. Eorū autem qui se continent differentia tres sunt. Et quidā quidem sunt frigidiores præ cæteris viris, de quibus recte dicitur: Sunt quidam eunuchi, qui de vtero matris suæ nascuntur sic. Quidam autem continentes sunt propter verba hominum, quorum concupiscentiam virilem præcidit non verbum diuinū sed verbum humanum, utpote qui philosophati sunt apud antiquos in gentibus, aut apud eos qui prohibent nubere apud hæreses: isti sunt eunuchi, qui ab hominibus fiunt. Qui autem suscipit verbum viuum & efficax & acutus super omnem gladium bis acutum! & gladium spiritus, sicut ait apostolus, & præciderit concupiscentiam suā corpus suū non tangens, & hoc fecerit non incitatus propter timorē hoīm, nec propter laudem humanam! sed solam spem regni cœlestis, isti sunt qui eunuchizauerunt seipso propter regnum dei Magna ergo res propter regnum dei suscipere eunuchizationem, quod non capiūt omnes, sed quibus datum est. Datum est autem omnibus qui huiusmodi sibi gladium petunt ex deo.

Hilarius.

¶ Concedit & in hanc sententiam Hilarius, qui hunc eundem locum sic expedit: Nobis inquit, circa eunuchos sermo fit & voluntas. Et in vno posuit naturam, et in altero necessitatem, et in tertio voluntatem. Naturam in eo, qui ita nascitur: necessitatem in eo, qui ita factus ē: voluntatem qui spe regni cœlestis talis esse decreuerit, cui nos similes esse, si tamen possumus, admonet.

Chrysol.

¶ Et Chrysolomus istis haud est in exponēdo dissimilis. Sic enim ait: Possē autem perpetuam

nos seruare continentiam ostendit, dicens: Sunt eunuchi qui ex vëtre matris ita sunt nati, & sunt qui ex hominibus facti sunt, & sunt qui seipfos castrauerunt propter regnum cœlorum. His omnibus adoptandam eligendamq; virginitatem inducit. Possibile nanq; id esse hominibus hoc fere modo confirmat. Cogita tecum si aut a natura eunuchus esses, aut iniuria hominum sic effectus, quid faceres cum & eiusmodi voluptate careres, & nullam carendæ mercedem consequereris? Gratias igitur Deo agas, quia magna p̄mia tutilantesq; coronas habebis, si ita viues, quemadmodum aliquo illius p̄mio, imo vero multo facilius, tutius atq; iucundius, tum quia spe retributionis roboraris, tum quia conscientia virtutis gaudes, & adhæc non ita ingentibus cupiditatis fluctibus iactaris.

¶ Quamquam ad faciendam fidem istorum trium testimonia possent sufficere, adducam tamen & quartum testem eundemq; græcum, vt videant aduersarij, quam bene græcis cum latinis hac parte conueniat. Adijcit itaque istis calculum suum Theophylactus, q̄ hunc locum sic absoluit: Post quã dixerunt apostoli melius esse non venire ad nuptias, dicit dominus magnam esse virginitatis possessionem, at eam non ab omnibus recte seruari, sed ab his duntaxat quorū cooperatores est Deus. Illis autem datum est, qui petunt: Petite, inquit, & dabitur vobis. Omnis em̄ qui petit accipit. Et post aliquanta: Volens autē sponte nos operari virtutem, inquit: Qui potest capere, capiat. Non enim cogit virginem esse neq; nuptias destruit, sed virginitatem præfert.

DE VOTIS

Luthera.
virginita
tecū Ioui
ano dam
nant.

Coelibat
us voto
obnoxius
totus ex
deo depe
deat.

Didicerunt nunc aduersarij nō solum huma
nas vires metiendas non esse, sed & quod opem
a deo continendi implorare oporteat: didicerunt
quoq; q; virginitas coniugium multis parasan
gis præcedat. Si acquiescerent omnes consilio isto
rum, vt magis suas vires metirentur quam diui
num peterent auxilium, nullus in mundo esset
monachus, nulla monacha, nullus cœlebs. Vidē
tur itaque mihi istius Apologiæ & Confessionis
fabricatores, homines plane Iouinianiani virgi
nitatem prorsus tollere, & ceu rem impossibilē
damnare, Nam si nō debet cœlibatum profiteri,
q; natura calidior est, sed qui ad cōiugiū est inepti
or, non video cur virginitas virtus sit, præsertim
cum natura frigidiores non voluntate sed necessi
tate virgines sint. Et hoc ipsum, quod Iouinianii
parteistueantur, dicent omnes, qui cum iudicio
legēt hoc vnū verbū quo stulte ineptiūt, debere
quēq; priusq; cœlibatum profiteatur, suas vires
metiri. O hoies sapiētes, & plane atheos, qui do
cent vt nos a nostris viribus non ex deo pendea
mus. Et sane is, qui cœlibatum professus est,
ex deo ceu a sacra ancora dependere debet, vt
continere possit, & hoc imprimis cauere debet
ne vllō modo animum despōdeat, ne post accep
tum aratæ retrospectat, ne opem dei desperet, ne
harum voces Sirenarum exaudiat. Qui sic de
dei adiutorio confidit, non est irretitus, non cogi
tur, sed est liberrimus & summo amore suapte
sponte vitæ suæ metam percurrit. Si ex deo de
pendissent Lutherus Augustinianus, Oecolam
padius Birgitta. Pomeranus regularis, Pellica
nus Franciscanus & cœteræ religionū feces (nam

bona pars hæreseos istius patronorū e monachatu, vt e sacro Apostolorū collegio Iudas, proruperunt, facile respuissent vxores, facile cōtinuissent Sed & fœmineus sexus non est tam imbecillus, quin possit cœlibem agere vitam, modo vellet supato sexu deo arctius adhærere. Facile labitur qui animum suum ad ima deflectens, suas saltē vires metitur. Hoc vsu venit omnibus istis, qui suas vires metiri, adiutorem deum suis conatib⁹ absore falso opinati sunt.

¶ Nam quod aiunt, Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, si de his loquuntur qui publicitus voto sese ad Monachatum obligarunt, nullā habent iustam calumniandi causam: Nam hoc potissimum spectat ad singularum religionum archistrategos, vt cogant subditos suos ad professionis suæ obseruantiam. Et hoc non possunt isti iuste calumniari, nisi vellent omnium Ecclesiarum rectoribus authoritatem, ne suis verbo et exemplo præsent, adimere. Contra grauiter delinquent isti rectores, si manere cogerēt eos, quos nunquam professos aut in professionem nunquā consensisse, certo scirent. Sed esto nunc quod sint qui professioni nunquam mente tenus subscripserunt, & quod tales ab huiusmodi carceribus eximi debeant, sed cur exturbant etiam eos qui maturo consilio cœlibatum professi, percipiunt suo statui cū adiutorio dei donec viuāt, fideliter inseruire? Toto plane coelo erro, nisi quidam non plus calices & reliqua Ecclesiæ vasa aurea & argentea amauerint, quam monachorum eis vincula displicuerint, quam Monachorum conscientias miserati sint. Hic neminem nomino qui huiusmo-

Cœlibatum professi cogunt manere

Vasa argentea quibusdam chariora

DE VOTIS

dis facti reus est, ne hæc me putet quispiam in odium cuiusquam dicere. Res clara est, occultari non potest. Audi autem nunc religiosas aduersariorum mentes, & vide quid eos male habuerit.

¶ Hic rigor displicuit multis bonis viris ante hæc tempora, qui videbant puellas & adolescentes in Monasteria detrudi propter victum, videbant quã infœliciter succederet hoc consilium, quæ scandala pareret, quos laqueos conscientijs iniiceret.

Male ha-
ber bo-
nos viros
q̄ in mo-
nasteria
reniten-
tes detru-
duntur.

¶ Displicuit sane et adhuc displicet bonis viris q̄ Monasterijs intruduntur adolescentes & puellæ inuiti & renitentes, non vt deo seruiant, sed vt de bonis Monasteriorum licentius viuant. Et q̄ hinc multa scandala nascantur, q̄ his qui sic ligantur infœliciter cœlibatus succedat, & q̄ conscientijs istorum laquei iniiciantur, nemo ignorat. Sed ob hoc nõ erat accusandus monachatus, sed arguendi erant harum rerum authores. Cõtingit nõ raro q̄ intrudunt aliqui Monasterijs, obstrepente toto collegio, & coguntur Monachi inuiti accipere novos monachos eosq̄ inuitos. Hic peccat etiã q̄ munusculis, q̄ suaui loquentia iuueniles illectat animos, spe magis habendi eorũ patrimonij, quã saluãdi animas. Et hic certe aliquanti vtriusq̄ sexus culpabiliores sunt. Hoc certo ausim definire quodq̄ quẽ ad vouẽdũ cõpellit, grauius, qui volentẽ ne voueat, ipedit, grauius, qui vero voto obstrictũ, vt voto renũtiet ipellit, grauius peccet. Primus debet suo reliqui arbitrio, scđus nõ debet ipediti, ne voueat, tertius admõeri debet & vrgeri vt p̄stet.

Docebant vota paria esse baptismo, docebant se hoc vitæ genere mereri remissionem peccatorum, & iustificationem coram deo. Imo addebant vitam monasticam non tantum iustitiam mereri coram deo, sed amplius etiam, quia seruaret non modo præcepta sed etiam consilia euangelica.

Si hæc docuerunt Monachi, certe nihil falsè, si adsit sanum iudicium, nihil pertinaciter docuerunt sed quicquid scripserunt, ecclesiasticæ submiserunt censuræ: quod si antehac fecissent Confess. architecti, iam esset tot dissensionum, controuersiarum, scandalorum finis. Vtrum vota Monastica baptismo sint paria, & quomodo paria sint, cum sit extra rem, nihil hic dicemus. Si docere poterunt aduersarij, hanc doctrinam aliquid habere incommodi, erunt haud dubie qui eis respondeant. Quod docent Monachi monasticam vitam mereri remissionem peccatorum & iustificationem, euangelicæ doctrinæ nihil aduersatur, imo sacris literis vndiquaque consonum est. Quid est enim monasticen viuere, nisi sicaste, obedienter, abstinenter, & in summa paupertate viuere, mente & spiritu corpore & anima totum deo esse mancipatum? Quæ qui per fidem licet informem exequentur studia, de congruo merentur gratiam, quam iustificentur. Si cum fide facias charitate formata, de condigno mereris vitam æternam. Sed hæc supra plus satis docuimus cum de sola fide iustificante, de redemptore Christo, de Christi meritis & de iustificatione ageretur.

Quando ergo bonis operibus. pnia, paupet-

Monasti
ca mere-
tur remis-
sionem pec-
catorum

DE VOTIS

- tate, obedientia, abſtinentia, caſtitate meremur de congruo ſaltem remiſſiōem peccatorum, gratiam iuſtificantem eiꝯqꝯ augmentum, merebitur eadem plane & monaſtica, quæ omnia illa opera ſimul complectitur, pariterque obſeruat. Dicant nunc ipſi aduerſarij vtrum proſit contuiffe, an non. Si nihil prodeſt, fruſtra conſuluit Chriſtus hoc vitæ genus, ſtulte dixit apoſtolus, quod bonum ſit homini ſic eſſe, imprudenter fecerunt quotquot continenter vixerūt. Rurſum male dixiſſet idem apoſtolus de vidua: Beator erit ſi ſic permanſerit ſecundum conſilium meū. Male ſcriberet Auguſtinus ſuper hoc loco dicens
- 1 Corin. 7** Satis oſtendit beatam eſſe in domino etiam poſt mortem viri iterum nubentem fidelem, ſed in eodem domino viduam beatiorē. Quomodo beator erit viduitas, ſi nihil meretur, ſi nihil conducit ad ſalutem caſtitaris profeſſio? Si nihil meretur volūtaria paupertas, quorſum dixit Chriſtus: Beati pauperes, quia veſtrum eſt regnum dei. Si ſua
- Ibidem** relinquere & Chriſtum in paupertate imitari in frugi eſt, male conſuluit adoleſcenti Chriſtus, dicens: Vade vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in coelis, & veni ſequere me. Male interpretatur hunc locū Chryſoſtomus ad noſtrum inſtitutū: Perſpicias, inquit, quot brauia, quot coronas huic ſtadio proponit. Si autem ille tentaffet, hæc ei non dicerent. Nunc vero hæc illi manifeſtantur, & vt illiciatur ingentē ei mercedem futurā oſtendit, & voluntati eius vniuerſa relinquit. Ita his oibus ne videretur ocioſa admonitio facere ſtudebat, ac ideo antequā certaminis laborem oſtenderet, brauiū præ oculis po-
- Auguſti.**
- Lucæ. 6.**
- Matt. 19.**
- Chryſoſ.**

suit, dicens: Si vis perfectus esse. Deinde inferens: vende omnia quæ habes & da pauperibus. Et rursum iterum præmia inculcat, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Non enim parua retributio est, diligenter dominum sequi. Et habebis, inquit, thesaurum in cælo. Nam quoniam illi magna de pecunijs cura erat, quandoq; cunctis denudari rebus consulebat, vt ostendat non amissurum bona sua, sed tanto plura maioraq; inuenturum, quantum terra cælum præstabilius est.

Retributionis præstantiam thesaurum appellauit, & simul stabilitatem atq; incorruptibilitatē p̄mij vt fieri potuit, humano verbo signāter expressit. Si inutile est inquā sua relinquere & hac spe beatæ retributionis viuere, errauit plurimū Chryl. qui tā multis Monachorū sententiā tuet. Irridenda magis est quam imitāda Philippi Melanthonis ephagesis, q̄ super hunc locū componit, videlicet quod sit præceptum p̄sonale, quod non nisi ad hunc adolescentem pertineat. Nō est animus eam interpretationem refellere, nam ipse met eam vt supra dictum est nobis, in libro hypotyposeō refellit: vt videas quā sæpe pro opportunitate materiæ nihil sibi constet Philippus Apol. istius architectus & p̄cipuus Lutheri Simius, Catholicā sententiā super hac re supra adnotauimus, cū negotiū nobis faceretur Apo. sextū de cimū Confessionis articulū defendens. Iā si profunt continentia, paupertas, & c. quid calumnijs incessit mōachos de eis nihil male meritos? Quātum vero profint, docent oēs veteres scriptores, qui oēs Monasticam publicis munijs præferunt, quodq; in Monachatu puro perfectio maior sit

Philippi
melāch.
varieras
in cōmen
tando.

DE VOTIS

quā in magistratu etiā purissimo. Vt vt ergo infaniāt aduersarij aduersus monachos, vilipēdendum est, quādo vocem Christi habent pro se, quā omnes patres eos protegunt, & ab infania hostium liberant.

¶ Canones docēt in omni voto ius superioris excipi, quare multo minus hęc vota contra mandata dei valent.

¶ Et si docent canones in omni voto ius superioris excipi debere, et si extant exempla, vbi dispensatum est a Rhomanis Pontificibus, hoc tamen non probat, quod omnes indifferenter ceu ex leges suis debent libidinibus deseruire, vt statim vbi suę vitę pertasi sunt, libere abire debeāt monachi. Sed reminisci debent, quid promiserint deo quantumq; eos maneat præmiorum. Et si quando vacillant animo, cœperintq; inter vicium & virtutem fluctuare, confidenter dicant cum propheta: Dominus refugium meū & liberator meus, & non desperēt ab eo auxilium, qui dedit continendi propositū. Dispensatio apud Pontificem est, non apud quosuis. Dispensat autem, sed non nisi in causis grauissimis, quando citra multarū dispendium animarum non potest non dispensare. Non dispensat autem statim, quando Monachi & monachę stimulis et tērigine carnis mouentur, sed mittunt eos ad illam petrā, quę Christus est, vt ibi crebra dominicę passionis memoria paruulos suos allidant: sed iubent eos, vt ad cohibendos refrenandosq; turpitudinum appetitus corrosorio vtantur sale, quo recrudescentes

Nō facile dispēfant quibusuis pontifices Rhoman.

Monachi vbi debent pruritū carnis conterere.

semper desiccant putredines, vt scaturiētibus intus peccati insidiis frequētibus orationū catapultis obuiant, & ne quam diabolo insidiandi vel potium, vel per cordis sui euagationem dent occasionem. Videant autē Pontifices qui dispensant, quō & cur dispensent. Videant etiam qui cupiunt se a Monachatus vinculis absolui, cur cupiant. Tam illis quā istis cauēdum est, ne leuissima causa, cui etiam alias occurri posset, permoti, sese peccato irretiant, adeoq; implicent, cum illi absoluerent, isti volunt absolui. In re igitur maxima cui obuiari non potest, absoluerent possunt, in minima omnino non possunt.

¶ Nam & si sint exempla, quæ docent, quod reuocati sunt aliqui ex monasterijs, id tñ non debet oibus esse cōmūe, sed debēt monachi mēte praectare, vt perdurent. Sunt multi Canones qui vehementer hoc cauent ne monachi monachatuū et votis renuntient. Et oēs illos canones opponim⁹ aduersarijs, qui habentur, xxvñ. q. 1. Nā ille canō Nuptiarum, quem ipsi inde citant (sic non unquā accipiunt, nonnunquam reijciunt canones pro sua temeritate) nihil obest nostro instituto. Nam non intelligitur nisi de his qui apud se vouerūt castitatē. Alioquin quod absit, repugnaret ipse secū August. qui alibi eas, quæ nubunt, vt Christi adulteras reputat. Vide hic canonem Concilij Carthaginē quart. 104. vbi idē adfuit Aug. & sua manu decretis Concilij subscripsit. Sed & nūc nō sine magno dedecore & multoꝝ offendiculo nubent sacre virgines, q̄ publicitus et in cōspectu totius populi deo virginitatem suā cōsecrassent, dicerenturq; merito primā fidē irritam fecisse.

Ca. Nuptiarū, de quib. intelligat.

DE VOTIS

Vota mōacho rum non sunt contra mandātū dei. **¶** Vota autē Monastica non sunt contra mandatum dei, Nam non est mādatum dei, quod sub euangelio omnes nubant aut ducant vxores. Si matrimonium haberet mandatum dei, non consulissent virginitatem, aut cœlibatum Christus Paulus, cæteriꝫ patres. Si allegent non oēs idoneos esse ad cœlibatum, respondemus neminem suapte natura præter Eunuchos & spadones & frigidos idoneos esse ad cœlibatū. Vbi igitur erit meritū continentię tam glōriosum, quod promittit Eunuchis dñs in Esaia, dicens: Non dicat eunuchus ecce ego lignum aridū, &c. si ad naturæ necessitatem metienda est cōtinentia, certe qui natura eunuchus est & qui contra voluntatem spado, non possunt non continere, etsi velint contra here. Catholice dicerent, si dicerent q̄ necessariū sit omnibus naturam vincere, tam matrimonio coniunctis quā continentibus, Illis ne coniugij sacros limites superent: istis, ne continentię bonū breui voluptatula cōmutent. Vt ergo virginitas ineffabilia illa mereat præmia, necesse est vt sit matrimonio aptus, q̄ eā obseruat, ne desit in natura, quod in spiritu excarnificetur. Non tamen detrahimus meritum eunuchis & frigidis, modo voluntatem habeant continendi, etiam si naturali vitio carerent.

Tam cōiuges quā cœlibes dñt naturā vincere

¶ Deinde cur obligationem exaggerāt aduersarij seu effectum voti, cum interim de voti natura fileāt, quod debet esse in re possibili, quod debet esse voluntariū, sponte & consulte conceptum. At quomodo

fit in hominis potestate perpetua castitas non est ignotum.

¶ Si salua venia possem, dicerem hic nouū ad uerarios finxisse mendaciū. Aiunt em̄ q̄ Scholastici cum voti obligationem exaggerant, taceāt vtrum coelibatus res sit possibilis, vtrum debeat esse voluntarius. Non est hic operæpretium, vt respondeamus, sed vt remittamus eos ad illorum commētarīa, quæ sub titulo de voto extant. Sed si nolunt ea ire quæsitum, dicemus quā breuissime quid ibi reperiri possit. Reperient itaq̄ ibi q̄ qui vouere vult, vouere debeat obseruati possibile, & q̄ idē qui vouet cogi non debeat, sed suæ libertati donari. Loquūtur autem de eo quod homini possibile est nō tam propria q̄ diuina virtute. Si de sola virtute humana pēderet cōtinentia, esset seruatu impossibilis. Nam si præter auxiliū Dei nihil potest homo, quanto minus pōt cōtinere? Alter igitur libenter nobis donabūt aduersarij, aut quod nihil prorsus, aut saltē hoc bonū, q̄d ad ministratore deo explere pōt, vouere possit. Si primū nō donāt, refragāt plurimū toti sacræ scripture, quæ pluribus in locis adhortatur fideles, vt voueant & soluāt. Immola deo, inq̄t in psalmis spiritus, sacrificiū laudis & redde altissimovota tua. Rursumq̄: Vouere & reddite dño deo v̄ro. Et in Esaia: Cognosceatur dñs ab Aegypto & colent eū in hostijs & muneribus, & vota vouebūt dño & soluēt. Relinquitur ergo q̄ illa vouere nobis liceat, quæ diuinitus adiuti, facere possumus. Hac vero suffulti gr̄a facile paupertatē, castitatem & obedientiā seruare possunt Monachi &

Vouere
licet honesta &
bona.
psa. 49. 75
Esa. 19

DE VOTIS

Moniales. De coacto voto & de coactoribus iā paulo ante dictū est nobis, q̄ neq; coactores, neq; coacta nobis placeāt vota. Hęc itaq; fere sunt quæ inuenirent aduersarij si reuoluerent Scholasticorū commentaria. Et huiusmodi nimirū sunt, quæ responderunt in Comitijf Catholici.

¶ Præterea obscurantur præcepta dei & verus cultus dei cum audiunt homines solos Monachos esse in statu pfectionis.

In monachatu pfectius mādata dei obseruari p̄nt, q̄ in mundanarū rerum multu.

¶ Quomodo sint & dicantur Monachi esse in statu perfectionis, haud ignorant aduersarij, mō non vellent in scirpo nodum quærere. Certe præcepta dei multo pfectius multoq; absolutius obseruari possunt in Monachatu, qui est a curis & huius mundi illecebris alienissimus, quam in tumultuario hoc mundo, quem vt refert Ioannes, non dehemus diligere, q̄ in eo nihil aliud sit, quā concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, quæ non est ex patre sed ex mundo est. Et hæc tria multorum occasio sunt vitiorū, quibus dominus ex aduerso tria proposuit salubria antidota, omnibus q̄ affectant summam vitæ perfectionem, admodum necessaria. Concupiscentiæ carnis obiecit continentiam, dicens: Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœl. Concupiscentiæ oculorū, quæ est auaritia, opposuit voluntariā paupertatē, q̄n ait: Si vis perfectus esse vade & vende oīa, & c. Supbiam vitæ, voluit p̄ humilimā obedientiā superari, cū diceret: Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Sed ista obediētia om̄ibus est p̄cepta, priora duorū consilia sunt, Quia vero status monasticus istorū

Mart. 19.

Ibidem

Ibidem

erium exigit obseruantiam, quantum est ex parte status, sane ut ut nolint aduersarij, acquirendæ perfectioni quæ potest homini in hac vita contingere, magis idoneus est status Monacho, quam cæterorum fidelium. Qui enim coniugati sunt vinculis illis matrimonialibus plus satis obruunt, ut ne semel quidem possint ad hanc perfectionem aspirare. Idem ingenue confitentur in quibus est sanior mens, quam cum magno animæ suæ discrimine nuptiarum incommoda sustinent. Monastici qui ab his sunt nexibus liberi, multo exactissime diuinis officiis meditationi, recollectioni, contemplationi & toti denique spirituali vitæ vacare possunt. Et hinc dicebat apost. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt quomodo placeat deo. Et iterum: Mulier in nuptia & virgo cogitat quæ sunt domini, ut sit sancta & corpe & spiritu. Contra de nuptiis sic loquitur: Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et: Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi quomodo placeat viro.

¶ Adde etiam, quod ad perfectionem haud parum confert solitudo illa & ab hominibus diuisio, vnde & *Μοναχὸς* & *Μονασιεῖον* ab vnitate deriuantur. Curabit itaque monachus ut in monasterio latitet, ut hominum frequentiam fugitet, frequentem populorum turbam deuitet. Contingit enim non raro, ut qui hominum non fugiunt consuetudinem, ab hominibus inquitur. Contra ut hæc hominum consuetudo contagiosa est, & quæ multos habet contaminandi modos, ita cum bonis necessitudo vel sæuiss. moribus homines mæsuefacit atque sicurat. De vtroque solatio dicit in Prou. Salomō. Qui cum sapientibus, gradus sapiens erit, & amicus stultorum similis efficietur. Et

Monachus.
quatenus communem fidelium vitam superet.

1. Cor. 7
Ibidem.

Monachus et monasterium a solitudine deriuantur

DE VOTIS

David: Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum perverso perverte-
ris. Sed & dominus saepenumero in scripturis vo-
cat homines de rumultuoso huius mundi turbine
ad coelestem & angelis simillimam conuersatio-
nem. Propter hoc inquit in Hosea dominus. Ego
lactabo eam & ducam eam in solitudinem. Et
loquar ad cor eius & dabo ei vitatores eius in eo-
dem loco, etc. Et Christus aliquoties post multas
externas operas, vocauit discipulos suos seorsum
ab hominum conortio velut ad Monachatum.
Si fuit Apostolis illa solitudo & ab hominibus
sequestratio tam utilis, sane non potest Monacha-
tus qui perpetuus est ab hominum conuersatione
recessus, improbus esse aut inutilis.

¶ Hoc aduersarijs libenter concedimus, quod
nulla in exteriori cultu videlicet rasura, corona,
cucullo perfectio sit: sed neque in castitate, pauper-
tate aut obedientia: sed tamen ista omnia expedi-
tiores nos faciunt, vt ad perfectionem contingamus.
Non ergo in illis, sed in charitate est totius spalis vi-
tae perfectio. Caritas enim finis, forma & pleni-
tudo omnium virtutum & legis est. Paulus ait:
Finis praeccepti est caritas de corde puro & consci-
entia bona & fide non ficta. Et in alio loco: Ple-
nitude legis est dilectio. Vnde autem caritas omni-
um virtutum perfectio est, ita viciorum omnium
authore Paulo, radix est cupiditas. Et fomentum
cupiditatis est diminutio charitatis: contra dimi-
nutio cupiditatis, charitatis est fomentum. Quic-
quid igitur conducit ad prauae concupiscentiae de-
molitionem, totum facit ad charitatis augmen-
tationem adeoque ad eius conseruationem. Cum autem

Hof. 2.

Mar. 9
Luc. 9.

Perfectio
qua in re
sita sit.

1. Timo. 1

Rom. 13.

constet ad concupiscentiarum interitum haud pa-
rum prodesse, castitatem, obedientiam, pauper-
tatem, abstinenciam, ieiunia, vigiliis, orationes,
discussiones, collectiones, secessum & aliud Mo-
nachatus peculium, relinquatur q̄ ista vt ad mor-
tificationem concupiscentiarū, ita vtilia sint ad
charitatis conseruationem & profectum. Quare
vt nomina a rebus nihil discrepent, monachatus
qui illa oīa & multo plura complectitur, non ab
re status perfectionis appellatur. Huc ociosi istī
homines, quibus cum desint argumenta quibus
monasticā impugnēt, impulerunt nos, vt de noīe
quod eis odiosum est, disputaremus. Quod vero
nomen Monastices eis odiosum sit, magis in A-
pologia quam in Confessione declarant. Sic e-
nim blaterant in Apologia.

Castitas,
obedien-
tia & cæ.
quatenus
ad perfe-
ctionem
sint vtilia

¶ Aduersarij

¶ Nunc vero audite Areopagitas nos-
tros, quam indignam sententiam posue-
rint in Confutatione. Sic aiunt: Sacris li-
teris expressum est monasticam vitā debi-
ta obseruatione custoditam, quā per grati-
am dei quilibet Monastici custodire poss-
sunt, mereri vitā æternā. Et qdē multo au-
stiorē Christus eis promisit, q̄ reliquerit
domum aut fratres & cæ. Hæc sunt verba
aduersariorum, in quibus hoc primū im-
pudentissime dicit, quod sacris literis ex-
pressum sit vitam monasticam mereri vi-

DE VOTIS

tam æternam. Vbi enim loquuntur sacrę
literæ de monachatu?

¶ Respon. Catholica

¶ Multa excogitant improbi isti homines, vt Catholicorum fidem & autoritatem extenuer. Hic vocant Areopagitas quos non ita dudũ ass nos appellabant. Quam vero recte istis Areopagitarũ nomen quadret, cum alias tum cum enses principũ quibus confoderentur Monachorũ vis cera, exacuerũt, emicuit. Sed hoc eis donandũ est qui pro sua malitia malunt Monachos, quam Anabaptistas, quam Eleuterobaptistas & reliquam hæreticorum turbam, extinctum iri. Nam apud istos fouentur Anabaptistæ & horum similes, & non cogunt sententiam suam mutare, sed viuunt omnes in sua opinioe. Monachi, quorum non fuit contagiosa cõuersatio, vndiq; apud istos effugati sunt, & non eis est concessum, vt soli in Monasterijs deo militent, essentq; procul ab hominum, quos forte vt ipsi putant, inficere poterãt conuersatione. Anabaptistæ tanto acerbius inter ipsos grassantur, quanto securius tutiusq; feruntur. Sic ne est mitior & tolerabilior Anabaptistarum lues quam Monachorum? Sane Monachi nullam hæctenus talem excitarunt tragœdiã qualem Anabaptistę plurimorum maximo malo. Et periculũ est, ne apud alias ciuitates vbi tolerantur, similes oriantur seditiones, quib. suo magno incommodo apud Monasteriũ vix occurrũt multi principes. Sed iam satis supq; extra oleas.

¶ Deinde nõ satis oculati sunt isti homines prudentes scilicet. Negant enim Monachorum insti-

Inuidia
Luthera
norũ ma
uult Ana
baptistas
ferre quã
Monachos.

tuta in sacris scripturis esse expressa, sed recens inuenta. Primum igitur vide mihi quæ sit monachorum professio, deinde vtrum ea quæ profitentur, habeantur in scripturis, tertio si inueneris ea in euangelio & in alijs scripturis haberi, accusa istos impudentis mendacij, quod dixerint monachatum esse recens natum. Primum igitur obligant se monachi voto obedientiæ, quæ melior est si Samueli credimus, quam victimæ. Deinde voto promptissimæ paupertatis, iuxta vocem Christi Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & c. Tertio vouent castitatem perpetuam, vt sequantur consultatorem Christum dicentem Qui vult capere capiat. Ista sunt præcipua monachorum insignia, & quotquot bene monachi esse contendunt, hæc summa cura student reddere. Quanquam ad posteriora duo magis obligentur quam cæteri Christiani, tamen coguntur & isti prælati suis non obstrepere. Sunt & alia euangelica ornamenta ita monachati propria, vt tamen ab eis cæteri Christiani non sint exempti. Ea sunt ieiunia, vigiliæ, orationes, meditationes, mortificationes carnis, & alia bonorum hominum exercitia. Si sunt omnia ista recens nata, erit & monachus hesternus. Ostendimus supra monachos fuisse mox post Apostolos, antequam istorum abauorum abauum nascerentur, eruntque post istorum abnepotum abnepotes, tametsi totus insaniat mundus. Et scio quosdam tam pessime Monachis esse affectos, vt si ex ipsis penderet totius mundi monarchia, nullum esset profusus Monachatus vestigium. Beati sunt illi qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & pro-

Mōachorum instituta in scripturis sunt expressa.

Monachi quibus se obligent.

Instituta quædam mōachorum alijs cōmunia

DE VOTIS

Monachi pter sacre vitæ genus, qđ inuolabiliter vel inter
 alibi pere ipsos aduersarios Agarenis inhumaniores, quo-
 unt, alibi niam ipsorum est regnum cœlorum; Et ineffa-
 reuiuiscūt, nabi: & impossibile erit istis, nisi omnino Mona-
 chi degenerēt, vt eos prorsus deleant. Videant in-
 terim aduersarij, quibus conscientiam suam de-
 turpent maculis, quando eas viuendi normas ita
 impugnāt, vt velint eas vna cum monachis pror-
 sus perditas. Hinc ex eis quispiam haud ignobilis
 istius choreæ sectator, sed hac parte obscurus,
 cum de Monachis forte incidisset mentio, non si-
 ne discumbentium offendiculo, in hanc vocem
 prorumpebat: Faxit deus vt omnia omniū Mo-
 nachorum cœnobia cum Core & Abiron pereāt
 Hęc est gloria monachorum, quod male audiūt
 ab hominibus. Illos talia dicere, Monachos ta-
 lia decet audire. Certe Mōachi nō sunt Chro me-
 liores: si Christū persecuti sunt scelestissimi homi-
 nes, quid ergo mirū si Monachos Christi pedisse-
 quos odio, lingua, calamo & gladio insectan-
 tur impij? Non est discipulus supra magistrum.
 Si patrem familias vocauerunt seductorem, amī
 cum publicanorum, potatorem vini, comedo-
 nem, quanto magis domesticos eius? Satis defen-
 si sunt, quos protegit inocētia. Et bñ scripsit gdās:

Non eget Mauri iaculis & arcu

Integer vitæ scelerisq; purus.

Et si quid habent, id iaculentur in malos Mo-
 nachos, quorum culpa hęc grandis tempestas in-
 differenter venit super bonos & malos Mona-
 chos. Aduersarij vt aduersus Monachos animos
 principum exasperent, Monasteria dicūt esse hy

poctifis plena, plena ambitionis, avaritiæ, insci-
tia, sæuitiæ & oīs immunditiæ. Hic nos dicimus
plurimum emundata esse & a multis fecibus ex-
purgata, cum Lutherus, Oecolampadius, Pome-
ranus, Pellicanus, Franciscus Lampertus, & a-
lij sua monasteria reliquerunt: neque desperant
monachi aliquando futurum, vt magis magisque
purgentur cœnobîa:

¶ Nam quid necesse est probare quod orationes, Oratiões
ieiunia, mortificationes carnis, vigiliæ, & alij la- ieniua,
bores gratiam & remissionem peccatorū, & quo & c. de cō-
modo ea de congruo mereantur, cū id supra satis gruo me-
claruerit. Et subinde hortatur nos apostolus vt reni gra-
cum metu & tremore nostram ipsi operemur sa- tiam.
lutem. Quomodo vero eam operabimur, si illæ Phil. 2.
ieiuniorum, orationum, vigiliarum & reliquo-
rum laborum obseruantia gratiā & vitam æter-
nam nō merentur. Et alibi: Quæ seminauerit ho-
mo hæc & metet. Quoniam qui seminat in car-
ne, de carne metet corruptionem. Qui seminat in Gal. 6.
spū, de spū metet vitā æternā. In carne semināt,
qui luxurijs, qui ipudicitijs, qui comessatiōibus
& ebrietatibus diffluunt. Contra semināt in spū
q̄ diligunt, q̄ sunt pacifici, benigni, misericordes,
propter deum pauperes, continentes, obediētes,
Pro qualitate seminum proferunt vtrique fructū:
Illi de mala messe mortem, isti de bono virtutum
semine metent vitā æternam. Admonet nos idē
vel tertio: Bonum facientes non deficiamus, tpe
enim suo metemus non deficientes. David incli-
nat cor suum ad faciendas iustificatiōes dñi, pro-
pter retributionem. Moses, si non fallit nos Apo-
stolus, cum affligitur cum populo dei, cum con-

Ibidem

Psal. 118.

Hebr. 11.

DE VOTIS

temnit regias delicias, cum fascibus non delectatur, aspicit in remunerationem. Cur ergo reprehendunt monachi, quod bene operando cupiunt eterne felicitatis fieri compotes? Cur arguunt sceleris innocentes, cum doctrinam Pauli sequuntur cum hac ratione Mosi, Dauidi, & alijs prophetis se æquent? Cur non damnant prius Paulum iniquæ persuasionis, Mosen & Dauida blasphemæ operationis, quam insontes vi opprimant, conuictis laceffant, calumnijs impetant? Profecto bene dixit Paulus, quod ille qui secundum carnem natus erat, persequeretur eum qui secundum spiritum: ita & nunc. Bene dixit in hunc locum Chry

Galat. 4.

Chrysol.

sol. Non licet Ioseph, non licet impunitum esse qui bonus est. Non licet meliorem esse tutum cum malis: & quasi inuidi aliquid perdant, aut dispendium alicuius rei incurrant, sic honorum vita detrimentum est pessimorum, zelant mansuetum inuidi, modestum superbi, probum improbitem tumidi inimica æmulatione laceffunt. Patitur & Ioseph sanctiss. innocentis vitæ inuidiâ, & æmulos in se fratres sancta excitat vita, bonum mali videre non possunt. Ista quam belle in aduersarios competant, nolo ipse dicere, sed honorum virorum esto iudicium, iudicent etiam ipsæ aduersariorum conscientiæ. Vide nunc quomodo aduersus Ecclesiæ sensum scripturas torqueant, ne possint monachi hinc suum institutum roborare.

¶ Aduersarij.

¶ Duplex autem desertio est, quædam fit sine vocatione, sine mandato dei, hanc non probat Christus. Nam opera nostra

à nobis electa sunt inutiles cultus. Claris-
 us autem hinc apparet, Christum nõ pro-
 bare hanc fugam, quia loquitur de deserē-
 da vxore & liberis. Scimus autem q̄ man-
 datū dei phibet deserere vxorē & liberos.
 Alia desertio est, quæ fit mandato dei, vi-
 delicet cum cogit nos potestas aut tyrānis
 cedere aut negare euāgeliū. Hic habemus
 mādatū vt potius sustineamus iniuriā, po-
 tius eripi nobis patiamur non solū facul-
 tates, coniugem, liberos sed vitam quoq̄.

¶ Respon. Catholica.

¶ Cum super oīa deum teneamur deligere, pri-
 us parentes, vxores, liberos, facultates, & postre-
 mo vitam, q̄ deū derelinquemus impietati sub-
 scribendo. Alterꝫ necesse est, vt aut deū negemus
 in hac causa, quo nostra teneamus, aut vt nostra
 cōtemnamus, quo deum habeamus amicū. Qui
 amat patrem aut matrē plusquā me, non est me
 dignus: aut qui amat filium aut filiam super me
 non est me dignus. At non tam de ista desertione
 hæc loquitur Christus quam de ea qua relinquin-
 tur oīa bona mundi, vxor quoq̄ & liberi non q̄
 habentur, sed qui haberi poterāt, nisi iuxta cōsili-
 um Christi oībus esset renuntiātū. Quod vero iste
 sit verborꝫ Christi intellectus, declarat ordo tex-
 tus. Primū em̄ cœlibatū nuptijs præponit, simul-
 q̄ eius meritū innuit, & clam consulit oībus, vt
 eū amplexentur, dicens: Sunt eunuchi q̄ se castra
 verunt propter regnū cœlorꝫ, Qui potest capere,

Matt. 10.

Exegetis
 verborū
 Christi:
 qui amat
 patrē etc.

Matth. 19

DE VOTIS

eapiat. Deinde commendat voluntariā pauper-
tatem, cum inestimabilem eius proponit merce-
dem, cumq; ad eius obseruantiam inuitat iuuenē
Si vis perfectus esse inquit, vade, vende oīa quæ
habes & da pauperibus, & habebis thesaurū in
coelis & veni sequere me. Postremo Apostolis q
Christi & euangelij amore oīa reliquerant, glo-
riosam pollicetur mercedem, dicens: Amen dico
vobis quod vos qui reliquistis omnia, & c. Et ne
hæc soli adolescenti aut solis dicta viderentur a-
postolis, adiecit: Omnis qui reliquerit, & c.

Origenes Hanc expositionem probant commentaria
Origenis in hunc locum, vbi sic legis: Quod & i-
psū simplicem habet interpretationem, exhor-
tantem relinquere bona seculi propter Christum
& spiritualē & altiore. Qui ergo secūdam lite-
ram vult intelligere, talia dicit, non oēs dicit seq
Christum sermo sed eos qui tunc fuerunt Apосто-
li, & qui similiter eos secuti fuerāt eum secutos se
appellauit, posteriores autem manifestauit per il-
lud quod dixit: Et oīs qui reliquerit fratres & soro-
res & c. Qui ergo sequuti sunt Christum, nō quæ-
dam sed omnia relinquentes sedebunt super duo
decim thronos iudicantes duodecim tribus Isra-
el. Et hanc potestatem accipient in resurrectione
mortuorum. Hęc ille. Ex hac catholica ephēge
si liquet non tantum Apostolos, sed & alios mul-
tos post eos, oīa reliquisse pp Christū, vt euāge-
licæ perfectioni in castitate & paupertate manēres
cæteris hoībus essent viciniōres. Neq; tūc statim
adegit eos psecutio, vt vxores, vt liberos, vt fa-
cultates desererēt, sed suapte spōte sine mādato,
sed nō sine cōsilio, amore Chrī oīa reliq̄rūt. Nā p̄

Desertio
faculta-
tum pro-
pter Chri-
stum vo-
luntaria.

dicante Ch̄o nulla fuit publica discipulorū Ch̄i
persecutio, vt ea deserere cogereēt tyrannide op
pressi, sed non ita diu post Christi ascensionē ty
rānis in gregē dñicū grassata est, vt aperte docēt
Acta apostolorū. Errant igit̄ phanatici isti Theo
logi, q̄ hic nugantur, q̄ de his loquatur Ch̄s qui
ex mādato dei oīa relinquūt, non de his quos con
siliū Christi sequutos esse docent Catholici.

¶ Quod vero obijciunt vxorē nō esse relinqūē
dā aut filios, nisi necessitas negādi Chr̄m aut pec
cādi aut vxorē & filios dimitteēdi immineat, ridi
culū est. Sed tñ rñdeam⁹ paucis. Bisariā relinqtur
vxor, ducta aut nō ducta, q̄ ducēdi fuit aīus. Du
cta oīno relinqui non debet nisi in articulo quē al
legāt aduersarij. Aut certe deserī potest, si vtrinq̄
sibi iurent maritus & vxor q̄ cōtinere velipt oī
bus diebus vitæ suæ. Non ducta vxor sed ascri
pta, deserī potest amore Christi & virtute cōtinē
tiæ. Et hæc desertio summe placet Christo, & hu
ic promittitur singulare illud præmium, quod nō
cōtingit nisi cœlibibus. Et de hac desertiōe, quod
deo placeat & quod meritoria sit, habemus mul
ta patrum testimonia.

Vxor du
pliciter re
linquitur

¶ Sic inquit Hilarius: Cæteris quoq̄ contem
ptu seculi se sequentib. cētēsimi fructus copiā pol
licetur, hic centesimus fructus est, qui in cētēsimā
oue cum cœlesti lætitiā expletur. Chrysof. Cerre
ne quis illud audiens discipulis vt maxima in fu
turo præmia consequantur, dictum solum modo
credat, ea propter latius orationem produxit &
ad vniuersum orbem pollicitationem extendit,
ita vt a præsentibus futura confirmet. Vides q̄
longe aliter isti senserint, atq̄ aduersarij. Sed ad

Hilarius

Chrysof.

DE VOTIS

damus etiam tertium testē Theophylactum, ut magis erubeant aduersarij falsæ commentationis suæ, doceaturq; magis lector tantorum grauitate authorum. Sic igitur absoluit hunc locum Theophylactus.

Theoph.

¶ Ne quis suspicetur quod dictum est solis congruere discipulis, dilatat promissionē ad oēs, qui similia faciunt. Habebunt enim pro carnalibus cognatis, familiaritatem & fraternitatem cum deo, pro agris paradysum, & pro lapideis ædibus supernam Ierusalem, pro matre presbyteras in ecclesia, pro patre presbyteros, pro vxore omnes fideles mulieres: num nuptijs absit, sed spiritali affectione & misericorde erga se cura. Ista est Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Gregorij, & omnium veterum scriptorum sententia, quorū longum esset omnia verba producere: satis est duorum vel trium adduxisse testimonia, ne plus æquo oneremus Lectorem facile sequentem, pertinacibus ne mille quidem satisfeceris. Sed nunc vide, quam impudenter quamq; sine fronte in eu angelium Christi peccent, cum dicunt,

¶ Aduersarij

¶ Desertio facultatum non habet mādā tum aut consilium in scripturis. Nam euāgelica paupertas non est desertio rerum, sed non esse auarū, non confidere opibus.

¶ Respon. Catholica.

¶ O deus ter maxime terq; optime vera & iusta sunt iudicia tua, qui abscondis occultiora spicæ tug temerarijs & sua ipsorum sapientia tumentibus

& aperis ea humilibus, qui nullo nomine, nullo titulo superbiunt. Isti hostes tui aduersarij nostri adeo sunt excæcati adeo indurati, vt negent vel ipso sole magis conspicua, & ob hoc toti mundo insipientiam suam plus quam stultā, & pertinaciam plus satis indomabilem toti mundo declarant. Quis hic non admiretur, quis non stupeat ad tantam in euangelium tuum blasphemiam? Cui vnq̄ vel tenuiter in sacris voluminibus docto persuadebitur, desertionem facultatum neq; mandatum neq; consiliū in scripturis habere? maxime cum tam aperte ibi Apostolos legamus ad vnicā Christi vocē, retia, scaphas, patrē, matrē & quicquid erat rei domesticæ, reliquisse & oībus tēporarijs bonis nudatos pauperes Christū pauperē & mendicū secutos esse. Et proinde legunt dictū esse: Si vis perfectus esse, vade vēde oīa q̄ habes & da pauperibus. Nū ista oīa ad sp̄m sunt referēda & non ad corpus? videlicet vt ita affecti simus in magnis diuitijs, vt non efferamur, non superbiamus? Sed hoc potuit & Christus, potuerūt & Apostoli & qui eos secuti sunt apostolici viri qui in pauperrima paupertate victitarunt. Concedimus igitur libenter desertionem facultatum non habere mandatum, sed nullo modo feremus eam non habere consilium. Nam adulterinā istius Philippi & Lutheri non recipimus doctrinam sed referimus nos ad veteres & orthodoxos scripturarum tractatores, quorum vitam & sanam doctrinam in scriptis suis ceu in speculo cōtēplamur. Isti nullo prodigio clari sunt, sed vti nō essent etiam ob licentiores vitam infames.

¶ In primitiua Ecclesia vt clare docent noa

Desertio
faculta-
tum ha-
ber consi-
lium.

Matth. 4
Marc. 1.

Matth. 19

DE VOTIS

Actuū. 4. Acta Apostolica, adhuc sub Apostolis quidam vendebant omnia & precia eorum ponebant ante pedes Apostolorum. Hic dicant nobis strenui isti viriorū milites, an fuerit iste actus præceptū, consilium, an temeraria hominum præsumptio. Non fuit præceptum, nam de eo nulla est in scripturis syllaba. Et si præceptum esset, bene doceret Anabaptistarum sordida colluuius, et tenerentur omnes ad desertionem facultatum. Sed id absit, vt illis pestilentissimis hominibus occasiōem demus grassandi pro suo diabolico impetu. Nemo enim cogebatur sua vendere & in commune comportare precia. Verum Paulus rogabat diuites, qui suarum rerum domini erant, vt fidelis erat pauperum patronus, ne pauperum illorum qui Ierosoly. in commune & in diem viuiebant, obliuiscerentur. Non puto istorum factum vituperabile fuisse, aut illicitum, alioqui Paulus veritatis doctor, tantam pro eis non pertulisset sollicitudinem. Et hinc manifestum est quod diuino spiritu agitati, hanc strictiorem viuēdi normam apprehenderint. Sane palam est humanum spiritum non desertionem sed conquisitionem & rerū domesticarum emolumenta meditari, & hac cura die noctuque animum occupare, adeo vt vix modum sciat. Iam puto satis declaratum esse, vota monastica euāgelio non repugnare, sed euāgelio, cæterisque scripturis conformia esse, et ad uersarios multo labore suo nihil profus egisse, sed operam frustra luisse. Irriprehensibilis enim est monachus putus, & mox post Apосто. imo sub apostolis primū natus. Si quid habent calumniarum, & conuictorum, id iaculentur in eos qui

Iterū do-
cer deser-
tionē fa-
cultatū
consiliū
esse.

1. Cori. 11^o

Desertio
facultatū
a spiritu
sancio ē.

sua vota ruperunt, qui Curios simulantes, male luxurioseque & bacchanalia viuunt, innocētes Monachos pestilente lingua non trucident.

¶ DE POTES. ECCLESIA.

¶ Nostri ad consolandas conscientias, coacti sunt ostendere discrimen Ecclesiasticæ potestatis & potestatis gladij. Et docuerunt vtranq; propter mādatum dei religiose venerandam & honore afficiendam esse.

Hic manifeste declarant ignorantia suā Cōfessionis fabricatores. Nā docēt nos quod sui primum coacti sint ostēdere discrimē vtriusq; potestatis, ecclesiasticę scilicet et ciuilis. Cerre ante istos homines nuper natos ostenderūt illud plurimi nostratiū, docuerunt etiā nū quod magnis honoribus vtraq; sit afficienda. Nō igitur fuit necesse, vt isti cogentur hanc prouinciā subire, quam ante eos cum maiorī fruge Catholicī contionales pertulerunt.

Nescientia aduersariorum

¶ Sic autem sentiunt potestatem clauitū seu potestatem episcoporum iuxta euāgelium potestatem esse seu mandatū dei predicandi euangeliū, remittendi & retinēdi peccata & administrandi sacramenta.

¶ Præter potestatem prædicandi euangeliū, remittendi & retinēdi peccata & administrandi sacramenta, sunt & alia prælatorū munia, videlicet vt bene regant subditos, vt ad bene agēdū virgeant, vt a malo eos abstineant, malos coerce

Postatē ecclesiasticam nimis constringunt

DE POTESTATE

Actu. 20. ant, bonos tueantur. Hinc dicebat Ephesiorum
 ecclesie summatis: Attendite vobis & vniuer-
 so gregi in quo vos spiritus. posuit episcopos re-
 gere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Hic
 præter illa munera quæ isti sola tribuunt episco-
 pis, inter seritur etiam quod ipsi regant ecclesiam, quod
 rum gubernatione non solum crederent, verum etiam
 obedirent euangelio. Verum quia non possunt exacte
 suo perfungi officio, nisi ius habeant bonos tuen-
 di, malos coercendi, dedit eis autoritatem & gla-
 dium compescendi rebelles & immorigeros iuxta
 diuinam & ecclesiasticam institutionum censuras.
Præs ecclesiasti-
ca quate-
nus ma-
los coer-
ceat.
2. Cor. 10. Hinc confidenter pronuntiat Apost. Arma mili-
 tiam nostram non carnalia sed potentia deo ad destru-
 ctionem munitionum, consilia destruentes, & omnem
 altitudinem se extollentem aduersus scientiam Dei,
 & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in
 obsequium Christi, in promptu habentes vlcisci
 omnem inobedientiam. Quando ergo quiuis in pote-
 state aliqua sublimiori constitutus, contra deum sese
 erigit, mandatum dei contemnit, ecclesiasticas vltro
 sanctiones transiit, opprimit infontes, non coercet
 nocentes, optimo iure a suo pernicioso instituto co-
 ercet. Plus igitur nimio constringunt Episcoporum potestatem
 cum adimunt eis potestatem gladii spiritualis, quæ est ex-
 coicationis, quo arcet malos, ne iniquo contagio
 eorum boni inficiantur. Cerre vt Magistratui conce-
 dunt gladium quo rebelles & immorigeros compes-
 cere debet, ita non debebant Ecclesie summatis
 surripere gladium spiritus quo non solum verbo
 dei, sed & vi excludant a communionem Ecclesie
 impios & maleuolos. Sicut & Paulus anathema
1. Cor. 5. te Corinthium illum fornicatorem a contione si

delium coeruit, vt exagitata carne, spiritus tandem posset integer esse.

Cum igitur de iurisdictione Episcoporum quæritur, discerni debet imperiū ab ecclesiastica iurisdictione. Porro secundū euangeliū seu vt loquūtur de iure diuino nulla iurisdictione competit episcopis, hoc est his quibus est commissum ministeriū verbi & sacramentorum, nisi remittere peccata: item cognoscere doctrinam, & doctrinā ab euangelio dissidentem reijcere, & impios quorum nota est impietas excludere a cōmuniōe Ecclesiæ sine vi humana sed verbo. Hic necessario & iure diuino debēt eis Ecclesiæ præstare obedientiā, iuxta illud: Qui vos audit me audit, &c.

Non grauatī sed lubenti aīo accipimus q̄ ueritati consonant etiamsi ab aduersarijs tradant: Accipimus itaq; q̄ inter imperiū & ecclesiasticā Iurisdictionē discernere oporteat, mō simpliciter vt ipsa sonant uerba, intelligāt. Si uero ita intelligāt, vt putēt ciuilem potestatem ecclesiastico magistratui in rebus spūalibus non esse subiectā, sed ediuerso q̄ iste illi debeat morem gerere, vehementer errāt. Nā Christiani principes, aut imperiū plene cōfitentur, q̄ non debeant neq; possint sacramenta accipere nisi a sacerdotibus, q̄ vice Christi & Apostolorum in ecclesia p̄sident, quodq; eis solū

Potestas
ciuilis q̄
tenet, pote
stati eccle
siasticæ
subsit,

DE POTESTATE

Matt. 20.
Luc. 10

Hoc sc̄m
ego vidi
q̄ hæc ad
notaui, hi
sce meis
oculis.

O infan-
am.

dictum sit illud: Hoc facite in meam commemo-
rationem. Et de eis illud: Qui vos audit me audit,
& qui vos spernit, me spernit. Sed hoc docent eti-
am hic aduersarij, quando ministerium verbi &
sacramentorū sacerdotibus solis nō magistratū
ciuili aut plebi attribuunt. Errarūt ergo plurimi
qui sibi administrationem non solum verbi sed
& sacramentorū temere vsurpabant. Hic refri-
cat mihi memoriā quorundam stulta temeri-
tas, quorū altera pars sacerdotum, altera populū
vices præ se ferebant. Illa e tectō (erant enim tē-
ctores) altum resonabat germanico idiomate:
Dominus vobiscū, Sursum corda, Gratias aga-
mus domino deo nostro, & deinceps vsq̄ ad fi-
nem illius caninæ missæ: ista (quæ humi ex gleba
crustas parabat tectōrias) vt subulci boabant ex
aduerso, quando res responsione indigebat. Vbi
vero ventum esset ad illum locum vbi ex more
sacerdotes corpus dñicum cōsecrant, repperit for-
te in sinu panem alter eorū qui e tectō depende-
bant, quem cum magna voce ceu benedicebat,
frangens trifariam vnā partem tradidit socio,
alteram tenuit sibi, quod reliquum erat proñcie-
bat in turbam dicens eadem lingua: Accipite &
comedite, hoc est corpus meum. Hæc non dicerē,
nisi quidam nostratium suis vidissent oculis, suis
q̄ audissent auribus. O religionem, hoc hominū
genus dignam. Sic res sacratissimæ apud eos ver-
sæ sunt in res plus quā aniles. Si tantū Episcopo-
rum est sicut vere est, administrare sacramenta,
errarunt ergo isti tota quod aiūt, cælo. Suxerunt
tñ hoc aconitum isti ex mellitis Lutheri scriptis.

¶ Addunt hic q̄ ad Epos proprie pertineat de

doctrina cognoscere, & doctrinam patris euangelio quadrante respicere, quodque ipsi impios, quorum nota est impietas, a communione Ecclesiae debeant arcere, & quod in hac parte citra controuersiam Episcopis subditos obtemperare oporteat. His tam multis verbis ipsi se se condemnant aduersarij temeritatis, & non obseruati mandati. Si enim quod Catholice sentiunt, ad ecclesiasticam non ad civilem potestate pertineat cognoscere doctrina, & falsam & erroneam a vera & recta discernere & proijcere, & quod hic obediendum est Episcopis, pessime faciunt isti, quando doctrinam euangelio conformem, & a multis annis sine ulla contentione ab Episcopis receptissimam ceu re censuram exhibent, & quam suam doctrinam ab Episcopis reprobam, contra obedientiam erga eos cum tanta pertinacia defendunt. Nolunt Episcopi hanc istorum haereticam doctrinam disseminari, nolunt ea populum dei inficere, & hoc magis eam dispargunt, quo sciunt magis id Episcopis displicere. Vbi est obedientia eorum erga Episcopos? Et non solum non obediunt sed & maledicunt Episcopis, si quam in aliquem huius doctrinae doctorem vel protectorem seuerius animaduertunt. Hic defendunt Episcopos, alibi debacchantur in eos ut in carnifices atque Tyrannos. Quid facient boni Episcopi quum utrinque peccant in ipsos? Si discernunt inter doctrinam & doctrinam, & proijciunt haereticam & ab euangelio dissidentem, audiunt maledicti, audiunt Tyranni. Si non discernunt neque proijciunt alienam, rursus peccant in animam suam, quia non funguntur suo officio, quod vel ab aduersarijs eis tribuit. Certe si Episcopi ita a deo ut ab aduersarijs ma-

Hic sudi
cant se ip
si aduer
sarij

Episcopi vero
hic peccat
obnoxij.

DE POTESTATE

maledicuntur infelicissimum viuendi genus est esse Episcopum. Sed id absit, nam certo certius quod eis deus benedicat, quibus isti temerario ausu maledicunt.

Episcopi
debent re-
gere potestatem
civilem.
et plebem.
Beda in
Lucam.

Episcopi
non super-
biant.

¶ Præterea quādo ecclesiasticæ iurisdictioni tribuunt ministerium verbi & sacramentorum, ab solutionem peccatorum & cognitionem inter doctrinam & doctrinam, & proinde etiam gladium spiritus, quo præscindant a communione ecclesiæ impios, bene mouentur. Hoc solum ad iudicandum debebant, quod ipsos quoque regere oporteat potestatem, vna cum vniuersa plebe, nam hoc maxime pertinet ad ecclesiasticam iurisdictionem ut ad meliora extimulet honos, & ad bonum perurgeat malos. Hoc adeo placuit Bedæ ut diceret super illud Christi dictum: Certantibus de prioratu discipulis, pius magister eos non in ita contentionis arguit, sed formam quam sequatur humilitatis modesta ratione describit. In qua tamen forma obtinenda maiores & præcessores id est, doctores Ecclesiæ non minima discretione opus habent, ne videlicet regum gentium instar dominati subiectis, seque ab eis gaudeant superuacuis laudibus attolli, sed ad exemplum regis æterni quasi iuniores eis quibus regendis præsunt, efficiantur ac magistri. Quia nimirum necesse est, ut sic boni agentibus per humilitatem sint socii, quatenus contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ sint erecti, ut & bonis in nullo se præferant: & cum prauorum culpa exegerit, potestatem protinus sui prioratus agnoscant. Ne cum presbiteri dentis animus ad elationem potestatis suæ delectatione rapiatur, recte per quendam sapientem dicitur: Duce te potuerit noli extolli, sed esto in illis, quasi vnus ex

illis. Hinc etiam Petrus ait: Non dominantes in clero, sed forma facti gregi. Et tamen non nunquam grauius delinquitur si inter peruersos plus æqualitas quã disciplina custodiãt. Quia em̄ falsa pietate supatus ferire Heli delinquẽtes noluit, apud districtũ iudicẽ semetipsum cũ filijs crudeli dãnatiõẽ percussit. Vnde necesse est vt rectore subditis & matrẽ pietas, & patrẽ exhibeat disciplina. Atq; inter hæc sollicita circũspectiõẽ prouidẽdũ, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa. Hæc ille bñ pro nobis dixit, & liq̄t ex ijs, q̄ Ep̄i & ecclesiãe rectores diuino iure cogant̄ insolẽtes corrigere. Et ne hũc vt nouitiũ exhibent, loquatur pro nobis etiam Augustinus.

¶ Quantũ ad nos p̄tinet inquit, oēs saluos fieri velle debemus, oĩbus ne pereãt, vel ne alios pdãt adhibenda est a nobis medicinaliter seuera correctio. Dei est aut̄ illis eã facere vtilẽ, q̄s ipse p̄feciuit & p̄destinauit cõformes imaginis filij sui. Si em̄ aliquũ timore nõ corripimus, ne aliq̄s inde pereat. Neq; em̄ dilectionis viscera maiora gestamus, q̄ b. apostolus, q̄ dicit: Corripite ingetos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, paciẽtes estote ad oēs. Videte ne q̄s malũ pro malo alicui reddat. Vbi intelligendũ est, tũc potius malũ pro malo reddi, si corripiendus non corripitur, sed praua dissimulatione negligitur. Audishic q̄ ad ecclesiasticos pertineat, vt omnes peccantes ne eorum negligentia pereãt, ecclesiastica censura coerceant. Audi eundẽ etiam secundo sic dicentem.

¶ Quãdo videt hõ aliquẽ male viuentẽ, & forte ecclesiãe aliqd̄ p̄stantẽ, & nõ eũ corripit, aĩo fugit. Quid eĩ aĩo fugere? Timere. Timor eĩ fuga interior. Quare timet? ga mercenariõ eĩ, ne forte ille

Aug. lib.
de corre.
& grã.

Idem de
verb. do.

DE POTESTATE

male accipiat quod corripit, & non det, quod solet. Vider lupū venientē, i. diabolū male viuētis colla frangentem, & fugit, animo abstinere ab vtili correptione plenus timore. Qui autem pastor est, & est ei cura pro ouibus, non eum dimittit, & facit quod ait apostolus: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, & c. Nō ergo putet quispiam, vel qui se dicit pastorem, quia non reddit malum pro malo, ei qui reddit potius bonū pro bono. Ille em̄ etsi peccator est & scelestus de bonis suis dat Ecclesiā, ille autem malum pro malo reddit, cui subtrahit correptionem. Sed quoniam hoc totum dilectissimi faciendum est, aliquādo autem homines correptores suos putant inimicos suos, ideo cum dixisset: Corripite inquietos, subiicit, consolamini pusillanimes: forte em̄ de correptione incipit deficere, & perturbat, tūc oportet consolari. Suscipite infirmos, ne per infirmitatem cadant. Si titubare cepit infirmitas, sinu suo suscipiat charitas. ¶ Hęc sit optimi pastoris summa cura, vt hanc rectissimam bene regendi normam, quam diligentissime obseruet. Complectitur vero in ea quicquid aduersarij hic Episcopis & pastoribus temere pro sua libidine adimunt. Et eandem sententiā Augustini adnotat in Epistolam priorem ad Theff. Beda.

Correptio deliquē
tium spe
ctat etiā
ad Episcopos.

¶ Addant igitur suę sententię quod Episcopis facta sit potestas corrigendi, aut si malint, corripendi peccantes, vt continuo sequatur ista additio obedientiam, quam definierunt subditos Episcopis debere. Ad ciuilem quidem potestatem pertinet conseruare iustitiā, nutrire pacem: ius suū cuiq; tribuere, bonos fouere, malos coercere. Hic

dicebat Petrus, quod duces & reipub. moderato
res a deo missi sint vindicatum malefactores, nu
tritum & laudatum bonos. Et collega eius Pau
lus asserit potestatem haud ab re gladium porta
re. Et hoc seruabunt illi adusque suos limites, ne
falces mittant in alienam messem. Ad vtran
que potestatem pertinet, tueri bonos, punire ma
los, & quod tam ecclesiastica, quam ciuilibis pote
stas a deo cōstituta sit ad ædificationē non ad de
structionem, quodque vtraque spectare debeat
diuinum honorem, nullo modo committens, vt
impune prauorum hominum peccatis blasphe
metur, imo rursus crucifigatur Christus, id quod
Paulus quosdam quoad possent, fecisse testatur. **Rom. 13.**
Hebræ. 6
Deinde summo labore vtraque prospicere debet
subditorum bonis, vt iuste, vt sancte, vtque pa
cate viuant. Vtriusque igitur fuerit tueri fidem
Catholicam, religionem autam, & innocentiam,
non committere vt hæreses libere in vulgus
dispergatur, vt diuinæ leges neglectu abrogentur,
innocentes malorum studio pessundentur. Hoc
solum interest inter vtranque potestatem, quod
ecclesiastica spiritali, ciuilibis in coercendo rebel
les materiali vtitur gladio.

¶ Potest & vtraque potestas pro varietate tem
porum & morum statuere, definire, prout com
munitati & reipublicæ vtile fuerit. Hic habem
us testimonium scripturæ dicentis ex persona
dei: Per me reges regnant & legum conditores iu
sta decernunt. Sic Apostoli & seniores, sic patres
in synodis, in Concilijs, sic imperatores multa de
creuerunt, quibus iuxta euangelium obedientiam
debemus, si tamen aduersarij patiantur euan
Potestas vtracq; de iure diuino cōdit statuta. Prouer. 8

DE POTESTATE

- Roma. 13.** gelium esse, quod præcipit nobis, vt prælatis nostris obediamus, & quod Paulus ait: Omnis auctoritas potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi a deo: quæ autem a deo sunt ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Et Petrus: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter dominum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum. Et mox: Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis sed etiam discolis. Et quod alio loco dicit Paulus: Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris. Et Christus alibi dicebat, quod solum ad solos pertinet ecclesiasticos prælatos: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit me spernit. Et: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei, omnia quæcunque dixerint vobis facite, secundum opera eorum nolite facere. Ex his omnibus satis claret, quod obedire nos oporteat etiamsi peruersissimus sit magistratus, nisi talia præciperent, quæ non possent citra animæ iacturam obseruari. Si tale quid iuberent magis obediendum esset deo quam hominibus. Quod de magistratu dicimus, referatur tam ad civilem quam ad ecclesiasticam potestatem. Si enim de obedientia erga civile magistratum habemus mandatū, quanto magis præcipimur ecclesiasticæ potestati morem gerere? Illis curæ est, ne externam iustitiam iniquitate anteuerramus, & si quæ peccamus, publicitus iniquitatis nos condemnant. Con
- 1. Petri. 2.**
- Hebr. 13.**
- Lucæ. 10:**
Matt. 23.

trā aliter externā iniquitatē arguūt ecclesiastici vi-
 ri atq; isti, & aliter obiurgant graui verborū ful-
 mie latentē et nemini p̄ter deū notā noxā, cui oīa
 nuda sunt & aperta, & p̄ter Confessariū, cui ceu
 chirurgus spiritali pectoris sui vulnus denudauit.
 Et ipsi aduersarij nostri, tametsi Catholicis fere
 vbiq; infesti sint, multū tribuūt ecclesiasticæ p̄tā-
 ti, & p̄sertim q̄ oporteat illis obedire de iure di-
 uino, iuxta illd̄: Qui vos audit me audit, et q̄ vos
 spernit me spernit. Si vero de iure diuino eis obtē-
 peratur, quod ipsi pro nobis ingenue dicūt aduer-
 sarij, & produnt scripturæ: ergo tā qui cōrēnit, q̄
 q̄ transgreditur eorū iusta decreta, agit cōtra mā-
 datū dei & grauer peccat. Quāq̄ habeam⁹ e-
 tiā apertiora sacrorū voluminū testimonia, q̄ q̄
 euangelio non obedierint, p̄enas dent in interitu
 æternas. Euāgelio vero nō obediunt, qui iussioni
 Christi non parent. Nā ipse dixit, q̄ p̄latis obtē-
 perare debeamus. Et Paulus p̄cepit fidelib. vt
 seruarent p̄cepta & decreta apost. & seniorū,
 q̄ erant Hierosoly. Et Thessal. scripsit in hæc ver-
 ba: State & tenete traditiones quas didicistis siue
 per sermonē, siue per epistolā nostrā. Vides quan-
 to studio Paulus coegerit istos vt obtēperarēt e-
 dictis p̄latorū, & isti opinione falsi arbitrantur
 eorū obseruantia nihil ad salutem facere. Certe si
 nihil fructus parit eorū obseruatio, facilius contē-
 nentur vt sterilia. ¶ Et oēs veteres scriptores ad
 obedientia erga ep̄os nos cohortati sunt, haud ne-
 scij qd̄ ex obediētia nobis multū lucri accresce-
 ret. Orig. post Apo. haud ita multis ānis nat⁹, ma-
 ximi fecit obediētia vt erga parētes, ita & erga
 ep̄os et p̄sbyteros. Discam⁹ inqt. filij subiecti eē

Lucæ. 10.

2. Theff. 1

Actuū. 13

2. Theff. 2

Ad obe-
dientiam
erga p̄l-
atos hor-
tatur nos
Origenes

DE POTESTATE

parentibus nostris, maior minori subiiciatur. Nā quia maiorem Ioseph videbat Iesus ætate, propterea eum parentis honore coluit, omnibus filiis exemplum tribuens, vt subiiciantur parentibus: Quod si patres ipsi non fuerint, subiiciantur his qui patrum ætatem habent. Quid loquor de parentibus & filiis? Si Iesu filius dei subiicitur Ioseph & Mariæ, ego non subiiciar episcopo, qui mihi a deo ordinatus est pater? non subiiciar presbytero, qui mihi domini dignatione prepositus est? Hactenus Origenes.

Ignatius

¶ Et hoc vetustior Ignatius Archiepiscopus & martyr, sic scribit Magnesians: Dignum est & nos obedire Episcopo nostro, & in nullo ei cōtradidere. Terribile est enim tali contradicere. Non enim istum visibilem quis spernit, sed illum inuisibilem in eo contemnit, qui non potest a quoquam contemni. Hic enim non ab homine sed a deo habet promotionem, dicit enim deus Samueli de contemptoribus eius: Non te spreuerunt sed me. Nam & Moses populo aduersus se murmuranti ait: Non enim aduersum nos murmurastis, sed aduersum dominum deum. Nemo enim inultus remansit, qui se contra potiores extulit. Denique in lege Dathan & Abyron Mosi resistentes, viui ad inferos depositi sunt. Sed & Core & qui conspirauerunt cum eo aduersus Aaron 250 . igne consumpti sunt. Absalom etiam parricida existens, diuino iudicio arbori appensus est, sed & cor eius quod mala cogitauerat, sagittis transfixum, Ozias quoque leprosus factus est, qui contra sacerdotes sacerdotium ausus est arrogare. Saul etiam sacrificare præsumens, regali digni-

tati dehonorus est. Non respectans principem sacerdotum Samuelem. Oportet ergo & nos reuereri potiores. Et dignum est non solum vocari nos Christianos, sed etiam esse. Non enim dicere sed esse facit beatum. Hactenus Ignatius & huc usque nos diximus, quod Episcopis & Ecclesiae praelatis omnes teneantur obedire; nunc pergant aduersarij.

¶ Nostri sic docent quod Episcopi non habent potestatem aliquid statuendi contra euangelium: docent item canones 9. dist. Porro contra scripturam est traditiones condere aut exigere, ut per eam observationem satisfaciamus aut mereamur gratiam aut iustitiam: laeditur enim gloria meriti Christi.

¶ Vno animo vnoque ore hactenus docuerunt Catholici, Episcopis prorsus nullum esse ius statuendi aliquid contra euangelium, sed potestatem acceperunt in aedificationem, non in destructionem. Hic igitur bene mouentur aduersarij. Non tamen satis prudenter dicunt, quod cum scripturis pugnet si condant Episcopi aut exigant traditiones, quarum obseruatio satisfaciamus pro peccatis & mereamur gratiam aut iustitiam.

Nam quod ipsi negatum pergunt, consentaneum est & circumcirca sacris literis consonum, tantum abest ut cum euangelio pugnet. Sacre literae ubique produunt, quod poenitentia, elemosyna, ieiunio, lachrymis, oratione, vigilijs debeamus gratiam, remissionem peccatorum, misericordiam quaerere. Et ne putent aduersarij hic nobis non sup

Episcopi non possunt quicquam statuere contra euangelium.

DE POTESTATE

petere testimonia, necesse est vt aliquod ex omnibus proferamus. Sane Christus munus euangelij exordians a poenitentia incoepit: Poenitentiã agite inquit & appropinquabit regnum cœlorum. Et Act. 3. Petrus præcipuus post eum euangelij Concionalis: Poenitimini & conuertimini, vt deleatur peccata vestra, Et de eleemosyna in Esaia dicebat spiritus sanctus: Frange esurienti panem & c. Et apud Lucam ipse Christus: Date eleemosynam & oĩa munda sunt vobis. Et in Ioele vrget nos vt fletu & ieiunio gratiam & remissionem peccatorum postulemus. Et apud Matthæum dicit: Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, & c. & innumera fere habemus huius rei testimonia.

¶ Nam si dicas, quorsum hæc? breuiter respondebo, vt mittã te ad Summos pontifices, ad Episcopos interrogatum, quales traditiones ipsi condiderint. Plane nihil audies ab eis traditum esse nisi quod ad mortificationem pertineat. Si autem omnia ad mortificationem pertinent & ad gratiæ impetrationem, statã ieiunia, pñiã, orationes & alia pia exercitia, cur non licebit Episcopis ea præcipere, ad quæ alioqui tenentur qui cupiunt iustificari? Iam si vt gratiã diuinitus consequar, aliquid facio operis & hoc ipso meritorum Christi lædo gloriam, sane nulla re magis, atq; sacris literis & diuinis mandatis gloria meritorũ Christi obscurat. Sed id absit, nam quærētibus nobis gratiã & salutẽ ex merito Christi, datur quicquid cupimus, & hoc pacto mirũ in modũ gloriã meritorũ Christi multo gloriosiorẽ reddimus. Audi nũc optime lector quam candido ne dicam tene

hricoſo ſint peſtore, quamq; humaniter tractēt
Episcopos

¶ Facile aut̄ poſſent epi legitimā obediē
tiam retinere, ſi non vrgerent ſeruare tra
ditiones, quæ bona conſciētia ſeruari non
poſſunt. Nunc imperant cœlibatum, nul
los recipiunt niſi iurent ſe puram euāgelij
doctrinam nolle docere.

¶ Sane ſic iſtos cōcludere oportuit, ne finis initio
nō reſpondeat. Quēmadmodum a calumnijs, a
mendacijs, a conuitijs telam ſuam exorditi ſunt
ſtudioſi tectores, ita eam eadem arte præſcindūt.
Calumniarum continuatio dicendi finis. O ho
mines improbos, Quem vnquam coegerunt E
piscopi ad obſeruantiam iniquarum traditionū?
Quæ nam ſunt illæ traditiones quæ bona conſci
entia ſeruari nō poſſunt? Num cœlibatus non po
teſt bona conſcientia ſeruari? Quid rei eſt, quo
minus poſſit? An non licet nobis bona conſci
entia Chriſtum, Mariam, apoſtolos, & reliquos
ſanctos cœlibes ſequi? Vbi quæſo viſuntur illa
imperiorum fulmina, quibus compelluntur nu
biles ne nubant. Si dicant de imperijs quibus ar
centur a nuptijs ſacerdotes, breuiter reſpondebo
q̄ ſacerdotibus non liceat contrahere, licuit aut̄
prius q̄ consecrarentur. Si noluerunt huic ſubiace
re imperio, a ſacris abſtinere debebāt. Nemo cogit̄
ad Sacerdotiū, qui potius ſuapte ſpōte aplexās, cer
to certius ſcit hoc imperiū de cœlibatu ſacerdotio
annexū eē. Qui āplectit̄, iterim cogitet q̄b. eū mo
dis purū ſeruet, refugiat ad ea q̄ nos nō q̄ iſti na-

DE POTESTATE

turales Theologi ostēdimus cōtinēdi pharmaca.

Regula
vnde di-
catur.

Omnes ecclesiasticæ constitutiones eo potissimum tendunt, vt conseruetur iustitia, omnisque ex hominibus pereat iniquitas. *Κανών* enim græce latinis regula dicitur, regula vero dicta est quod recte ducat, vt forte errantem aliorum trahat. Alij dixerūt regulam dictam ab eo quod regat, vel quod normam bene viuendi præscribat, vel quod distorta prauaꝝ corrigat. Neꝝ poterit oīs cōstitutio lex dici, nisi iusta sit, rationabilis, utilis, imo & necessaria. Cum igitur omnes ecclesiasticæ constitutiones hac solū rōne obtinuerint, vt quod iustum, quod honestum, quod vtile, quodq; necessarium est, faciant homines, qua temeritate ne dicam impudentia, audent isti vnitate ecclesiasticæ oses dicere, quod episcopi urgeant seruare quæ bona conscientia seruari non possunt? Adeone peccatum est, adeoꝝ ne maculat cōsciētiam iusti, honesti, utilis imo & necessarii obseruatio, vt isti ab ea iure homines auocent?

¶ **¶** Nam quis non admiretur, quis nō stupeat ad tam impiam impudentium hominum calumniam? Nullos recipiunt inquit, nisi iurent se purā euangelij doctrinam nolle docere. Hic T. M. appellamus Carole Imperator clementissime, vt iudices inter Episcopos & istos p̄ditissimos homines, an vera sint quæ isti nugantur. An audieris, an legeris tale aliquid in decretis & decretalibus ad quæ Episcopi omnes institutionis & ordinationis sacerdotum ritus exigunt. Appellamus omnes bonos viros, præsertim eos qui cordatiores sunt, quicq; plurimum habent incorrupti iudicij, vt dicant quando in republi. Christiana melius

actū sit, nunc quando isti temeratores magis quā doctores hæreticum semen suum disperferunt, antehac cū Sancti Episcopi eorumq; vicarij sanctam euangelicæ veritatis doctrinā concorditer in toto Christiano orbe prædicarent & prædicant? Multi prælatorum maluerunt cum temporariarum rerum tum corporis sui iacturam facere, quam ad larum culmum a veritatis prædicatione discedere. Maluerunt exulare, & quæq; subire incommoda, quam puram euangelij doctrinam occultare, nimirum haud nescij melius esse pro veritate pati suppliciū, quam pro adulatione consequi beneficiū. Et vsq; in hanc horam, laus sit deo opt. maximo, adeo detestatur Catholici prælati errores, adeo sunt veritatis amantes, vt hac parte quidam veteribus nihil sint inferiores, tantum abest vt quempiam iurare cogant euangelicam veritatem adulterare.

¶ In Epilogo dicunt nihil dictum ad vllius contumeliam, sed tm̄ ea recitata esse q̄ videbantur necessario dicenda, vt intelligamus in doctrina & ceremonijs eorum nihil esse receptum contra scripturam aut ecclesiam Catholicam. Quibus contumelijs Catholicos affecerint, quibus conuitijs innocentes Monachos opp̄sserint, melius intelligent, qui hanc nostram qualemcūq; operam legent: aut fortasse melius norunt, qui sano iudicio Confessionem & Apologiam legerunt bene fideles viri. Quantum vero scripturas aduersus scripturas adulterati sint, quæ de ceremonijs contra Catholicam ecclesiam abstulerint, quot quot vel in Hassia vel in vna Saxonix parte verati sunt, melius nouerunt, & si hæc nostra nunq̄

ii. q. 3. c. 2.
Nemo peritorum.

Apologi
a plena
calūnijs,
cōuitijs,
& cæt.

DE P O T E S T A T E

vel legerint vel viderint. Si istis verbis facta respondissent, nullus fuisset controuersiae, concertationis & dissensionis locus, & nihil nobis opus fuisset longa oppugnatione aduersus tranquillos, frustra omnem hanc expendissemus operam.

¶ Epilogus.

¶ Tu igitur quisquis non grauatim Ecclesiasticae doctrinae subscribis, hoc anio tuo fortiter inscribe, quod tradit & docet Ecclesia, fuge quod tradunt aduersarij. Hic perires, illic certo certius saluaris. Ista autem amplectaris, quod in baptismo omnia peccata remittantur, maneat vero peccati fomes concupiscentia, quae sit vel peccati vel meriti causa. Peccati, si concupiscentiae maleuadae assentiaris per opus: meriti, si concupiscentiam vincas. Deinde quod sola fides non iustificet, sed opus habeat bonis operibus: inter quae praecipua sunt conuersio a peccatis, poenitentia & dilectio. Tertio quod vna sit bonorum & malorum Ecclesia externa, apud quam sit ordinandi, decernendi, statuendi, quae videntur reipublicae CHRISTIANAE commodare, non solum vt seruetur politia, sed vt mereamur remissionem peccatorum, cum propter obseruantiam tum propter obedientiam erga Episcopos & praelatos. Praeterea quod Sanctos qui cum deo viuunt, non modo venerari sed & inuocare debeamus, vt nobis a deo impetrent quae saluti nostrae necessaria sunt. Postremo vt nullo modo acquiescas aduersariorum pessimo consilio, vt cum periculo & offensione animae tuae

aduersus Ecclesiæ decreta communices sub vtra
que specie : nam ea communio non habet man-
datum dei, sed solis sacerdotibus præceptum
est vt accipiant etiam sacramentum
sub specie vini. Et omnino talem
te exhibeas, qui dignus sit post
huius vitæ curricula trium-
phanti in coelo Eccle-
siæ ascribi,

AD LECTOREM

Post hanc Catholicam euangelicę ve-
ritatis & errorum quos disperferunt ali-
quot pseudoeuangelistę & erroneos Mo-
nachi, exegesi prudens lector, fac vt me-
mineris dictorum quę sapienter in Eccle-
siaste sic contionatus est SALOMON:
Faciendi plures libros nullus est finis. Fi-
nem loquendi pariter omnes audiamus:
Deum time & mandata eius obserua.
Cura deinde ne te verborum & sen-
tentiarum lenocinia a Catholico
sensu & ab Ecclesię vnitae il-
lectent. Vale viueq; feliciter.





**Errata quæ obiter legendo
depræhendimus.**


Folio.	Facie.	Linea.	Lege:	Pro.
15.	1	12	ῥαββίτου	ῥαββιτου
32.	2	5	principis	pccpis
40.	2	9	aliquid	nihil
58.	1	26	Porro	poro
77.	1	ī annot.	pepererit	paruit
95.	2	33	pepererit	paruerit
138.	1	32	deliniti	delinit
161.	1	ulti.	non	num
205.	1	21	orthodoxi	orthoxi
215.	1	ī ānot.	imperfecti	imprfectæ
218	2	5	Hic	Nic


**Alia obsecro te pie lector, pro can
dore animi tui corrige, maxime
si quæ ad Catholicum sensum
videbuntur pertinere.**


1335502











o pua - mmi
e hor q iacit
p p m m m m m
sacrament u
p. p. clerico u
eat. 7 q. p. b. r. e.
munice. 7
figs ignoas
no igdu man
ite dno oc hna
nib; reddat dno
p r b; lude sol
m m m m o e p u e
al m m m d e p h
p o n a t. 7 q. e b
te deponat a
m m m m c e t. 7
t a b u l e l u d i
g i t e h a n g e
s i o c i s u a c a
m o n a c h i i c l e r
m u x b o n i m
i c l e r h a b i t
t e h o r r e
m o c i e c a c e

fānos. v. religioſos.
ofanos arbitrio
mit. v. d. in lo
nima ūgnes 9
a ſacdocto phibite
lebant. rad ſoh
ineat abbaſſa
s peccare cogat.
e eā abbaſſa cō
habitu ſuū i
e uiri tōde
monialnū frequ
iligēt. ne clic' au
ſmſpſ al' au ſede
ntia celebrent. v
pau ceti epoz. ſ
lā eps cām ſugg
nime ſpectat. v
uſponat n uor
Clericus null
ut abſq; pmiſſi
iudices clerici p
ſ. iſteſtos habe
m timeant. ſ
iudici nō ginn

672

192

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

J. Scav

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

